C O R P U S

SCRIPTORUM HIST

B Y Z A N T I N

GEORGIUS SYNCE

VOLUMEN II.

CORPUS
SCRIPTORUM HIST
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

L. 'SDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

GEORGIUS SYNCELLUS
ET
NICEPHORUS CP.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI.
MDCCCXXIX.

GEORGIUS SYNCELLUS

ET

NICEPHORUS CP.

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.

F.E.E.

G. G. BREDOVII

DISSERTATIO

DE

GEORGII SYNCELLI CHRONOGRAPHIA.

Scripsit hanc dissertationem Bredovius, quum societas litteraria Parisiensis quaestionem de Georgii Syncelli fontibus et auctoritate proposuisset. Vide Epistol. Paris. p. 153.

Viri doctissimi, amplissimi

Maximas Vobis gratias Musa historiae debet, quod praemiis, gloria Vestri imperii dignis, studia eruditorum ad doctrinam, nostra aetate nimis neglectam, revocatis. *Chronologia* lux historiae dici potest: nam si, quae gesta sunt, promiscue et sine ordine temporis narres, animus permixta rerum turba ita obruitur, ut tanquam in tenebris fluitans nihil discernere nec tenere queat. Nostris quidem temporibus omnis res chronologica haud impedita videri potest, quoniam et modus anni observationibus astronomicis finitus est, et annorum numerus a certo temporis principio colligitur. — Longe vero aliae erant *Chronologiae* rationes *apud antiquos*: neque vera anni longitudo comperta erat, neque a certo principio annos numerabant; quid quod? ne ad annorum quidem numerum res gestas digerere moris erat: ad regum, magistratuum, pontificum tempus eas referebant. — Itaque in gente *Graecorum* quaevis respublica suam Chronologiam sequuta est: *Athenienses* rerum gestarum tempus *Archontum* nominibus, *Lacedaemonii Ephororum*, *Argivi* annis *flaminiarum Iunonis* finiebant. (Evolvatur loco omnium *Thucydides* initio libri secundi: Bellum, scribit, Atheniensium et Peloponnesiorum incepit, *ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης, καὶ Αἰνησίου Ἐφόρου ἐν Σπάρτῃ, καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας Ἄρχοντος Ἀθηναίοις*). His diversitatibus magistratuum accedit, quod *alii alio tempore* munus inibant, neque anni magistratuum, qui eodem tempore erant, inter se conveniebant, quodque apud nationes easdem *principium* summorum magistratuum pluries *mutabatur*. Archontes Athenis magistratum inibant circa solstitium aestivum; Ephori Spartanorum post collectas fruges (Plutarchus in Agide c. 15) mense Carnio, cuius initium cum mense Augusto convenit; Consules Romanorum ab anno Urbis 601 Calendis Ianuariis. — Ab a. U. 601 dico: nam a. 537 Cn. Servilius consul Romae Idibus Martiis magistratum iniit (Livius libr. XXII. c. 1); et anno U. 261 Postumius Agrippa et Spurius Cassius consules

magistratum inierunt Calendis Septembribus (Dionysius Halicarnass. VI. p. 378). 1)

Apud Graecos quidem *ludi Olympici* iam aetate Lycurgi circa a. 888. ante Chr. n. quinquennales, atque ad plenilunium, quod solstitium aestivum sequebatur, constituti erant, iamque ab a. 777. victores Olympici in tabulis sacris conscribebantur: attamen non ante Alexandri M. aetatem historici Olympionicis ad res gestas digerendas usi sunt. Herodotus numerat γενεάς, Thucydides annos belli Peloponnesiaci; et Xenophonti (Hellen. libr. I. c. 2, II. c. 3) Olympiadum numerationem ab aliena manu insertam esse, vel inde patet, quod haec Olympiadum cum annis Xenophonteis comparatio sibi ipsa adversatur, etiamsi Polybius (Tom. III. pag. 41. 42. edit. Ernesti) non admonuisset, annorum Olympicorum notis, una cum Archontum nominibus positis, historiam primum Timaeum distinxisse. — Atque apud Romanos non prius quam Ciceronis aetate *Anni Urbis conditae* collecti sunt, nec mirari licet, quod in diligentissima quoque collectione alius alium annorum numerum invenerit. Labor multi ac multorum sudoris fuit, *omnium* Consulum, omnium magistratuum ἐπωνύμων e libris, linteis, marmoribus, aere, nummis, ac saepe e fama hominum, nomina colligere, quemvis in locum suum disponere, an totum per annum, an partem anni rempublicam administraverint consectari, quo die magistratum inierint, quibus annis initia magistratuum mutata sint conquirere ac saepe e coniecturis tantum discernere; labor multi sudoris fuit, has magistratuum series plurium rerumpublicarum inter se conferre ac multarum nationum res gestas inter se coniungere.

1) Molestissimi laboris est, mutationes principii consulatus Romani e Livio, Dionysio Halicarnassensi, Plutarcho, Fastis Triumphalibus aliisque colligere atque annos annique partes constituere, quibus convenire videantur. Quamquam hoc loco rationes probantes non ad rem, tamen non ingratum fore arbitror, si mutationes ipsas breviter addidero, quo magis elucescat, quantis difficultatibus chronologia antiqua obstructa sit, ferrumque attrahat virum:

ab a. U. 244—260 Consules magistratum inierunt Calendis Octobribus.
a. 261 Cal. Septembr.
a. 278 et forsan iam prius usque ad a. 301, mense Sextili, forsan Cal. Sextil.
a. 302 Idibus Majis.
a. 310—352 Idibus Decembribus.
a. 353—361 Calend. Octobr.
a. 362—363 Calend. Quinctil.
a. 365—387 mense Ianuario.
a. 388—420 Calendis Martiis.
a. 420 Calendis Quinctilibus.
a. 433—531 Calendis Maiis.
a. 532—600 Idibus Martiis.
ab a. U. 601 Calendis Ianuariis.

Quamquam vero plures iam ante Chr. nat. in Aegyptiis et Persicis, maxime in Graecis Romanisque rebus ad temporis rationem comparandis operam collocaverant, inter quos inprimis laudandus esse videtur Diodorus Siculus: novae tamen difficultates exortae sunt, quum post Chr. nat. *scriptores christiani* omnes populorum res gestas ad *Chronologiam Biblicam* referre studuerunt, qua duce numerum annorum usque ad creationem mundi colligere posse sibi videbantur.

Omnes enim *gentes* ex indole generis humani, uti senex iuventutem laudibus effert, *antiquitatem* suam omnibus virtutibus corporis atque animi, pulchritudine, valetudine, longaevitate, abundantia atque excellentia rerum omnium, iustitia, innocentia, summa felicitate *ornant*, aureamque aetatem aliquando inter homines fuisse fingunt. Inprimis laudant primos homines *longaevos* fuisse, et Graeci, sicuti Aegyptii, Chaldaei, Phoenices, *veteres mille annos vixisse* tradunt. (Iosephus Antiquit. Iudaic. libr. I. cap. 3 §. 9). — Praeter hanc communem indolem *proprium populo Iudaico* iuvenili studium fuit, gentis suae ortum a piis primogenitorum nepotibus deducere, ut se, a Iova suo amatissimos, prae omnibus terrae populis ostentarent. Hinc summa cum diligentia *Genealogiam* maiorum effinxerunt: quumque caeterae gentes in universum, veteres mille annos vixisse, narrarent; Iudaei singulos nominarunt, et singulorum annos vitae accuratius definierunt, ut continuam seriem et hominum et annorum componere possent, quae a praesentia recta linea ad principium rerum adscenderet, ac *pios* primogenitos gentis Iudaicae *auctores* esse comprobaret. Hanc Chronologiam Iudaeorum scriptores christiani non a iuvenili gente fictam, sed e re vera compositam vel a Deo ipso inspiratam esse censuerunt, unde et populum Iudaicum tamquam populum Dei primum omnium ponunt, ac caeterarum gentium res gestas Iudaicis tamquam addititias inserunt.

Primus Christianorum ad hanc rationem Chronologicon scripsit *Iulius Africanus*, accuratissimus temporum observator, uti Iosephus Scaliger merito eum laudat, sub imperatore M. Aurelio Antonino Heliogabalo, Olympiade 250, Grato Severiano et Seleuco coss., anno mundi 5723 i. e. 223. post Chr. nat. e computatione Africani, aut si Dionysium Abbatem, quem Exiguum dicunt, sequi malis, auctorem nostrae rationis annos computandi, a. 221 post Chr. (Georgius Syncellus pag. 107, 212 et 359; Eusebii Chronicorum libr. II. e versione latina Hieronymi pag. 173; Iosephi Scaligeri Animadvers. in Chronol. Euseb. pag. 212). Nomen eius significare videtur, eum in Africa natum esse. In Palaestina habitavit: legatus enim fuit Nicopoleos, urbis Palaestinae, loco Emmauntis vici (Lucas cap. 24 v. 13) conditae, ad Imperatorem, quem Eusebius (secundum versionem latinam Hieronymi) Anto-

ninum Heliogabalum, Georgius Syncellus Alexandrum Severum, Heliogabali successorem, dicit. — Opus eius chronologicum, quinque voluminibus distinctum, iniuria temporum interiit, neque adhuc eruditorum aliquis collectionem fragmentorum perfecit, quam Iosephus Scaliger incepit. „Concisus quidem est, de Africano Photius scribit in Bibliotheca pag. 19 §. 34; nihil tamen cognitu necessarium omittit. Incipit a Mosaica creatione mundi, et descendit usque Christi adventum. Succincte tamen excerpit quoque gesta iam inde a Christi aetate usque ad Macrini Imperatoris Romani imperium, quo tempore, uti ipse dicit, hoc Chronicon absolutum est, continens quinquies mille septingentos et viginti tres annos." Haec verba et inter se et cum ante citatis Georgii nostri Syncelli pugnare videntur: Macrinus enim anno mundi 5720 e computatione Africani (e Dionysii 5718) interiit. Fortasse vero pugna tantum ex incuria Photii est. Quamquam enim Chronicon iam in obitu Macrini finitum erat, tamen Africanus, qui Antonino Heliogabalo regnante Chronicon scripsit, dicere potuit: usque ad meam aetatem sunt anni 5723. — Iam ex his locis Georgii et Photii apparet, Iulium Africanum *a creatione mundi usque ad annum primum Christi quinquies mille ac quingentos annos* collegisse, quem numerum postea plures Byzantinorum scriptorum accepere. Concisus quidem fuit: annos et facta ad modum nostrarum tabularum synchronisticarum breviter tantum descripsit, uti fragmenta quoque docent, quae de Aegyptiarum dynastiarum atque Assyriarum enumeratione Georgius Syncellus nobis servavit. Summo vero studio omnia antiquorum scriptorum monumenta perscrutatus erat, non solum Graecorum et Romanorum, verum etiam inprimis Aegyptiorum et Chaldaeorum, qui originem suam in extremam antiquitatem removere studebant. (Videas fragmentum ex Africani Chronologicis in Eusebii Praeparatione Evangelica libr. X. cap. 10). Et quod maxime laudandum esse videtur: *primus* fuit Africanus, qui e librorum sacrorum versione graeca ac caeteris antiquitatis monumentis canones chronologicos contexuit. Nam qui post eum Chronologica scripsere, omnes eius vestigia sequuti sunt adeo, ut ipsum Eusebium suum Iosephus Scaliger totum Africani fere Chronicum in suum transscripsisse largiatur.

Eusebius enim, Pamphili Martyris contubernalis, Caesareae Palaestinae episcopus, centum annis post Africanum libros chronologicos scripsit, a creatione mundi usque ad annum vigesimum Constantini Magni, qui est annus Christi 327. (Euseb. Chronic. versio lat. p. 181). Pluribus de hoc Eusebiano Chronico egit Iosephus Scaliger in Prolegomenis, e quibus passim nonnulla nobis commoda excerpere licebit. Quamvis, ait, nihil in Eusebii canone antiquitatis reconditae sit, quod non ab Africano hauserit, et quamvis saepius in Africani sententia refutanda Eusebii pru-

dentia et fides desideretur: tantam tamen horum Chronicorum praestantiam esse, ut nullum vetus scriptum extet de ratione temporum, quod cum hoc comparari possit: imo nullum paulo vetustius esse, quod ab hoc derivatum non sit. Maxime igitur dolendum esse, hoc praeclarum opus mancum ad nos pervenisse. Nam prior liber integer desideratur, qui censuales, ut Tertulliani verbo utamur, omnium vetustissimarum nationum et regnorum continuit. Quae huius libri fragmenta apud Georgios inprimis, Syncellum et Cedrenum, servata sunt, Iosephus Scaliger collegit, plura autem pro more suo inserens, quae non Eusebii esse videntur. Liber posterior, quem *κανόνα* auctor inscripsit, integer quidem superest, sed est tantum quasi index quidam et summarium superioris. Utrumque Latine convertit *B. Hieronymus*, qui sub imperatoribus Romanis Gratiano et Theodosio vixit, circa ann. 390. Plura ei in his Chronicis vertendis humanitus excidisse, iam ex eo coniicere licebit, quod, uti ipse in prooemio fatetur, notario velocissime dictaverit; et Scaliger multos errores interpretis collegit. Non vero interpretis tantum officio functus est, verum ex parte quoque scriptoris: nam et Graeca fidelissime expressit, et nonnulla, quae intermissa videbantur, adiecit maxime in Romana historia, de Tranquillo (i. e. Suetonio) et caeteris illustribus historicis curiosissime excerpens. A Constantini autem anno vigesimo (327) usque ad Consulatum Augustorum Valentis sexies et Valentiniani iterum (i. e. ann. Chr. 378) totum Hieronymi est. (Conf. Hieronymi praefationem). Attamen ne latina quidem haec versio integra superest: in priori libro multae et amplae lacunae sunt.

Textum vero graecum versionemque latinam multis in locis, *maxime in numeris*, a librariis *depravatam* esse, iamiam apparet. Nam et facillime in notulis numerorum describendis incuria ac casu erratur, maxime in numeris Romanis, qui paucis tantum notis I, V, X, L, C, D, M, iisdemque ergo saepius repetitis scribuntur; et nasutuli amant errores calculi, qui sibi videntur, ad suam computationem corrigere; aut notas a diligentibus lectoribus margini adscriptas textui inserere: unde nulli codices magis vitiorum scatent, quam chronologici. *Exempla* se offerunt *in ipso anno mundi* finiendo, *quo Christum natum esse Eusebius putaverit.* — Ab Adamo ad Diluvium usque colligit *annos* 2242, testibus Georgio Syncello p. 54. ac Tirone Prospero p. 284 in Graevii Thesaur. Tom. XI., quibus consentit versio latina Hieronymi pag. 8 et 158. His addit *annos* 942 a Diluvio ad Abrahae nativitatem: ergo sunt ab Adamo ad Abraham *anni* 3184, uti docent Georgius p. 86. 87. 92. 111. 326. Hieronymus ac Tiro Prosper l. c., atque ipse Eusebius in prooemio ad posteriorem Chronicorum librum versionis latinae p. 55; nam in Graecis ultima huius prooemii desunt. — In priori quidem libro versionis la-

tinae Eusebii p. 9. ab anno Diluvii ad Abrahae usque nativitatem anni 1072 colliguntur: mox vero apparet, librarium esse in culpa, qui ad monitum Georgii Syncelli numerum Eusebianum mutaverit. Pluribus enim locis Georgius in Eusebium invehit, quod inter Diluvium et Abraham annos 130 omiserit.

Huic summae annorum 3184 Eusebius in Canone graeco p. 186. ab Abraha ad Christi nativitatem addit *annos* 2015: ergo ab Adamo ad Christum sunt 5199 *anni*. Idem numerus annorum 2015 legitur in versione latina Hieronymi p. 256, atque in Tironis Prosperi Chronico p. 283. Idem fere numerus in Eusebii Praefatione ad librum Chronicorum posteriorem colligitur hac ratione:

Ab anno decimo quinto Tiberii Caesaris, quo Christus, triginta annos natus, docendi initium fecit, ad Darii regis Persarum annum secundum, quo Hierosolymis templum instauratum est, retro colligens Eusebius ponit annos . . .	548.
A Darii anno secundo, qui in primum Olympiadis sexagesimae quintae incurrit, ad primam usque Olympiadem i. e. ad Oziae Iudaeorum regis annum quinquagesimum, quo tempore Esaias claruit, ann.	256.
Ab Olympiade prima ad captam usque Troiam, sub Labdonis iudicis Ebraeorum tempora, septem annos antequam Sampson Ebraeis imperabat	408.
(in latina versione Hieronymi bis legitur 406).	
Ab hoc tempore usque ad Mosen et Cecropem . .	329.
A Mose et Cecrope ad primum usque Abrahae annum et Nini imperium . . . . , ...	505.
Colliguntur anni	2046.
(secundum versionem latinam 2044.)	
His detrahe annos Christi	30.
Restant ab Abraha ad Christum	2016.
(aut 2014.)	

Lectionem textus Graeci veram esse censeo, atque, uti Chronologi antiqui saepe solent, non annos triginta iam perfectos Eusebius detraxisse mihi videtur, sed triginta et unum, quo vitae anno Christus docere incepit. Hisque detractis numerus annorum 2015 nobis restat. Numeri vero Hieronymi (p. 55 et 158) 406 et 2044 corrigendi esse videntur.

In libro decimo Praeparationis Evangelicae cap. 9. Eusebius summarium tamquam canonum chronologicorum exhibens, uno numero excepto omnes numeros eosdem habet: nempe a Troia capta ad Mosen usque computat non 329, sed annos quadringentos. Tamen hoc in loco neque errorem auctoris neque incuriam librarii deprehendere mihi videor. Annus 329 accuratissime computatus est ad nativitatem Mosis. Quum vero Moses centum et

viginti annos vixerit maximeque anno octogesimo vitae floruerit; sine errore Eusebius scribere potuit: Si a tempore Ilii capti quadringentos annos sursum versus numeraveris, Mosen apud Hebraeos, apud Graecos Cecropem reperies.

Idem annus mundi Eusebianus colligitur e chronographia Georgii Syncelli pag. 326: reprehendit enim Eusebium, quod ab Adamo ad Abraham non 3312, sed 3184, atque ab Abraha rursum ad mortem Christi, non 2221, sed 2048, summatim ergo 5232 annos contra Apostolorum traditionem computaverit. Cui summae si annos vitae Christi 33 detraxeris, restant 5199 usque ad primum annum Christi. — Eundemque numerum colligo e pag. 169, qua Eusebium ab Adamo ad Constantini M. annum vigesimum non 5816 annos computasse Georgius reprehendit, sed errore annos 290 omisisse. Computavit ergo Eusebius annos 5526 (,εφκϛ) non, uti expressum est ,εφκζ, 5527. Conferas p. 35. C., pag. 36. A. B. Idem numerus colligitur ex Hieronymi latina versione p. 181, qui annum vigesimum Constantini M. ponit annum 2342 post Abraham natum. Si vero ad annos 2342 summam annorum 3184 ab Adamo ad Abraham addis; eadem summa tibi est 5526. Annus autem vigesimus Constantini M. est ann. 327 post Chr. nat.: ergo ex hac quoque ratione annus 5199 mundi est secundum Eusebii computationem primus annus Christi.

Omnibus his locis diversorum librorum et auctorum consentientibus, ius nobis esse arbitror, mutandi numeros, inprimis eos, qui forte in ipso Eusebio et in eadem pagina tum cum hac Chronologia Eusebiana probata tum inter se pugnant. Credere enim *non licet, hominem* sanae mentis in eodem libro atque in eadem pagina sibi contradicere velle. P. 186. Canonis graeci Eusebius annos 2015 ab Abraha ad Mosen computaverat: plagula autem versa p. 188. ab Adamo ad secundum annum Darii 4770 *anni* numerantur, et a secundo anno Darii usque ad decimum quintum Tiberii 548; ergo summatim 5318: de quibus si 30 detrahis, restat primus annus Christi 5288. — Magis hac dissensione moverer, nisi omnes fere numeros huius loci perturbatos ac depravatos esse luculentissime appareret. Ita locus in Scaligeri editione expressus est:

Ἦν δὲ τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως δευτέρου ἔτους Δαρείου . ἔτη ,δψο′.
Καὶ τὰ ἀπὸ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἐπὶ τὸ ιε′ Τιβερίου ἔτη φμη′.
Ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου. . . . . ἔτη σιε′
Ἀπὸ δὲ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου ἐπὶ τὴν εἰκοσαετηρίδα Κωνσταντίνου τοῦ Νικητοῦ Σεβαστοῦ, κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν . . . . ἔτη ,εφιη′.

Numeri 215 (σιε′) et 5518 (,εφιη′) in locis, in quibus leguntur, prorsus inepti sunt: etsi vero transponas, neuter verus fit. Falsae tamen computationi annorum 4770 consentit summa, si in

,εγιη' mutas ac transponis. Textum vero graecum depravatum esse, clarissime docet versio latina Hieronymi, in qua longe diversa leguntur p. 158:

„Computantur in praesentem annum, id est quintum decimum Tiberii Caesaris

A secundo anno instaurationis Templi, quae facta est sub altero anno Darii regis Persarum	anni 548.
A Salomone autem et aedificatione Templi . . .	a. 1060.
A Moyse et egressu Israëlis ex Aegypto	a. 1538.
Ab Abraham et Regno Nini et Semiramidis . . .	a. 2044.
A Diluvio usque ad Abraham	a. 942.
Ab Adam usque ad Diluvium	a. 2242."

Tribus ultimis numeris computatis redditur summa annorum 5228, quae cum numero, quem re vera Eusebii esse probare studuimus, praeter unum annum convenit. Igitur nequaquam dubitarem, ad Chronologiam Eusebii probatam Graeca restituere [2]).

Pluries iam Chronographiam *Georgii Syncelli* citavimus. Hic enim fere unicus liber est, e quo Chronologiam Iulii Africani haurire possumus; et Iosephus Scaliger priorem librum Chronici Eusebiani maxime e fragmentis, a Georgio servatis, contexuit. Est igitur nequaquam parvi aestimandus: nam praeter Chronologica Africani atque Eusebii multa deperditorum scriptorum fragmenta in eo leguntur; et dolendum est, ne huius quidem libri codices, quamquam vix ante mille annos scriptus sit (circa ann. 800), integros, sine lacunis et depravationibus ad nos pervenisse. Nam etsi Scaliger, levia quaedam dicteria Georgii in Eusebium suum gravius ferens, vehementissimis contumeliis in Georgium invehit, levem, stultissimum, delirum, indigna dictu pleraque evomentem, latrantem canem vociferans, cunctaque ex Eusebio ab eo deprompta esse accusans: tamen magna ex parte easdem

2) Ac ne lector putet, nos in gratiam nostri numeri tales depravationes numerorum fingere, conferat Tironis Prosperi Chronicon p. 284: „Computantur itaque in annum decimum quintum Tiberii Caesaris ab

anno, quo natus est Abraham	a. 2047.
a Diluvio autem usque ad primum annum Abrahae .	a. 942.
ab Adam vero usque ad Diluvium	anni 2242."
Ex his numeris quisque colligit annos	5231.

Sequuntur autem haec verba: „Sunt ergo omnes anni ab Adam usque in annum 15 Tiberii Caesaris anni 5360 aut 5228. Anni vero secundum Geneseos scripturam et Africani Historici supputationem amplius inveniuntur 129." — Ecce pugnam numerorum — ex incuria librariorum! Eusebium enim (aut potius versionem latinam Hieronymi) sequitur Tiro Prosper, uti ipse fatetur eadem hac pagina; et antecedenti pag. 283. summam annorum 2015 ab Abraha ad Christum secundum Eusebii Chronologiam posuerat. Scribas ergo mecum 2044, deleas numerum 5360 aut errorem calculi aut notam glossatoris. 5228 vera summa est, si 2044 rescribis. Secundum Africani vero supputationem amplius inveniuntur non CXXIX, sed CCLXXII.

laudes Georgio nostro tribuere possumus, quibus Scaliger Eusebium accumulat. Omnes fere scriptores, e quibus res gestae et finitiones temporum colligi poterant, perscrutatus est; varias metiendi temporis rationes diligenter inter se contulit, neque immerito a Theophane coaetaneo πολυμαθέστατος laudatur. Ne autem, quod verum est, dissimulem: laborat Georgius vitio omnium fere Christianorum historicorum, qui historicam artem fere contemnentes exile quoddam nimisque siccum scribendae historiae genus sequuti sunt, ita ut, quicquid vel in hoc illove libro memorabile legissent, adnotarent, paucis ut plurimum verbis, rarius (maxime in Iudaica historia) cum aliqua adiunctorum causarumque recensione, omnis generis res miscentes, nec facile alium ordinem servantes, quam quem vel tempus vel exempla sua praebebant [3]). Georgius inprimis nimius est in iisdem iterum iterumque repetendis, maxime in vituperationibus aliorum Chronographorum, atque in perturbatis annorum numeris erroribusque librariorum, quamvis paginam operis vitiantibus, saepe difficile est diiudicatu, contradictiones, quae occurrunt, utrum auctori an librario iniungendae sint. — Labor vero haud iucundus est, in libro legendo librum, quem lecturus es, e litteris, syllabis, verbis numerisque corruptis restituere: id quod in Georgio nostro saepius fieri necesse est. — *Goaro* igitur gratias habere debemus, quod laborem molestissimum hanc chronographiam describendi edendique non recusavit. Multos numeros correxit, multis locis sensum reddidit, et, quasi pugnando ingenium eius maxime excitetur, in iis locis saepe verum tetigisse videtur, in quibus in *Scaligeri* temeritatem invehit; quamquam interdum quoque studio suo praereptus, verum quod Scaliger invenerat, non vidit. Ut enim ingenue fatear, quod sentio: Scaliger quidem nimius est et in Eusebio laudando et in Georgio vituperando; ingenium vero doctrinamque Scaligeri, maxime in rebus chronologicis, Goarus longo spatio non assequutus est, aliumque Georgium legeremus, nonnullis quidem fortasse in locis acri audacia castigatum, si Scaliger totum edidisset. Conferas loca, quae Chronico Eusebiano et notis inseruit: (gratias debemus Goaro, quod paginas Chronici Eusebiani adiecit, in quibus Georgiana leguntur) dolebisque, ita exornatum totum volumen non prodiisse. — Partim ut quae dixi probem, partim ut conniventia lectorum dignus videar, si nihil certi statuere potero aut si coniecturis indulgebo, ex ipsis primis paginis loca quaedam corrupta excerpere liceat.

Ipsa prima verba Chronici p. 1. ab editore non intellecta esse, et interpunctio et versio latina docent: post παρήχθη non interpungitur; et in versione leguntur: „*hoc* est principium; dies,

3) Conferas *Roesleri* Chronica Medii Aevi. Tom. I p. 1—72. (Tubingae, 1798.)

inquam, ille sanctus" — verba autem lineolis distincta in Graecis non sunt. Ita verba interpungas: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἀρχὴ πάσης χρονικῆς κινήσεως τῆς κτίσεώς ἐστιν — ἐν ᾗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρὰ Θεοῦ πατρὸς, διὰ υἱοῦ μονογενοῦς καὶ πνεύματος ἁγίου τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς ὁμοουσίου τριάδος, ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρήχθη — ἡ ἁγία πρωτόκτιστος ἡμέρα τοῦ πρώτου μηνὸς, Νισσὰν λεγομένου παρ' Ἑβραίοις κ. τ. λ. „*In principio fecit Deus coelum et terram.*" Haec verba Georgius e sancta scriptura transscribit. Quum vero *tempus principii* non finitum sit, hoc finiturus addit: „Principium omnis creationis (in quo coelum et terra — — — — creata sunt) est ille sanctus primocreatus dies primi mensis Hebraici Nisan, qui incidit in vigesimum quintum mensis Romani Martii cett." — ἐστί non apto loco positum est; neque legimus auctorem Atticae graecitatis. — Nequaquam vero ante ὁμοουσίου cum Goaro inseras καί: ἡ ὁμοούσιος τρίας est unum tamquam verbum: „sancta et vivifica consubstantialis Trinitas.".

Pag. 2. A. Post κόσμου maximo signo interpungatur. Sequentia Περὶ οὗ — — ita explico: „Hunc annum 5534 maxime respiciens summa cum diligentia hoc Chronicon componere studui, praesertim quum plerique historici hunc annum verum esse non consentiunt, probaturus *partim*, ὅτι τε — —, *partim* καὶ ὅτι — —". Versio latina Goari longe discedit.

Pag. 2. D. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δῶμεν, ἔσται μὲν ἄλλη τις ἀρχὴ — — πρεσβυτέρα, ἄλλην ἑτέρα, καθ' ἣν κ. τ. λ. — Goarus mutat καὶ ἄλλη: apparet legendum esse: ἔσται μὲν ἄλλη — —, ἄλλη δὲ ἑτέρα, simul enim causa depravationis patet: *ΔΕ*, praesertim *E* sequente, facile in *N* mutari potest.

Pag. 3. A. ἣν (ἡμέραν) ὡς θεμέλιον ἀῤῥαγῆ καὶ βάσιν ἄσειστον πηξάμενος. Goarus: „quo velut inconvulso fundamento et inconcussa basi stabilita." θεμέλιον ἀῤῥαγῆ non tamquam substantivum et adiectivum coniungi possunt; θεμέλιον enim est neutrius generis. Aut igitur scribendum est ἀῤῥαγές, quod minus placet, aut interpungas post θεμέλιον, et θεμέλιον vi adiectivi, qua dicitur, ad βάσιν referas.

Pag. 3. C. ὡς προδέδειχθαι. legas προδέδεικται.

Pag. 3. D. ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, ἤτοι μιᾶς σαββάτου, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. — Verba depravata esse apparet, quamquam Goarus non vidit. Σάββατον enim neutrius generis est, neque numerali εἷς hic locus suus. Si nomen Sabbati apud Georgium hebdomadem significaret, mutarem τοῦ πρώτου σαββάτου — μιᾶς enim aliquis male scripsit pro signo numeri primi α' —: quum vero huius loquendi usus exempla reperire non potui, verba eiicio; ac manum glossatoris vox quoque huic loco prorsus aliena ἤτοι haud obscure indicat.

Pag. 4. A.B. Ὁ ἅγιος Ἰωάννης καὶ μέγας ἐν διδασκάλοις Χρυσόστομος τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τοῦτ' ἔστιν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ, λέγει τὸν Ἀδὰμ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, καὶ τὴν Εὔαν, ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα.

In his paucis verbis plura me offendunt:

Primum, quod cognomen Ioannis et sine articulo et prorsus alieno loco positum est: aut scribendum esset ὁ Χρυσόστομος, aut καὶ διδάσκαλος Χρυσόστομος. Neutrum placet: coniicio, cognomen margini adscriptum a librario temere textui insertum esse. Ioannes enim, episcopus Constantinopoleos, dum vivebat (mortuus est a. 407), cognomine *Chrysostomi* non ornatus fuit, neque patres Ecclesiae, qui saeculo quinto scripsere, Palladius, Hieronymus in viris illustribus cap. 129. Theodoretus libr. V. c. 28—32. Sozomenus libr. VIII. c. 2. eum Chrysostomum appellant, quamquam divinam eius eloquentiam laudibus extollunt, et praestantissimum omnium sui temporis oratorum vocant. Exstat quoque in Germania in bibliotheca publica Helmstadiensi codex, cui XVII Homiliae (aut quo verbo illic vocantur λόγοι) Ioannis Chrysostomi in Matthaeum insunt, quique omnes notas summae antiquitatis fert. Inter has mihi non levissima esse videtur, quod in inscriptione operis nomen honoris, D. Ioanni ob eloquentiam datum, *Chrysostomi* deest, quod recentiores scribae plerumque solum, vero *Ioannis* nomine omisso, libris inscripserunt [4]. — Primus, apud quem cognomen Chrysostomi legitur, est *Ioannes Moschus* in Prato cap. 157. (in Cotelerii monumentis Ecclesiae graecae, Tom. II. pag. 439): Ἔλεγον περὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ δικαίως ἐπονομασθέντος Χρυσοστόμου, διὰ τὸ τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου καθαρὸν καὶ διαυγές. Ex his verbis non temere colligere mihi videor, hoc cognomen haud longe ante eius aetatem Ioanni datum fuisse. Scripsit vero Ioannes Mochus circa ann. 620 — 630. — *Photii* quidem aetate, qui circa 888 post Chr. vixit, nomen Chrysostomi iam vulgatum fuisse apparet, quoniam cap. 96 et 277. Chrysostomum, nomine Ioannis non addito, citat. Aliis tamen locis cognomine omisso Ioannem tantum vocat c. 229. p. 819. ed. Schotti; et cap. 231. pag. 889. narrat, se legisse epistolam synodicam Sophronii, Honorio imperatori Romano missam: in eodem volumine contenta fuisse loca excerpta (χρήσεις) e scriptis variorum Patrum sanctorum, inter quos fuit καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ τὸ στόμα Ἰωάννης ὁ

4) Codicem hunc paucis descripsit *Io. Saubertus* in variis lectionibus textus Graeci evangelii Matthaei, Helmstad. 1672. 4; — pluribus *Henke*, doctissimus inter Theologos Germaniae, in Commentariis de rebus novis litterariis ann. 1778 pag. 185 — 192. Conferas quoque *Cyprianum* ad cap. 129 Hieronymi de viris illustribus, in Fabricii Bibliotheca Ecclesiastica pag. 217.

Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος. Quamquam igitur cognomen Chrysostomi iam vulgatum erat, tamen non ita praevalebat, ut nomen Ioannis prorsus omitteretur; verum mox nomine, mox cognomine vocabatur. Inde coniicio, Gregorii aetate, qui septuaginta vel octoginta annos ante Photium scripsit, Ioannem plerumque adhuc nomine suo vocare in more fuisse, etsi cognomen Chrysostomi non ignotum erat, quo principio propter eloquentiam ornatus, dein ab aliis episcopis Constantinopoleos eiusdem nominis distinctus est. Georgius igitur, opinor, Ioannem cognominibus sancti et magni inter doctores Christianos satis distinxisse sibi visus erat: lector vero aut librarius recentior nomen sibi magis familiare Chrysostomi adscripsit [5]).

Dein verba *καὶ τὴν Εὔαν* aut ab ipso auctore prorsus alieno loco posita sunt, aut potius a nasutulo intrusa esse videntur, qui Adamum non sine Eva, auctore culpae, e paradiso expelli posse sibi finxerit. Et in loco, quem Georgius respicit, in Homilia 59 ad Matthaei cap. 18. vers. 7. nulla Evae mentio est. „Etenim, scribit Ioannes, si primus homo breve tantum tempus, fortasse ne totum quidem diem deliciis paradisi fruens, ad tantam pravitatem progressus est, ut se Deo similem esse fingeret: quid peregisset, si totam vitam continuam aerumnarum expertem vixisset?"

Quid denique verba *ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα* sibi velint, non video. Si, quod contextus verborum necessario postulat, ad Ioannem refers, contradicunt statim sequentia, non enim *Ἰωάννῃ πείθεται*, sed commonet, ne a divino Spiritu silentio velata perscrutemur. Si vero ad Evangelium Matthaei verba referre velles, ridiculose apposita essent. Timeo, ne nimius in verbis resecandis videar: attamen ego quidem aliam medelam loci non video et leniori medico gratiam habebo.

Pag. 5. A. lego: *καὶ* (scil. *ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς*) *τῆς μετὰ τοῦτον εἰσόδου τῆς Εὔας ἐν τῷ παραδείσῳ:* in parva Genesi finitur dies, quo post eum (Adamum) Eva in Paradisum ingressa sit. Magis forsitan ad Hellenismum antiquum foret *μετ' αὐτὸν*, nisi litterae nimis recederent. — Verba autem *τά τε τῆς παραβάσεως καὶ μετὰ τὴν παράβασιν* inserta esse mihi videntur; nam in sequentibus e vita Adami nihil de transgressione narrat, scribae autem haec gravissima pars rerum gestarum Adami esse visa est, ut in vita Adami desiderari non posset.

Pag. 5. B. *Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος.* Signum numeri secundi B omissum erat in codice.

5) Monendum est, ne lector de nomine Chrysostomi versionibus latinis decipiatur. Michaëlis Glycas, qui circa ann. 1150 Annales scripsit, ubivis fere Ioannem *τὸν θεῖον*, *τὸν χρυσορρήμονα*, *τὸν τὴν γλῶτταν χρυσοῦν* p. 18. pag. 27. 28. 66. 67. 68; raro *Χρυσόστομον* vocat pag. 39 et 123: in versione autem latina semper Chrysostomus appellatur.

Locum pag. 5. D. et pag. 6. A. B. corruptum esse apparet. Nemo non offenditur repetitionibus inanibus: ἤτοι διὰ τὰς μετὰ τὴν κλάσιν τοῦ χωρισμοῦ αὐτῶν ἡμέρας ἐκ τοῦ παραδείσου, quibus in verbis et iterum τὸ ἤτοι et perturbatus ordo verborum manum glossatoris imperiti indicare mihi videtur; ἐπὶ δὲ θηλυτοκίας ἕως ἡμερῶν π΄ — — ἐπὶ δὲ θήλεως ἐπὶ ἡμέρας π΄. Vox ἀφαιδρῶς nihili est.. Ἄφεδρος, quod Goarus e margine vult, est purgatio menstrua, non foemina menstruo laborans. — Ἐστοιχειώσαμεν: Forma pluralis contra Georgii usum est. Singulari enim numero Georgius ubivis fere utitur, indicaturus, quod *ipse* fecerit aut dixerit, quodve dicturus sit. Pag. 2. A: μοὶ πᾶσα σπουδὴ γέγονε. Pag. 3. B: πηξάμενος — — λιπαρῶ Θεὸν συνεργῆσαί μοι. Pag. 5. A. προήχθην, et hac ipsa pag. 6. B: λαβὼν σπουδάσω ποιῆσαι. — Et sequentibus τῷ πρώτῳ ἔτει κ. τ. λ. nullus omnino sensus est. — Ratio, quam Goarus iniit, ut aptam coniunctionem verborum ac sensum restitueret, et dura videtur, quod plura verba a librario *neglecta* esse ponit, et contra Grammaticam peccat; nam ἐπ' αὐτῷ πραχθέντα non sunt *in eo anno* acta, et particula δὲ post ἐφεξῆς, si Goari coniecturam accipis, neque explicari potest, neque a Goaro versa est. At facilius est in rebus perplexis videre quod falsum sit, quam verum invenire: tamen periculo aliquo suscepto, etsi successu non felici, alius certe monetur, ne hac in via verum quaerat.

Lego: Διὰ τοῦτο προσέταξεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως ἐν τῷ Λευιτικῷ, ἐπὶ μὲν ἀῤῥενογονίας ἀκάθαρτον αὐτὴν εἶναι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἐπειδὰν καὶ Ἀδὰμ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ εἰσήχθη ἐν τῷ παραδείσῳ, οὗ χάριν καὶ τὰ γενόμενα (fortasse γεννώμενα G.) [6]) τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ εἰσφέρουσιν ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν νόμον· ἐπὶ δὲ θήλεως ἀκάθαρτον εἶναι αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ὀγδοήκοντα, διά τε τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς εἴσοδον τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ, καὶ διὰ τὸ ἀκάθαρτον (an ἀκαθάρτερον?) τοῦ θήλεως πρὸς τὸ ἄρσεν· ἀφεδρῶς γὰρ πάλιν οὖσα οὐκ εἰσέρχεται ἕως ἑπτὰ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ, κατὰ τὸν θεῖον νόμον. — Ταῦτα ἐκ τοῦ βίου λεγομένου Ἀδὰμ φιλομαθίας χάριν ἐν συντόμῳ ἐστοιχείωσα, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ ἀπ' αὐτοῦ πραχθέντα· ἐφεξῆς δὲ τὰ λοιπὰ στοιχειωθήσεται.

Pag. 6. B. Lege: καὶ τῆς κατ' ἀλλήλα τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας. Διαφοραὶ non sunt „*spectabilis turba*" sed diversitates: multorum et diversorum populorum reges, sacerdotes cett. — Neque μοχθηρία est „*labor ingens susceptus*" sed scelus publicatum.

Pag. 7. A. dele εἶναι *cum commate* post εὐδιαγνώστους, ac coniunge: διὸ (καλὸν ἡγούμενος) τὰς διαφορὰς τρεῖς οὔσας καὶ

6) In lege quidem Mosaica non reperis, ut infantes in templum portentur. Tamen hoc loco infantes, et quidem mares, intelligendos esse, docet Michaël Glycas p. 211, qui eundem hunc locum citat.

εὐδιαγνώστους ἐκθήσομαι κ. τ. λ. neque latina versio discedit ab hac correctione.

Pag. 10. A. Seth nascitur anno ducentesimo *tricesimo* Adami, et ablactatur ducentesimo *quadragesimo tertio.* Anno vero ducentesimo *tricesimo quarto* progenuit Adamus filiam Azuram. — Nemo non videt, numeros perturbatos esse; hoc enim ordine veritatem sequerentur:

Τῷ σλʹ ἔτει Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἐγεννήθη, ἐν ᾧ τὸ ἑκατοστὸν ἑξηκοστὸν ἔτος ὑπῆρχεν τοῦ Κάϊν.

Τῷ σλγʹ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ἀπεγαλακτίσθη ὁ Σήθ.

Τῷ δὲ σλδʹ ἔτει ἐγέννησε θυγατέρα, ἣν ὠνόμασεν Ἀζουράν.

In hoc ordine res ad veritatem ponendae essent: dubito autem, an auctor noster ita posuerit. *Georgius* enim *Cedrenus*, qui (circa ann. 1060 uti videtur), in antiqua historia omnia fere e nostro Georgio hausit, scribit pag. 8: *ὁ Σὴθ ἀπεγαλακτίσθη γενόμενος ἐτῶν δώδεκα.*

Pag. 10. A. *ὁ Σὴθ ἐμυήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μελλούσης ἔσεσθαι τῶν Ἐγρηγόρων.* — Legitur *μελλόντων.*

Pag. 10. C. *Τῷ υλεʹ ἔτει ἐγεννήθη τῷ Σὴθ ὁ Ἐνώς. Οὗτος γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἐνενήκοντα ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν τῷ χκεʹ ἔτει. Ἐνὼς δὲ ἤλπισεν κ. τ. λ.*

In *υλʹ* est signum numeri quinti *εʹ* sequentis verbi littera incipienti absorptum. Lector vero quidam diligens errorem animadvertens, adscripsit correcturus: *ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως γεννήσεως Ἐνὼς ἔτη τετρακόσια τριάκοντα πέντε δηλούσης τῆς γραφῆς,* quae verba librarius textui, non autem suo loco inseruit.

Pag. 10. D. pro *οὕτω δὲ ὁ σωτὴρ* lego: *οὕτω καί.*

Pag. 10. D. pro *τῶν περὶ* lego *περὶ τῶν καθʼ ἐκ.*

Pag. 10. D. Quid sibi vult *οὕτως?* Lacunam hoc loco esse suspicor: adiecerat, ni fallor, Georgius noster horarum ordinem, quibus preces peraguntur; scriba vero omisit. Apud Georgium enim Cedrenum a verbo *μετανοήσας ὁ Ἀδὰμ* usque ad *οὕτως* pag. 9. omnia eadem leguntur, et post *οὕτως* sequitur ordo precium.

Pag. 14. A. Ita lego et interpungo: *ἔστι οὖν αὐτῶν* (Gigantum, filiorum Angelorum e filiabus hominum) *ἡ πρώτη παράδοσις περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. (ἐκάλεσε δὲ ταύτην τὴν βίβλον Χημᾶ, ἔνθενδε ἡ τέχνη Χημεία καλεῖται) καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων οὖν κ. τ. λ.*

Georgius narrat e libro Zosimi Panopolitae, Philosophi Christiani, Gigantes, filios Angelorum, *has ipsas artes* hominibus tradidisse. *Has ipsas* artes, in quibus scilicet describendis totus liber versatur, de quibus inscriptio quoque sumta est. Georgius igitur, verba *περὶ τούτων τῶν τεχνῶν* explicaturus, addit: „inscripsit enim libro titulum *Χημᾶ,* de quo verbo apud nos nomen artis *τῆς Χημείας* ortum est." Nomen ergo *τῆς Χημείας* Georgio nondum longum per tempus vulgatum, sed tamquam novum esse videtur, neque apud scriptores antiquiores legere me-

mini: atque accentu, quo *Χημᾶ* scribitur, docemur, verbum non esse Graecae originis. Derivandum est a verbo Arabico (liceat ut Hebraicis litteris utar) כמי, texit, celavit, quod in caeteris dialectis orientalibus desideratur, unde substantivum כימיא, ars arcana. Quum vero Graeci, maxime orientales, iam inde a saeculo quinto vel sexto *η*, *ει* aliasque litteras vocales tono τοῦ Iota pronuntiarent; nomen, quod ab Aegyptiis *Chimia* audiverant, *Χημεία* scripserunt, quem scribendi modum omnes Graeci sequuti sunt. Suidas e. g. ponit *Χημεία* in eo loco sub *χ*, quem vocalis *η* postulat, ac tantum libros Aegyptios περὶ τῆς χημείας laudat. — Quum vero *Χημεία* Chimia pronuntiaretur, et ars illa arcana maxime ars liquefaciendi facta esset, veram nominis derivationem ignorantes, saeculo duodecimo, ut videtur, inceperunt *Chymiam* scribere, tanquam a κέχυμαι derivatum esset; et hanc rationem pronuntiandi et scribendi omnes fere recentiores usque ad Boerhavium sequuti sunt. Boerhavius vero, cui narratum erat, in Bibliotheca Parisiensi exstare Ms. Zosimi Panopolitae, in quo ubivis *Χημεία* scriptum sit, auctor fuit, ut plerique medicorum, inprimis Bataviae et Germaniae, Chemiam pronuntiarent et scriberent. An Ms. Zosimi exstet, nescio: ad rem nostram satis valet locus Georgii. Tamen Boerhavius punctum non tulit: Zosimus quidem *scribit* χημεία, non vero Chemia *pronuntiavit*. Ad veram etymologiam soli Galli nomen scribunt *Chimium*, et quae, Articulo tantum Arabico aucta, eadem cum Chimia est, *Al-chimiam*.

Pag. 14. C. Ζώων τινῶν ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης θ α ν έ ν τ ω ν. — *Goarus* coniicit θαλλόντων. — Goarus vero, similitudine deceptus, signa Θ et Φ mutasse videtur in legendo codice Georgii. Scribe φ α ν έ ν τ ω ν.

Κ ο μ π ο λ ο γ ί α non est, uti Goarus vult, contextus narrationis pulchro ordine digestae, sed oratio iactabunda: Berosus grandibus verbis historias suas exornavit.

Pag. 14. D. Τὸ τ ῶ ν Χαλδαίων et paulo post, καὶ οἱ κατ' α ὐ τ ό ν. — Errores typographi esse videntur τὸ τὸν Χ. et α ὐ τ ῶ ν: repetiti vero sunt ex editione Parisiensi in Veneta.

Τὸ γ ὰ ρ τ ὴ ν κ α θ' ἡ μ ᾶ ς ο ἰ κ ο υ μ έ ν η ν cett. Haec verba Goarus prorsus non intellexit, inserens ἐ κ ε ί ν η ς. Locus sanus est: verba ἐ ν ᾗ referenda sunt ad nostram terram, i. e. ad universum nostrum orbem terrarum, quem ante diluvium habitatum fuisse patres Ecclesiae negarunt. Opinio inter eos vulgaris erat, terram esse planam, Oceani circulo circumdatam; (secundum alios, ut Cosman Indicopleusten, terra erat quadrangulata, quadrangulato Oceano circumfusa). Ultra Oceanum aliam terram esse, quae Oceani aquas circumclaudat: atque in hac terra ultra Oceanum, altiore caeteris nostrae terrae regionibus, homines ante diluvium habitasse: in diluvio vero ab illa

altiore terra in nostram humiliorem transnatasse.' Conferas Montefalconii praefationem ad Cosmae Indicopleustae Topographiam cap. II. §. 4, et Cosmam ipsum libr. II. pag. 131.

Pag. 15. A. legitur: ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη πᾶσα πόῤῥω που κεῖται ποῦ τῆς Ἐδέμ. Goarus in margine: ποῦ redundat. — A scriba corruptum est: lege ἀπό.

Ibid. lego θεοφόρων διδασκάλων, non διδάσκαλον.

Pag. 16. D. Δύο κύκλους - - ἐπληρώθη. Goarus mutat: Δύο κύκλοι - - ἐπληρώθησαν. Ego scribo: ὁ δεύτερος κύκλος - - ἐπληρώθη. δεύτερος signo numeri secundi scriptum erat, inde error.

Pag. 18. C. D. Hic locus pluribus vitiis laborat: Berosum, dicit, septem Diis, Aegyptiorum regibus, tribuere annos 1985, quorum primum 9000 annos regnasse!! — E pag. 41. B. corrigas 11,985. — Pro σελήνην lege σεληνίων. — 9000 menses lunares (mensis = 29½ d.) reddunt 265,500 dies. Hac dierum multitudine ad anni solaris trecentos sexaginta quinque dies distributa non annos 720 ½ cum quatuor diebus reddunt, sed annos 727 et dies 145. Itaque rescribo: συνήξαν ἔτη ψκζ' καὶ ἡμέρας ρμε'. Signum dimidii ◡ simile signo numeri septimi errori occasionem praebuisse videtur. — Hanc vero computationem Georgius mendacium vocat, γελοίων ἄξιον. Forma plurali offendor, lego: γελοῖον ἄξιον.

Pag. 19. D. et pag. 20. A. B. locus adeo corruptus est, ut sine auxilio manuscriptorum librorum sanari posse non videatur. Omnia quae tentavi displicent. Lineas quasdam opinor incuria scribarum excidisse.

Summam vero perturbationem reperis in numeris dynastiarum p. 54. et seq. neque ulla fere pagina est, in qua non pluribus erroribus aut auctoris aut scribae teneris; atque interdum Goarus in novos errores inducit. Ut pag. 65. A. Σπαρτοὺς interpretatur *Spartanos*. Sunt *Thebani*, e dentibus anguinis, a Cadmo *satis*, enati:

λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος,

uti Euripides in Supplicibus v. 703 Thebanos laudat. Audacius in choro v. 578 λόγχην σπαρτὸν eos vocat, *lanceam satam*, milites e dentibus satis enati; et v. 713 σπαρτοὶ ἄνδρες pro Thebanis dicit.

Haec sufficiant, ut lectores et difficultates cognoscant, quibus disquisitio de Georgii fontibus et de ratione, qua Chronographiam composuerit, impedita sit, et videant, me non imparatum in aream descendere neque in alieno foro litigare.

Praecipuum Georgii consilium est, ut probet, Christum esse natum anno 5500 post creationem mundi, ita ut annus 5501

primus annus Christi sit: p. 2. A. B. p. 3. B.[7]) Itaque Genealogiae Iudaicae in libris Veteris Testamenti, quos a Spiritu sancto inflatos esse pluries laudat p. 4. B. C. summam tribuit diligentiam, ac Chronologiae, ex his compositae, res gestas aliorum populorum tanquam res secundi ordinis subiicit.

Primus igitur et *praecipuus fons*, e quo Georgius Chronographiam hausit, est *ἡ θεόπνευστος γραφὴ, κατὰ τὴν τῶν ο΄ ἑρμηνείαν*. Rarius enim Patres Ecclesiae linguae Hebraicae periti erant, et quamquam Georgius Genealogiam e libris Hebraeorum non negligit, tamen nullibi argumentum occurrit, eum linguae Hebraicae gnarum fuisse. Inserit quidem interdum versiones vocum Hebraicarum, ut pag. 5. D. *Ἀδὰμ ὠνόμασεν Εὔαν, ὃ ἑρμηνεύεται ζωή*; pag. 10. C. *ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἐνὼς ὡσανεὶ ἄνθρωπος, κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν*; p. 15. B. *εἰς γῆν καλουμένην Νὸδ, ἥτις μεθερμηνεύεται τρέμουσα*: ex his ipsis vero versionibus maximeque e ratione citandi (*ἑρμηνεύεται*) colligo, Georgium caeteros Ecclesiae patres intellectu linguae Hebraicae non superasse. (Conferas inprimis pag. 37. C. *Νεμβρὼδ ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς κ. τ. λ.*) Neque temere versionem Graecam *τῶν ο* sequi sibi videtur. Nam *Deo inspirante* (*ἐπιπνοίᾳ Θεοῦ*) totum textum Hebraicum interpretatos esse e libro Aristaei et Iosepho p. 272. C. narrat, ut Ptolemaeus Philadelphus et Demetrius Phalereus et multi alii sapientissimi Alexandrinorum, interpretatione perlecta, hunc solum librum a Dei spiritu inflatum esse confessi sint. [8]) — Tum numeros codicum Hebraicorum *minores* omnibus Historicorum testimoniis contradicere. His enim acceptis a diluvio usque ad Abraham annos solummodo 292 colligi; Noënque ergo, qui annis 350 diluvio superfuerit, vitam usque ad 58 annum Abrahae produxisse. — Denique antiquissimos illos hominum longioris aevi fuisse, ut longius temporis spatium, procreationes filiorum procedens, magis e natura rerum sit, quam brevius. Quamobrem minores annorum numeros, in libris Hebraicis ante filiorum procreationem computatos, ab ipsis Iudaeis excogitatos esse Georgius suspicatur, ut praecocium nuptiarum licentiam nonnulla habuerint auctoritate munitam: pag. 84. C. D., pag. 89. B. C. [9])

7) Pag. 321. B. omnem huius scripti laborem eam ob causam susceptum esse narrat, ut ostendat, diem, quo terra creata sit, eumdem esse diem anni, quo sancta Virgo filium unigenitum Dei conceperit, eumdemque, quo Christus a mortuis resurrexerit, nempe octavum Calendas Apriles. 8) Hac pag. 272. C. corrigas: *ἐξελιπάρησεν*; D. *καὶ Θεοδέκτης τραγικός*: legitur *καὶ Θεόδεκτος στρατηγός*: conferas vero Iosephi Antiqu. XII. c. 2. §. 18; et pag. 273. A. *ἐξωνήσεσι* verbum nihili est; lego: *δώδεκα μυριάδες Ἰουδαίων ἐξωνηθεῖσαι βασιλικοῖς χρήμασι εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐξαπεστάλησαν.* 9) Haec pag. 89. eius sunt verba: „quum igitur interpretatio *τῶν ο΄* ex antiquo, ut videtur, et non perverso codice Hebraico traducta est; merito ubivis hac usi sumus in praesenti Chronographia; praesertim quum et

Neque in eo quievit, ut ex uno codice graeco septuaginta interpretum numeros collegerit: *plures codices inter se comparavit* pag. 83. 89., quamquam nobis ubivis veras lectiones sequutus esse non videtur. Inprimis laudat codicem, e Caesariensi Cappadociae Bibliotheca sibi delatum, ἠκριβωμένον κατά τε στιγμὴν καὶ προσῳδίαν, accuratissimum quod ad interpunctionem et accentus pertinet, et descriptum e codice, quem *Basilius*, ὁ μέγας καὶ θεῖος, pluribus libris inter se collatis, correxerat, pag. 203. B. Ex hoc codice ad IV librum Regum cap. 15 v. 27 lectionem citat, quam in nostris libris editis nullibi reperio: Phaceen, regem Israëlis, non annos *viginti*, sed *octo et viginti* regnasse, quam lectionem Georgius sequitur. Neque numerum *octodecim*, quem h. l. Georgius in aliis exemplaribus reperisse dicit, in nostris editionibus reperi. Maxima vero differentia codicum est in anno, quo Mathusala τὸν Lamech genuerit. Georgius ponit annum centesimum *sexagesimum* septimum Mathusalae; e quibusdam vero raris exemplaribus (p. 83. C.) refert Africanus nativitatem τοῦ Lamech ad annum centesimum *octogesimum* septimum Mathusalae: uti in nostris libris optimis non solum septuaginta interpretum, verum etiam in ipso textu Hebraico (Genes. V. 25.) legitur. — Ego quidem Africano assentior; et Georgius nodos, quibus se suamque Chronologiam circumstringit, non nisi gladio proscindit, et mox dubius haesitans contra se ipse pugnat. — Nam si nativitatem τοῦ Lamech ad annum Mathusalae 167 ponis, i. e. e numeris septuaginta interpretum, ad annum mundi 1454, necesse est, ut diluvium ad annum 2242 referas, uti Georgius Eusebiusque fecerunt. Lamech enim 188 annos natus genuit Noën, i. e. anno mundi (1454 + 188 =) 1642; et in Noës anno sexcentesimo diluvium incepit: ergo A. M. 2242. Mathusala autem secundum Hebraicos libros ac Graecos atque Latinos summam inter mortales senectutem assequutus, et anno vitae 969 mortuus est. His annis 969 ad annum mundi 1287, quo Mathusala omnibus libris graecis consentientibus natus est, additis, colligitur annus mundi 2256: ergo necesse foret, ut Mathusala post diluvium vixisset. Quod vero quum omni auctoritate caret, accipere non licet. — Locus Georgii pag. 20. C. D. a librariis corruptus est: attamen etiam, quae clarissime Georgii verba sunt, inter se non concilianda esse videntur. Sine omni dubio verba exciderunt, eiusdem fere sensus, quo verba pag. 114. A. B. leguntur: Ὁ δὲ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησὶν, ὅτι ͵ψπβ΄ ἔτη ἐπιζῆσαι μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν Λαμὲχ, ὡς καὶ ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις ἐστὶν, καὶ τεθνηκέναι ἔτη ϛ΄ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. ὅπερ ἐάν τις ἀληθὲς εἶναι δῷ κ. τ. λ. Hanc sententiam pag. 114. quoque Geor-

per universum orbem terrarum expansa Ecclesia Christiana eam solam acceptam habet, eaque utendi morem apostoli Salvatoris nostri eorumque discipuli iam a principio tradiderunt."

gius Eusebio tribuit, non vero illam, Mathusalam ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμόν; et in sequentibus lineis pag. 20. Georgius solum contra *brevius* vitae spatium pugnat, quod Mathusalae tribuendum esse nonnulli putaverint. Praeterea pag. 20. πᾶσιν ὁμολογούμενόν ἐστι, *apud omnes pro confesso habetur*, Mathusalam et longissimam prae reliquis hominibus vitam peregisse *et diluvio periisse*. (Unde hanc famam perceperit, nescio). Igitur suspicatur, Mathusalam non anno mundi 1287, sed 1273 natum esse: huic namque 969 anni vitae Mathusalae coniuncti reddunt annum bis millesimum ducentesimum quadragesimum secundum, in quem annum diluvium quoque incurrit, quo Mathusala sublatus est.

Dein pag. 22. B. legitur: „Anno 2236 Mathusala obiit." Ordo numerorum probat, hoc loco errorem scribae non esse; Georgius vero, fontem indicare oblitus, hunc numerum ex Eusebio sumsit, uti saepius aliorum computandi rationes, quamquam eas non probet, inserit. Nam si Mathusala A. M. 1287 natus est, et anno vitae 167 τὸν Lamech genuit, et 782 post procreationem τοῦ Lamech vixit; mortuus est anno vitae 949, et A. M. (1287 + 949 =) 2236.

Pag. 114. A. B. autem traditionis illius, quam pag. 20. omnes certissimam esse profitentur, adeo oblitus est, ut a veritate abhorrere ei non videatur, Mathusalam *annis quindecim* [10]) diluvium superasse: quamquam enim ignotum sit, quo loco servatus sit; Deum tamen modos locosque nosse, quibus Mathusala, uti Enoch, servari potuerit.

Non errare mihi videor, si hanc veram Georgii sententiam esse ponam; quoniam illa mutatio anni nativitatis Mathusalae contra codices a Georgio probatos pugnat, contra quorum auctoritatem pugnare Georgius non solet. Et si vita suppeditasset, ut opus usque ad suam aetatem (A. post Chr. 800), quem finem sibi proposuerat, perducere, atque elaborationem totius operis repetere potuisset; illam dissensionem locorum pag. 20, 22 et 114 certe eum sublaturum fuisse persuasum habeo. — At imperfectum, praereptus morte, reliquit opus, iam in Diocletiani imperio finiens; tradiditque amico *Theophani*, qui opus susceptum continuavit, atque a Diocletiani temporibus ad Michaëlis et Theophylacti eius filii imperium (i. e. usque ad annum 822 e nostra computatione) Chronicon congessit. (Vide Theophanis Chronographiam in Scriptoribus Byzantinis, Tom. VI. p. 3. 4. edit. Paris.) Errores autem non delevit, neque dissensiones locorum quorundam sustulit.

10) ἔτη ιε' in codicibus manuscriptis legitur, neque cum Goaro muto ιδ': saepius enim Chronologi, ad modum Romanorum, et annum de quo, et annum ad quem referunt, computant. Scaliger quoque in Eusebianis pag. 4. lectionem manuscriptorum edidit; tribuit vero Eusebio opinionem, Mathusalam diluvio superstitem fuisse, quae non Eusebii est.

Tanto vero studio Georgius versionem graecam Bibliorum sequitur, ut *non sine ira eos reprehendat, qui textum Hebraicum sequentes* ea, quae *ab interpretibus graecis addita* esse videantur, *negligunt.* In cap. XI. Geneseos vers. 12. Genealogiae Noës ab interpretibus Graecis *Caïnan*, filius Arphaxadis, inseritur; nam in textu Hebraico Arphaxadis filius est Sala, quem interpretes septuaginta filium Cainae, nepotem Arphaxadis ponunt. Eo maiori autem studio Georgius in Eusebium et Africanum, qui textum Hebraicum sequuti sunt, invehit, quod divinissimus quoque Lucas, *ὁ μυρίων Εὐσεβίων ἀσυγκρίτως προύχων*, in capite tertio sancti Evangelii vers. 36. Cainan Arphaxadis filium, decimum tertium ab Adamo numerat: pag. 54. A., p. 80. A., p. 92. C. D., p. 115. A. B., p. 168. D., p. 169. B. Etenim si nullibi nomen Cainae inventum esset; unde lecti per omnes Ecclesias Christianas sancti libri Geneseos (graecos cogitat) illum promunt? unde Lucas, cuiusvis divinae humanaeque sapientiae peritus in Evangelio suo posuit? „Non dubium ei est, quin in accurate descriptis codicibus Hebraicis (*ἐν τοῖς ἠκριβωμένοις τῶν ἀντιγράφων*) numeri legantur, qua ratione ipse annos computet. — Cognoscimus ex his locis, Georgium in exemplaribus suis Evangelii Lucae nomen Cainae legisse, neque dubitatio de veritate lectionis mota fuisse videtur. In uno quidem codice N. T., Cantabrigiensem Bezae dico, nomen Cainae abest, et nonnulli doctorum dubitant, annon fortasse a caeteris librariis codicibus N. T. insertum sit: in omnibus vero codicibus septuaginta interpretum legitur, [11]) iamque Originis aetate legebatur, a quo, quod Procopius Gazaeus testatur, in Hexaplis obelo notatus fuit; non autem, quam coniecturam inde aliquis capere posset, quod a quibusdam exemplaribus graecis abfuerit, sed quod in Hebraicis non fuit. Cfr. Originis Commentar. in Matth. Tom. I. p. 381. — Unde autem versus ille cap. 11. Geneseos in versionem graecam subrepserit, non reperio; nam ab omnibus codicibus Hebraicis, qui nobis supersunt, quosque antiqui memorant, abest. Quamobrem Georgio neutiquam assentiar, *τὸν Εὐσέβιον σφάλλεσθαι, τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ κακῷ ἀκολουθήσαντα*, pag. 79. D.: sed quum textus Hebraicus primus fons est, ex quo haurire debemus, eum potius sequi necesse est, quam rivulos inde deductos, quosque alienis additamentis corruptos

11) In uno codice *τῶν ο'*, quem *Robertus Holmes* numero 82 designat, atque in versione Armeniaca, quam non ex Hebraicis, verum e Graecis codicibus septuaginta interpretum post Chr. n. factam esse constat, omnia, quae vers. 12 et 13 ad Cainan pertinent, absunt. Vide Holmes Vetus Testamentum Graecum cum variis lectionibus. Tom. I. Oxonii. 1798. Unum in hoc opere diligentissimo atque elegantissimo desidero, quod Holmes nihil prorsus praefatus est, quantum auctoritatis singulis codicibus tribuendum sit, quo saeculo et a quo scripti sint; quam recensionem sequantur.

esse non levis suspicio arguit. — Ne autem quis verbis pag. 89. C. D.[12]) fallatur, ut credat, Georgium et hac in computatione sibi contradicere; monendum esse videtur, omnem hunc locum ex Eusebio descriptum esse, qui triplicem in seriem computationem annorum e septuaginta interpretibus, ex Hebraeorum codicibus, atque e Samaritanis digesserat pag. 80. C. D. 1, in sua vero computandi ratione Cainan tanquam ab aliena manu insertum omiserat, atque inter diluvium et Abrahae nativitatem non 1070, sed 942 annos numeravit. — Simulque e Georgio varietates lectionis in numeris τῶν ο′ discimus, quae in nostris codicibus non leguntur. Arphaxad enim, scribit p. 115. A. B., anno aetatis 135 genuit Cainan, A. M. 2377, vixitque annos 355 usque ad A. M. 2732, atque obiit decem annos ante patrem suum Sem. (Haec ratio sibi constat: Sem enim A. M. 2142 natus quingentos annos post diluvium, quod in annum 2242 incidit, vixit; ergo mortuus est A. M. 2742). In aliis vero codicibus (intellige Hebraicos), ut Eusebii, esse, Arphaxaden post *Salam* natum annos 403 inter vivos egisse." Numerus 403 ex Hebraicis est, quibuscum consentiunt versiones et Syriaca et Arabica; numerum vero 355, quem Georgius verum esse censet, quemque a scribis non corruptum esse, plures cum hoc numero consentientes numeri demonstrant, neque in Hebraicis neque in Graecis codicibus reperio: in Graecis est aut 400, aut 430, aut 330. — „Dein Cainan anno aetatis 130, i. e. A. M. 2507, genuit Salam, et vixit ἔτη υλ′ i. e. 430: (in latina versione legitur 450;) in quibusdam vero exemplaribus est 330." In nostris codicibus sine omni varietate legitur 330.[13])

Haud levis quidem laboris foret, omnia Georgii loca in concordiam revocare; saepe enim duriores tantum rationes dissensum tollere possunt, quarum ab usu etiam criticorum parum laudata modestia fere abhorret. Dissensus eiusmodi est in annis Mosis

Abrabam, uti vidimus, natus est secundum Georgii com-

12) ἔστι τοίνυν κατὰ τοὺς ο′ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵βσμβ′· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη ͵ϡμβ′. τὰ πάντα ἔτη ͵γρπδ′. Eadem dicit pag. 88. C.: Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραάμ, ἔτη ͵ϡμβ′, ὁπόσα ἦν καὶ κατὰ τῶν ο′ ἑρμηνείαν. At pag. 86. A. contenderat: Ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ͵αο′. ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἕως μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ͵βσμβ′· ἐπὶ δὲ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ͵γτιβ′, ὡς ἐν τῷ κανόνι σαφῶς ὑποκεῖται.
13) Locum praeterea vitiis scribarum laborare, apparet. Lego: τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ὡς καὶ Εὐσεβίου, υγ′ ἔχουσι τοῦ Ἀρφαξὰδ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν Σάλα, οἷς οὐδ' ὅλως ἑπόμεθα, πάντη τῆς ἀληθείας τῶν χρόνων καὶ τῶν γενεῶν διημαρτηκόσι. ἀντὶ γὰρ τοῦ Καϊνᾶν τὸν Σάλα γεννῆσαί φασι τὸν Ἀρφαξάδ, Ἀφρικανός τε καὶ Εὐσέβιος. — Robertus Holmes septem codd. graecos et versionem Arabicam, Copticam et Slavonicam citat, in quibus numerus 430 legitur. — Numeri vero 355 nullum exemplum affert.

putationem A. M. 3312. Septuaginta quinque annorum erat, quum de Haran egrederetur, Genes. 12, 4; Georg. pag. 95 A.: ergo in Canaan transiit A. M. 3387. Ab hoc anno 3387 Georgius opinatur annos illos 430 computandos esse, quos Israelitas in Aegypto habitasse in Exodo cap. 12. vers. 40. legitur, apud Georg. pag. 117 et 118: ergo Aegyptum Israelitae relinquunt A. M. 3817. Hoc anno Moses, Israelitarum dux, octoginta annorum erat: conferas Deuteronom. 34, 7 cum 2, 7; Acta Apostol. 7, 23 et 30; Georg. l. c. Ergo *Mosen natum esse necesse est* A. M. 3817 — 80 = 3737: uti in Georgio pag. 126. D. legitur. In linea sequenti errorem scribae esse patet, et mecum scribas: *Τῷ ͵γψλζ΄ ἔτει τοῦ κόσμου, Μωσέως π΄ πληρωθέντι καὶ ἀρξαμένῳ πα΄.* (Saepius β΄, ϛ΄, ζ΄ et signum dimidii ◡ in codicibus commutata vidi). — Dein pag. 121. legitur: „Omnes historici, tum Iudaici tum Christiani, uno consensu testantur, *Mosen natum esse anno secundo Amosis*, regis Aegypti, filii τοῦ Aseth." Et pag. 68. inter lineas a scribis depravatas haec sunt: „secundum plurima et accuratius descripta exemplaria τῷ Aseth patri viginti tantum annos concedi, Amosi filio autem 26." His positis omnia sibi constant. Nam Aseth ad imperium venit A. M. 3716, pag. 123. C.; annis viginti exactis Amosis successit 3736; et Moses secundo Amosis regis anno, ergo A. M. 3737 natus est.

Quum igitur haec in diversissimis paginis inter se consentiunt, Critico ius esse videtur, ut, quae ab his dissentiant, etiam durioribus rationibus in concordiam cogat: et iamiam iuris species audaciam auget. Capesso periculum. P. 68. C.

ex editione Goari.	*e coniectura.*
τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐνταῦθα προὔκειτο, κατὰ Ἄμωσιν μὲν, τὸν καὶ Τέθμωσιν, υἱὸν Ἀσὴθ τοῦ πρώτου βασιλέως τῆς κατ' Αἴγυπτον ὀκτωκαιδεκάτης δυναστείας, δεῖξαι τὴν Μωσέως γέννησιν, εἴγε λ΄ ἔτη λογισώμεθα τῷ αὐτῷ Ἀμώσει, καὶ ιϛ΄ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἀσήθ. εἰ δὲ, ὡς τὰ πλεῖστα καὶ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων, κ΄ μὲν τῷ Ἀσήθ, κϛ΄ δὲ τὸν Ἄμωσιν, ἔσται γεννηθεὶς κατὰ κζ΄ ἢ κϛ΄ ἔτος τοῦ αὐτοῦ Ἀσήθ. ὅπερ ἡμῖν εὕρηται μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας συντρεχόντων ͵γψλβ΄ ἔτει τοῦ κόσμου, νε΄ δὲ Ἰνάχου τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀργείων, καθ' οὓς Ἀσσυρίων μὲν Σφαιδρὸς, Συκιωνίων δὲ Ὀρθόπολις ἐβασίλευον.	*τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐνταῦθα προὔκειτο, κατὰ Ἄμωσιν μὲν, τὸν καὶ Τέθμωσιν, υἱὸν Ἀσὴθ τοῦ πρώτου βασιλέως τῆς κατ' Αἴγυπτον ὀκτωκαιδεκάτης δυναστείας, δεῖξαι τὴν Μωσέως γέννησιν, εἴγε, ὡς τὰ πλεῖστα καὶ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων, κ΄ μὲν ἔτη λογισώμεθα τῷ Ἀσήθ, κϛ΄ δὲ τῷ Ἀμώσει. ὅπερ ἡμῖν εὕρηται μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας συντρέχον τῷ ͵γψλζ΄ ἔτει τοῦ κόσμου, με΄ δὲ Ἰνάχου τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀργείων, καθ' οὓς Ἀσσυρίων μὲν Σφαῖρος, Σικυωνίων δὲ Ὀρθόπολις ἐβασίλευον.*

Audax fortasse inprimis in verbis eiiciendis videbor: iam vero antea locum vidimus et plura occurrunt, in quibus signa numerorum, maxime depravatorum, a lectoribus diligentibus in margine verbis explicata et correcta, ac causae quoque corrigendi adscriptae sunt: atque e margine librarius in ipsum textum verba aliena transposuit, caeterisque commiscuit. De Inacho vide pag. 125. B. Regnum Argivorum condidit A. M. 3692. Facile ν′ et μ′ commutantur.

Eadem ratione corrigo pag. 69 B: „Moses natus est sub Amosi nominis istius primo, vel annis quatuor ante eius regnum, κατὰ τὸ γψλζ′ ἔτος τοῦ κόσμου. Sub Amosi vero secundo Moses ex Aegypto egressus est, τῷ ,γωιζ′ ἔτει τοῦ κόσμου, π′ δὲ αὐτοῦ." Quod addit, Mosen ex alia computatione quatuor annos ante Amosin regnantem natum esse, a caeteris non dissentit: alii enim ponunt, τὸν Aseth, patrem Amosis, viginti et quatuor annos regnasse ab A. M. 3716 — 3740; et secundum horum rationem Moses natus esset tres annos integros aut, quod idem valet, anno quarto ante regnum Amosis. Et annus de quo, et annus ad quem referunt, computatur.

His quodammodo expeditis moremur paululum in annis 430, quos Israelitas in Aegypto habitasse narratur, quibusque in explicandis Georgius pag. 117 et 118 haud parum laborat. In Exodo cap. 12. vers. 40. in codicibus hebraicis, quibuscum versio Syriaca, Arabica et Latina consentiunt, legitur: „Habitationis tempus, quo habitaverunt filii Israelis in Aegypto, fuerunt anni *quadringenti et triginta.*" At lectores diligentes et inprimis interpretatores facile cognoverunt, annos 430 non esse verum *numerum* temporis Israelitarum habitationis in Aegypto. Addiderunt igitur alii „in Aegypto et in Canaan" — alii: „ipsi et patres eorum." Atque ita in versione graeca τῶν ο′ legitur in aliis codicibus: Ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατῴκησαν ἐν γῇ *Αἰγύπτῳ* καὶ ἐν γῇ Χαναάν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα; et in aliis post *Χαναὰν* additur certe non apto loco: καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν· nec non textus Samaritanus eadem haec verba inserit, ut scilicet ratio sibi constet. Hunc textum tanquam explicatum sequitur Georgius, incipitque, ut annos 430 colligat, ab anno, quo Abraham Euphraten transgressus in Canaan immigravit. Ego autem, rivulis neglectis, fontem sequor; numerumque illum, qua ratione in textum surrepserit, expediri posse arbitror.

In cap. 15. Geneseos vers. 13. oraculum illud vulgatum Abrahae datur: „Scito, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua; et in servitutem eos redigent, et affligent *quadringentos annos*. Vers. 16: *Quarta vero generatione* revertentur huc. Ita et in Actis Apostolorum 7, 6: καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ (τὸ σπέρμα) ἔτη τετρακόσια; et in Iosepho II. cap. 9. §. 1:

καὶ τετρακοσίων ἐτῶν χρόνον ἐπὶ ταύταις διήνυσαν ταῖς ταλαιπωρίαις — Ex omnibus his locis non colligi potest, Israelitas ad litteram quadringentos annos Aegyptiis serviisse. Multi numeri praeter finitam multitudinem infinitam significant copiam, inter quos in omnibus fere linguis numerus centenarius est: eum vero hoc loco pro infinito accipiendum esse, ipsa verba hebraica docent: quos enim auctor Geneseos versu 13. *quadringentos* annos dixit, versu 16. statim explicat *quarta generatione*; מאה igitur et דור pro synonymis ponit, uti *saeculum*, etiam in lingua Gallica, in utraque significatione dicimus. Et res ipsa neutiquam oppugnat. In cap. 6. Exodi vers. 14—20. *quatuor generationes* Israelitarum, dum in Aegypto versati sunt, enumerantur: *Levi*, qui, Genesi 46, 11 testante, cum Iacobo in Aegyptum profectus est, genuit *τὸν Caath*; Caath *τὸν Amram*; et Amram fuit pater *Mosis* et Aaronis.

Unde autem Exod. 12, 40 anni 430, qui in Epistola ad Galatas 3, 17 repetuntur? — Is qui haec scripsit, computavit: alias tempus habitationis Israelitarum in Aegypto verbis Oraculi finiisset: quadringentos annos in Aegypto habitarunt. — At quos numeros computavit? — Non alios novi, nisi numeros Genealogiae capitis sexti. — Qua vero ratione ex his 430 annos colligere potuit? Levi moritur anno vitae 137, Caath 133, Amram 137, et Moses, quum Israelitas ex Aegypto educeret, annos octoginta natus erat. Annis, quos filius cum patre vixit, contractis, haud multo plus temporis quam ducenti anni colliguntur. — Quid vero? tradatis puero hos numeros Genealogiae, ut temporis spatium computet. Quid facturus est? numeros singulos 137, 133, 137, 80 in unam summam colliget. Nisi fallor, is qui summam 430 annorum collegit, haud peritior fuit Arithmetices: non *omnes* vero annos *τοῦ* Levi in summam numerare potuit, quoniam Levi, quum in Aegyptum proficiscebatur, iam vir, iam pater trium filiorum fuit: vixit ergo in Aegypto, non annos 137, sed numero illo, apud Hebraeos inter rotundos ponendo, annos 80. Et si 80 + 133 + 137 + 80 colligis, summa tibi est 430. — Rideatis! tamen seria ago in ludis: neque contra morem arithmetices imperitorum hunc modum computandi esse arbitror; neque aliam solutionem interrogationis: unde illi 430? video.

Pag. 164. B. Georgius *τῷ* Iair Galaaditi, iudici Israelitarum, annos tantum *viginti* tribuit, et totus ordo numerorum indicat, hunc numerum a scribis depravatum non esse. In Hebraicis vero et Graecis septuaginta interpretum codicibus 22 scriptum est. Non reperio unde numerus ille sumptus sit, nisi Georgii aetate in codicibus varietatem lectionis fuisse posueris, quae in nostros codices non transierit.

Eadem ratione Georgius pluribus in locis ab auctoritate no-

strorum codicum graecorum discedit, alias fortasse lectiones sequens. Ut pag. 188. A. *Ieroboam* rex regni Israelitici fit A. M. 5413; *Roboam* vero rex tribuum Iudae et Beniaminis A. M. 4510, pag. 186. B. In libris biblicis Regum uterque eodem anno imperium suscipere videntur.

Pag. 187. B. *Ochozias* unum annum regnat, et patri Ioram succedit A. M. ͵δχδ΄, 4604. Gotholia vero mater, filio occiso, regnum Iudaicum capessit ͵δχς΄ 4606. Unus igitur annus praeter numerum additus esse videtur, forsan vero non sine auctoritate libri quarti Regum: nam cap. 8. vers. 25. 26. Ochozias in regno Iudaico patri successisse narratur anno *duodecimo* Ioramis, regis Israelitici. Cap. vero 9. vers. 29. Ochozias regno Iudaico imperat *undecimo* anno Ioramis. Inde forsan Georgius collegerit, Ochozian, qui anno iam undecimo Ioramis regnaverit, et paulo post Ioramis necem interfectus sit, in secundo anno regni sui mortem obiisse, quoniam Ioram, qui ante Ochozian occisus erat, duodecim annos regnasse dicatur. — Scaliger quidem et Goarus a vero aberrasse videntur, qui pro ͵δχις΄ scribunt ͵δχε΄: — multo facilior nostra mutatio videtur ͵δχς΄, una litterula tantum eiecta; — quique dein septem annos Gotholiae a Georgio sine omni causa pro octo annis numeratos esse reprehendunt. Ipsi sibi hos octo annos reprehensos finxerunt, ͵δχε΄ scribentes.

Potius vero Georgius in eo reprehendendus videtur, quod res eodem tempore gestas contra auctoritatem scriptorum biblicorum longo temporis spatio dirimit. *Ochozias*, qui aut undecimo aut duodecimo anno Ioramis in regno successit, in eadem pugna cum rege Israelitico occiditur: conf. libr. IV. Regum cap. 8 et 9. Secundum Georgii vero canones chronologicos Ochozias mortuus est A. M. aut 4605 aut 4606; Ioram vero 4610; neque video, qua ratione Georgius cum scriptoribus biblicis conciliandus sit.

Haud levis denique perturbatio est in *annis septuaginta captivitatis Babylonicae*, et Goarus non dubitat, quin omnem culpam Georgio iniungat.

1. Ultimus annorum 70 captivitatis secundum Georgium est annus primus Cyri, A. M. 4952, pag. 233. A., pag. 229. C. Ergo necesse est, ut primus annus captivitatis sit A. M. 4882, aut, si incipientem et finientem annum connumeras, 4883. — At in Georgio captivitas incepisse narratur a primo anno Nabuchodonosoris, regis Chaldaeorum, qui imperium inierit A. M. 4888. pag. 220. B.

2. Primus captivitatis annus, uti Georgius pluries repetit (p. 217. A; p. 218. A.; 223. A. B.; 227. A.; 233. D.), quartus annus Ioacim, regis Iudae, est. Quartus vero annus Ioacim incurrit in A. M. 4887 aut 4888. Nam A. M. 4883 Ioachaz rex Iudaeorum est, cui hoc ipso anno Ioacim succedit.

Repeto quae iam supra dixi, quibusque certe omnes eruditi assentientur: „scriptorem sanae mentis in eodem libro sibi contradicere non velle." Licetne igitur credere, Georgium in eadem pagina sibi contraria dicturum fuisse? Lege pag. 217. A.:

„Ioacim *successit* fratri A. M. 4883. *Annus* vero *quartus* regni Ioacim, qui est A. M. 4883, primus annus est Nabuchodonosoris regis Babylonis."

Et pag. 220. B.:

„Nabuchodonosor ad regnum pervenit A. M. 4888."

Hi loci a librariis corrupti sunt, aut nihil video. — Quod vero ut demonstrem, paululum ad tempora priora redeundum erit.

Pag. 199. D. Ezecias ad imperium venit A. M. 4766, regnatque annos κθ', 29. — Hi anni imperii Ezeciae cum libris biblicis conveniunt, IV. Reg. 18. 2; II. Paraleip. 29. 1; neque his in locis ulla varia lectio e codicibus citatur. At si annos 29 cum A. M. 4766 coniungis, colligis 4795. — Pag. 213. D. autem Manasse, filius Ezeciae, succedit patri A. M. ͵δψϟβ', i. e. 4792: huncque numerum non corruptum esse sequentia indicant. Manasse enim regnat annos νε', 55; et Manassi succedit Amos, filius, A. M. 4792 + 55 = 4847, ͵δωμζ'. — Amos regnat annos duo eique succedit Iosias A. M. ͵δωμθ', 4849. Et Iosias regnat annos 31, ergo usque ad A. M. 4880. — Ii numeri, quos graecis litteris signavi, in codicibus Georgii leguntur; in margine vero contra sensum Georgii sic mutati sunt:

͵δψϟβ' in ͵δψϟε',
͵δωμζ' in ͵δων'
͵δωμθ' in ͵δωνβ'.

Multo verisimilius videtur, Georgium, uti saepius, contra auctoritatem nostrorum V. T. codicum Ezecian non annos κθ', sed κϛ', 26, regnantem fecisse. Quo anno posito, una litterula mutatur, omnisque computatio annorum septuaginta minus impedita erit.

At pag. 217. Eliacim succedit A. M. ͵δωπγ'. Video. Quum vero Iosias, pater Eliacim, A. M. 4880 mortuus est, et frater Eliacim, Ioachaz *tres* tantum *menses* regnavit; necesse est, ut Eliacim eodem anno, quo pater mortuus est, i. e. A. M. 4880 in regnum successerit. Dele igitur mecum τὸ γ', et scribe: ͵δωπ'. Nam si A. M. 4880 primum Eliacim numeraveris, est A. M. 4883 ἔτος τέταρτον ἐνεστὸς Ἰωακείμ, annus quartus incipiens Ioacim, uti in eadem pag. 217. bis A. et D. repetitur. Numerus vero ille a librario aut inde collectus est, quod signum triados in lineis antecedentibus obiter viderat, non animadvertens, tres esse menses, non annos; aut quod, in lineis sequentibus numero 4883 viso, animo negligenti numeros commutavit. Hoc igitur stare mihi videtur: *Eliacim A. M.* 4880 *succedit*, et *quartus annus regni Eliacim est A. M.* 4883.

Sequentes numeri hac cum computatione non consentiunt. Quum vero homo mentis sanae sibi contradicere non vult; aut Georgius erravit, aut scriba mutavit. Errantem corrige, mutatum refice. Igitur mecum scribas p. 219:

„Iechonias 4891, ͵δωϟα΄: tres menses.

Sedecias 4892, ͵δωϟβ΄ (aut 4891 exeunte): annos ια΄, 11."

Regnavit ergo Sedecias usque ad A. M. 4903 (aut 4902). Et pag. 225. D. legis: „Captivitatis universae anni numerantur ab anno undecimo Sedeciae, Mundi ͵δϡγ΄ 4903, qui est regni Nabuchodonosoris annus vigesimus."

Ex hoc loco et inprimis e consensu huius loci cum tota computatione annorum captivitatis non temere colligere mihi videor, et numeros illos recte a me mutatos esse, et Nabuchodonosorem non A. M. 4888, sed 4883 ad regnum pervenisse: quod alia quoque ratione verisimilius fit.

Pag. 207. C. Georgius scribit: „Secundum *Mathematicam* et *Ecclesiasticam* editionem a Nabonasaro usque ad Alexandrum Magnum in universum anni 424 colliguntur, quamquam in singulis non eosdem numeros habeant." — Sin autem annos computi ecclesiastici colligis, tibi sunt non anni 424, sed anni 430. Errorem in computo ecclesiastico esse patet, quoniam cogitare non licet, scriptorem sanae mentis hac plagula dicturum esse, summam duarum serierum numerorum esse eamdem, et plagula versa utramque seriem additurum, quarum una alteram superaverit. Atque mihi videor errorem detexisse. Anni septemdecim regum Chaldaeorum in computo mathematico et ecclesiastico omnes praeter unum iidem sunt: Nabio, regi secundo, in computo mathematico tribuuntur anni *duo*; in ecclesiastico autem *octo*. Si vero mecum scripseris pag. 208. D: *Νάβιος ἔτη β΄*. (*B* pro *H*); et summa utriusque annorum seriei eadem est 424, et tota, saepius a Georgio repetita computatio annorum 70 capt. Babyl., omnibus cum numeris convenit. Nabonassar enim imperium suscepit A. M. 4746 (aut rectius 4747 p. 204. A.) et regnavit annos 26 (rectius 25); ergo . . 4747 — 4772.

Nabius, regn. ann. 2	4772 — 74.
Chinzerus, ann. 5	4774 — 79.
Ilulaeus, ann. 5	4779 — 4784.
Mardocempadus, ann. 12	4784 — 4796.
Arceanus, ann. 5	4796 — 4801.
Interregnum ann. 2	4801 — 4803.
Belithus ann. 3	4803 — 4806.
Aporanadisus ann. 6	4806 — 4812.
Irigebalus ann. 1	4812 — 4813.
Mesisimordacus ann. 4	4813 — 4817.
Alterum interregnum ann. 8 . . .	4817 — 4825.
Isarindinus ann. 13	4825 — 4838.

Soasduchius ann. 9	4838 —	4847.
Ciniladalus ann. 14	4847 —	4861.
Nabopalassarus ann. 21	4861 —	4882.

Nabopalassaro successit filius Nabuchodonosor A. M. 4882, ni fallor, exeunte, ita ut res A. M. 4883. ab eo gestae, maxima ex parte anno primo regni sui tribui possent.

Quum ergo his positis omnia inter se consentiunt, nequaquam dubito, quin numeri, qui in Chronographia Georgiana huic computationi non conveniant, mutandi sint; fereque persuasum habeo, scribam aliquem, qui in numeris computandis sibi acutus videbatur, has depravationes Georgio obtrusisse. In canone chronologico, quem adieci, meas correctiones sequutus sum, et magnae mihi laetitiae erit, doctis placuisse: laborem ipsum haud laetum laudaverim.

Multis quidem locis Georgius unicam scripturam a Deo inspiratam in historia Patriarcharum atque Israelitarum sequi contendit, interque insigniores Historicos eos tantum, quorum narrationes scriptis biblicis consonae sint: saepe tamen et numeros et res gestas e *libris opocryphis* inserit, quarum consensum cum scriptis biblicis ego quidem non ubivis video; ipsi vero consentientes visas esse, paene crediderim. Nam interpretatores Iudaici, qui omnem doctrinam in libris biblicis reperiri posse posuerant, non solum verborum contextum in omnes modos distraxerunt, ut sensum, quem vellent, exprimerent; verum etiam singula verba praeter et contra contextum exararunt, atque in minutissimas partes dissecarunt, ut ex uno verbo vel una litterula longiorem interdum historiam extorquerent. Talmud est plenus talium ridicularum interpretationum, quae a Iudaeis non contemnebantur; immo tanquam sancta additamenta ad legem divinam pie colebantur. Hanc fidem interpretationum Talmudicarum Christiani cum scriptis Veteris Testamenti a Iudaeis acceperant, neque se a Iudaeis relinqui patientes, secundum eamdem rationem novas interpretationes tentaverunt. Unum exemplum e Georgio sufficiat pag. 93. 94. 95.

In Genesi cap. 11. vers. 31 et 32. legitur: „Thara et filius Abraam profecti sunt de Ur Chaldaeorum, ut irent in terram Canaan: veneruntque usque Haran ibique habitarunt. Et anni Tharae facti sunt ducenti quinque, et mortuus est in Haran." — Dein cap. 12. vers. 4: „Abraam erat septuaginta quinque annorum, quum egrederetur de Haran, ut in Canaan veniret." — Sin autem Abraam anno 75 aetatis suae in Canaan profectus est, pater Thara adhuc inter vivos erat; nam secundum Genes. 11. vers. 26. Thara, 70 annos natus, Abraam genuit: ergo anno aetatis 145 erat, quum Abraam in Canaan transiret. — At in Actis Apostolorum 7. v. 2—4 Lucas Stephanum dicentem facit: „Thara habitavit in Haran, in terra Chaldaeorum. Postquam vero Thara mortuus esset,

Abraam exiit in terram Canaan." — Hi loci sibi contradicere nonnullis visi sunt; et sive auctorem Geneseos sive Lucam in errorem lapsum esse iudicaverunt. Georgius vero, quum utraque scriptura divina, ὡς θεόπνευστος, verum enunciare necesse est, primo exemplis confirmat, scripturam sacram saepius ordine narrationis converso, ultima primo, prima ultimo loco ponere: ergo mortem quoque Tharae, quamquam ante transitum Abraae in Canaan narretur, post transitum accidisse, non contra morem narrationis esse. — Dein docet, sacram scripturam multis in locis non ad litteras, verum symbolice interpretandam esse, ipsumque Dominum incredulos, hac licet vita fruentes, mortuos vocare: sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos: ergo Lucam quoque mortem animalem (τὸν ψυχικὸν θάνατον), non naturalem (φυσικόν) indicare voluisse; quod Thara, artis sculpendi peritus, ob turpis lucri ac simulacra colendi cupiditatem in Canaan manserit. Abraam vero, iussui divino obedientem, a paternis idolis ita aversum fuisse, ut, ὡς πολλαχοῦ ἱστορεῖται, noctu subiecto igne ea combusserit: eorumque incendio fratrem Aran, flammas extincturum, ante oculos patris absumptum esse, aenigmatice hoc scriptura innuente: καὶ ἀπέθανεν Ἀῤῥὰν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θάῤῥα. Neminem eruditorum vero fugit, ἐνώπιόν τινος versionem litteralem Hebraismi esse, qui *ante eius tempus* significet. — Quum vero Thara non deterreretur, quo minus idola adoraret; Abraam *post mortem animalem* patris terram Chaldaeorum reliquit atque in Canaan transgressus est. Re vera autem mansit Thara in Haran et vixit post emigrationem filii vitam naturalem annos 50. — Tota historia disciplinam Talmudicam redolet.

Ad hanc rationem verba sacrae scripturae interpretandi nemini mirum videbitur, si Georgius longe alienas res in Apocryphis narratas scriptis biblicis consonas esse ponit, praesertim quum Paulus quoque et Petrus apocryphorum testimoniis nonnunquam usi sunt, pag. 27.

Inter hos Apocryphos apud priscos Ecclesiasticos non minimae auctoritatis fuit *Parva Genesis*. — Plures huius libri tituli citantur: λεπτὴ γένεσις (Zonaras libr. I. Annal. init.; Georg. Syncell. p. 4. A., p. 5. A.; Michaël Glycas Annal. pag. 104 et 108; Georg. Cedrenum p. 1 et 3), λεπτογένεσις (apud Epiphanium), μικρογένεσις (apud Hieronymum). Haec varietas ex eo orta esse videtur, quod *liber originitus hebraice scriptus* erat, uti ex S. Hieronymi Epist. 127. apparet. (Cfr. Fabricii Codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti pag. 850. 851.) In Hebraicis forsan fuit nomen קָטָן, quod alii μικρά, alii λεπτή graece reddiderunt. — Citatur quoque ἀποκάλυψις Μωϋσέως, Georg. Sync. pag. 4. A., Georg. Cedren. pag. 3, quod Mosi a Deo revelatum esse librum fingebatur, et Lambecio testante in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi duo codices hoc titulo servantur: Διήγησις

τοῦ μεγάλου θεόπτου Μωϋσέως περὶ τῆς πολιτείας Ἀδὰμ καὶ Εὔας τῶν πρωτοπλάστων, ἀποκαλυφθεῖσα παρὰ τοῦ θεοῦ, ὅτε τὰς πλάκας τοῦ νόμου ἐδέξατο ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, διδαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. — Epiphanius denique haeresi 39. c. 6. tradit, parvam Genesin et *Ἰωβηλαία* vocari, forsan quod per Iobelaea, i. e. per spatia quinquaginta annorum digesta erat.

Signum magnae huius libri auctoritatis est, quod e lingua Hebraica in linguam Graecam translata fuit, et quamquam Georgius metuit, ne animi simpliciores eo decipiantur (p. 27. A.) ipse tamen multa ex hoc fonte hausit. Continebantur hoc libro interpretationes Geneseos a doctoribus Hebraicis doctae, ampliores enarrationes rerum a Patriarchis gestarum, traditiones, quibus antiquitas auctoritatem fere divinam addiderat. Quamobrem Georgium ea quoque in Patriarcharum historia, quorum fons non patet, maxime ex hoc libro hausisse, haud temere coniicere mihi videor. Certe quidem fragmentis a Fabricio collectis pag. 838 et 839, et pag. 849 — 864 duo e Georgio nostro addi possunt. — „Pag. 27. C. D. Georgius ex Apocalypsi Mosis narrat, Gigantes, i. e. filios Angelorum et filiarum hominum, invidia post mortem motos, filios Noës in errorem induxisse. Quum vero Noë oraverit, ut ab eis discederent; Deo iubente novem partes ab Archangelo Michaële in abyssum deiectas esse usque ad diem iudicii; decimam autem diabolo roganti concessam esse, ut hominum fidem erga Deum tentarent." — „Et pag. 98. B. *ἡ λεπτὴ γένεσίς φησιν*, maternum avum Abraae eodem nomine Abraam nuncupatum esse; Saram vero sororem ex eodem cum Abraa patre progenitam fuisse."

Contra unum fragmentum, quod Fabricius pag. 142. parvae Genesi tribuit, huic libro detrahimus. Gregorius narrat, Sethum quadragesimo aetatis anno ab Angelis raptum revelatione divina didicisse Egregororum crimen, diluvium futurum, et *Salvatoris adventum*: reversumque post quadraginta dies haec sibi revelata primis parentibus exposuisse etc. — Gregorius auctorem, quem sequitur, non nominat; in fragmentis vero parvae Geneseos nullibi vestigium vaticinii in Messiam aut religionem christianam deprenditur; sed, uti ex Hieronymo didicimus, *Hebraice* liber scriptus fuit, neque cogitare licet, Hieronymum versionem Hebraicam laudaturum fuisse, si liber originitus graece scriptus fuisset. Antiquissimus, qui parvam Genesin laudat, est *Epiphanius*, qui medio saeculo quarto post Chr. nat. vixit; eiusque aetate liber iam pervulgatus fuisse videtur. Fortasse iam ante Chr. nat. scriptus est; et, ni fallor, ipse Iosephus traditiones Iudaicas ex eo hausit: certe eadem fere, quae in Genesi parva tradita sunt, narrat, quamobrem Georgius et alii interdum (p. 8. D.; Michaël Glycas p. 104; Georgius Cedrenus p. 8.) Iosephi auctoritatem et parvae Geneseos coniungunt. — Ille locus de

Sethi revelatione deque Egregoris e libro primo Enoch, de quo paulo post, sumptus esse videtur.

Partim vero e parva Genesi originitus hausta esse arbitror, quae Georgius ex Iosepho et aliis de aedificatione turris Babylonicae tradit, pag. 42 — 44; inprimis numerus *quadraginta annorum*, quos in turri aedificanda nepotes Noës perseverasse dicuntur. Hic enim numerus neque in libris Biblicis neque apud Iosephum legitur; auctor vero parvae Geneseos summam diligentiam in annis, mensibus diebusque distinguendis posuit. Conferas praeter Syncellum p. 4. 5. 8. Georgium Cedrenum pag. 38. 39. quo loco cuique decem plagarum Aegyptiarum mensem suum definit. Et de aedificatione turris in parva Genesi quaedam narrata *fuisse*, testatur Hieronymus l. c.

Notatu dignum est, quodvis fere temporis spatium, quod in libris biblicis non definitum sit, ab auctoribus Apocryphorum numero *quater denorum* definiri, qui et in scriptis biblicis multo saepius, quam caeteri numeri, occurrit.

Die *quadragesimo* aetatis suae Adam a Deo in Paradisum inducitur. Georg. Sync. pag. 5. C.

Dies *quadraginta* post Adamum Eva in paradisum inducitur. Georg. pag. 5. D.

Seth erat *quadraginta* annorum, quum ab angelis raptus de rebus futuris edoceretur; et *quadraginta* dies ab hominibus non visus est. Georg. p. 10. A. B.

Quadraginta per annos turrim Babylonicam aedificant. Georg. 42. C.

Ioseph *quadraginta* annorum erat, quum pater eius Iacob in *Aegyptum* venit. Georg. p. 107. C.

Moses *quadraginta* annorum fuit, quum Aegypto relicta in terram Madiam confugit; ibique *quadraginta* per annos pecora pascit. Georg. p. 122. A. — In Pentateucho hoc modo legitur: Deuteronom. 34. 7: Mosen anno 120 vitae mortuum esse; et Deuteron. 2. 7: quadraginta annos Israelitas a Mose per Arabicum desertum ductos esse. Ex his verbis collegerunt Hebraei, annos octoginta restantes vitae Mosis ad eamdem rationem dividendos esse, quam divisionem in ter quadragenos annos iam Lucas accepit in Actis Apostol. 7. v. 23. 30.

Moses, postquam *quadraginta* dies et *quadraginta* noctes in monte Sinai fuerat, *ἄλλην ἡμερῶν τεσσαρακοντάδα νηστεύει*, iterum *quadraginta* dies cibo abstinuit. Georg. p. 135. B.

Saul, primus rex Israelitarum, regnat annos *quadraginta*. Georg. p. 176. C. In libris V. T. hunc numerum annorum Saulis regnantis non reperio: fama traditis eum adnumerare licebit. Georgius autem eum accepit, quum iam in Lucae Actis Apostol. 13. v. 21. legeretur.

In ipsis libris Hebraicis V. T. nullus numerus saepius occurrit.

Imbres diluvii in terram irruunt *quadraginta* dies et noctes *quadraginta*. Genes. 7. 4. 12. 17.

Aqua diluvii decrescit *quadraginta* per dies. Genes. 8, 6.

Isaac *quadraginta* annorum fuit, quum Rebeccam uxorem sibi duceret. Genes. 25, 20.

Esau *quadraginta* annorum fuit, quum Iuditham sibi uxorem duceret. Genes. 26, 34.

Moses *quadraginta* annos populum suum per desertum ducit, Deuteron. 2, 7; moriturque anno vitae vigesimo centesimo. Deuteron. 34, 7.

In monte Sinai Moses moratur *quadraginta* dies et noctes *quadraginta*. Exod. 34, 38.

Exploratores, quos Moses praemisit, ut terram Canaan viserent, redeunt post *quadraginta* dies. Numeri 13, 26.

Post oppressionem τοῦ Cusan, regis Mesopotamiae, Israelitis est pax *quadraginta* annorum. Iudic. 3, 11.

Post victoriam Deborae pax est *quadraginta* annorum. Iudic. 5, 31.

Post cladem Midianitarum pax est *quadraginta* annorum. Iudic. 8, 28.

Philistaeis Israelitae serviunt *quadraginta* per annos. Iudic. 13, 1.

Eli iudex est Israelitarum *quadraginta* per annos. I. Samuel. 4. 18.

Goliath castris excedit hostem provocans *quadraginta* diebus. I. Samuel. 17. 16.

David regnavit *quadraginta* annos. II. Samuel. 5. 4.

Isboseth *quadraginta* annorum erat, quum rex factus est. II. Sam. 2. 10.

Absalon post *quadraginta* annos ad regem venit. II. Samuel. 15. 7.

Salomo regnavit *quadraginta* per annos. I. Reg. 11. 42.

Elias cibo abstinuit *quadraginta* dies et noctes *quadraginta*. I. Reg. 19. 8.

Multique alii loci addi possunt, ut Ezech. 29. 12. 13; Ionas 3. 4; etc.

Ex horum locorum copia satis apparet, *quadraginta* apud Hebraeos ad illos numeros, quos rotundos vocant, pertinere, qui praeter certum numerum multitudinem non stricte finitam indicant. Igitur hoc numero usi sunt, aut si annorum dierumve copiam non accurate cognoverant, aut accurate significare nolebant. (Unde non sine ratione colligas, prorsus fieri non posse, ut e numeris biblicis anni Mundi computentur, quum et numerus incertae significationis saepius recurrat, et in multis rebus gestis temporis spatium non finitum sit). — Et in dialectis orientalibus, cum Hebraica cognatis, idem modus loquendi reperitur.

In scriptis sacris Arabicis numerus *quadraginta* saepe repetitur, dum caeteri numeri raro memorantur. — Deus format hominem e luto, eumque *quadraginta* per dies siccat, ut indurescat. — Mohammed *quadraginta* annos natus a Deo ad populum nigrum et ad populum rubrum mittitur, ut legibus suis leges temporum praeteritorum tollat; primoque missionem suam divinam aperit societati *quadraginta* propinquorum.

Phocaeenses, primi Graecorum qui Tartessum usque navigarunt, ex ore *Phoenicum* narraverunt (Herodot. I. c. 163): Arganthonium, regem Tartessi, *quadraginta* annos natum ad imperium accessisse; *quadraginta* annos iam regnasse, quum ipsi advenerint; et *quadraginta* annos post eorum adventum anno vitae centesimo vigesimo mortuum esse [13]).

Rudera Palatii Persepolitani vocantur *Tschil-Minar* i. e. *quadraginta* columnae, quamvis non quadraginta sint; domumque regiam, quae in urbe Persarum capitali, Ispahan, est, eodem nomine nuncupant. Cfr. Chardin Voyages en Perse Tom. II. pag. 33.

Et Scamander ille longe celebratus nunc a Turcis *Kirk-Geous-Sou* appellatur i. e. fluvius *quadraginta* oculorum, quod fons eius frigidus, saxis obtectus, e colle humili per rimas innumeras escaturit.

Causam huius modi loquendi non in casu, cui quidem in usu dicendi nimium arbitrium est, sed in etymologia reperiri posse arbitror. Nam אַרְבָּעִים *quadraginta*, et אַרְבֵּה *multitudo*, ab eadem origine, a רַב multum, deducenda esse videntur. Fortasse principio multitudinem non stricte finitam significavit, paulatim vero nomen certi numeri factum est, quamquam significatione

13) Alii quidem huic regi alium annorum numerum tribuunt. Cicero de senect. cap. 9. et Valerius Max. 8. 13. Herodotum sequuntur. Anacreon in fragmento apud Strabonem III. p. 151. et Plinius 7. 48. *centum et quinquaginta* annos regi tribuunt. Lucianus de Macrobiis init. et Phlegon utrumque numerum coniungunt. Et Silius Italicus 3. 396. dicit:

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proavis fuit humani ditissimus aevi,
Ter denos decies emensus belliger annos.

Attamen puto has tres sententias inter se conciliari posse. — *Arganthonius* magis appellativum quam nomen proprium esse videtur, a Phoenicibus regi additum propter vitae longitudinem, ut proprie sit *Arc-antho* i. e. *Πολυχρόνιος*. Herodotus retinuit versionem verbalem ter quadragenorum annorum; Anacreon et Silius, qui cognoscebant, quid numerus ille significaret, „Arganthonium scilicet vixisse *τρεῖς γενεὰς*, *τρεῖς αἰῶνας*, tria saecula," elegere alter spatium quinquaginta annorum, alter centum: sicuti significatio *τοῦ αἰῶνος* et saeculi non semper eadem est, utique *τρεῖς γενεαί* Nestoris a Grammaticis anni centum, aut centum et viginti esse computantur; a poetis vero ter denos decies emensus esse annos dulce sonans orator Pylius celebratur.

infinitae multitudinis non amissa. Eodem modo et aliorum numerorum nomina orta esse videntur: שְׁנַיִם, duo, a שָׁנָה, iteravit; *secundus* a sequi; ἐννέα, *novem*, *neuf*, *neun*, a *novo*: unde quis non falso colligat, seriem numerorum originitus in numero octavo finitam fuisse; paulatim vero *novum* numerum additum esse, cui inde nomen ex *novo* manserit.

Imber igitur, qui *multos* per dies in terram irruit, imber *quadraginta* dierum est. Et *quadraginta anni* γενεᾷ, αἰῶνι, generationi, saeculo respondent. David imperavit μιᾷ γενεᾷ i. e. ex Hebraismo quadraginta per annos. Sic locum Exodi 2. 11: „quum Moses *magnus factus* esset (יִגְדַּל), egressus est ad fratres suos" Stephanus in Actis Apostol. 7. 23. reddit: Quum Moses *quadraginta annorum* esset, egressus est. Et Georgius noster, quem pag. 121. D. ἀνδρωθέντα dixerat, eumdem Mosen pag. sequenti 122. A. quadraginta annos natum dicit.

Etiam ex hac numeri quadrageni natura apparet, quantum auctoritatis libris Apocryphis in rebus historicis tribuendum sit.

Pag. 5. et 6. Georgius *Vitam Adami* citat, ex qua refert numerum dierum, quibus bestiae nomina sortitae sint, quo Eva formata, quo Adamus, quoque die Eva in Paradisum inducta sit. Nullibi praeter Georgium mentionem huius libri factam esse reperio, et, ni fallor, pars quaedam saepius citatae parvae Geneseos fuit. Modus narrandi in utroque libro idem est; atque e parva Genesi, in qua certe *creatio* hominis et vita in Paradiso non omissa fuit, Adamum anno octavo e Paradiso eiectum esse eodemque anno uxorem Evam cognovisse narratur, neque ullum verbum de Adami creatione: omnia vero, quae in parva Genesi desiderantur, e vita Adami desumpta legis. Huic non oppugnat, quod Georgius hos tanquam duo libros discernit p. 5. A. (ἐκ τῆς λεπτῆς γενέσεως καὶ τοῦ λεγομένου βίου Ἀδάμ.) Etiam scriptores diligentiores partes libri cum inscriptionibus totius libri coniungunt, praesertim si in usu est, partem operis nobiliorem titulo suo distinguere [14]). Et quod litem dirimit: Michaël Glycas pag. 211. eadem, quae Georgius noster e vita Adami citat, e parva Genesi sumpsisse testatur.

Longius fragmentum Georgius nobis servavit e libro, quem *Enochus* scripsisse ferebatur, cuique tanta auctoritas inter Christianos antiquissimos fuit, ut Tertullianus in libro de Idololatria cap. 15. Spiritum sanctum per prophetam Enochum res futuras praececinisse censeret, quamquam neque apud Iudaeos, neque in Ecclesiis christianis pro divino libro habitus est. Saepissime ex eo narratio *de Egregoris* citatur. Hoc nomine vocarunt Iudaei *Angelos*, e Daniele cap. 4. vers. 10: „ecce עִיר et sanctus de coelo

14) Occurrit forte hic locus Epiphanii: Ἔχεις δὲ καὶ τούτων τὴν ἔμφασιν ἐν τῇ Γενέσει καὶ πρώτῃ βίβλῳ παρὰ Μωϋσῇ οὕτω φασκούσῃ κ. τ. λ.

descendit," quo in loco *οἱ ο' ἰδοὺ ἄγγελος*, aquila et symmachus, *ἰδοὺ ἐγρήγορος* verterunt: hosque Egregoros, qui de coelo descenderant, eosdem esse putaverunt, qui Genes. cap. 6. vers. 2 et 4. *filii Dei* vocati sint. Hos enim in terram descendisse necessum esse videbatur, quum filii Dei, i. e. angeli, in coelo habitantes filiabus hominum se commiscuerint. — Nam doctores quoque Hebraici sensisse videntur, pauca illa verba Geneseos 6. 2 et 4. fragmenta tantum amplioris mythi esse. Quum vero mythus e memoria hominum amissus esset, coniecturas tentaverunt, quibus non sine additamentis ornatuque famae posteritati traditis paulatim fides tanquam narrationibus biblicis data est, ut denique, forsan in saeculo Ptolemaeorum, Hellenista quidam Iudaeus coniecturas illas amplificatas atque exornatas, ut prophetae Enocho a Deo revelatas, edere posset [15]). Nam hebraice hunc librum scriptum fuisse, nullibi legimus, neque in fragmentis vestigium deprenditur, quo versionem esse comprobari possit: id vero e stilo apparet, auctorem libri *Iudaeum* fuisse, qui graecam versionem V. T. legerit, ergo Iudaeum *Hellenistam*. — Dixi: *forsan in saeculo Ptolemaeorum* i. e. Ptolemaeorum priorum, Philadelphi, Euergetis, Philopatris. *Alexander* enim *Polyhistor* apud Eusebium de Praeparat. Evang. libr. IX. c. 17. testatur, *Eupolemum* de Enocho scripsisse, eum primum invenisse Astrologiam, et Atlantem, quem Graeci Astrologiae inventorem faciant, illum ipsum Enochum fuisse. Et Georgius Syncellus pag. 33. D. e libro Enochi narrat, Archangelum Urielem astris praepositum Enocho Astrologiam revelasse. — Alexander Polyhistor vixit aetate Sullae (Suidas) circa ann. centesimum ante Chr. nat.; Eupolemi aetatem, quamquam Iosephus eum pluries laudat (historiam Iudaeorum scripserat), non percognitam habemus. Ante Alexandrum eum vixisse necesse est, forsan circa a. 150 aut 200 ante Chr. nat. — Illo vero tempore narratio de artibus, Enocho revelatis, iam adeo pervulgata erat, ut etiam inter peregrinos notesceret, ergo non fama linguae, sed, ni fallor, eodem libro, cuius nobis pauca fragmenta servata sunt. — Iudas quoque in epistola catholica vers. 14. prophetiam Enochi tanquam librum Canonicum, certe antiquum laudat: Prophetavit autem de his septimus ab Adamo Enochus dicens: „Ecce venit Dominus in millibus Sanctorum suorum, ut iudicium ferat contra omnes, et arguat omnes impios de omnibus operibus impietatis, quae impie egerunt, et de omnibus rigidis, quae locuti sunt contra eum peccatores impii."

15) Si hanc huius narrationis originem mecum ponis, nimius tibi videbitur Iosephus Scaliger (in Notis ad Euseb. pag. 245.) in ea perstringenda: „tot enim sunt in illa, quorum *piget*, *taedet* pudetque, ut nisi scirem *Iudaeorum esse mentiri*, ne digna quidem censuissem quae legerentur." — Num multae narrationes Mythologiae Graecae et Christianae alio modo ortae sint, quibus ut antiquis vulgo nunc quoque fidem dant?

Qua citatione magna inter Christianos auctoritas libro addita est. — Etiam Petrus hunc librum respexisse videtur, epist. II. cap. 2. v. 4. dicens: „Nam si Deus ne angelis quidem peccantibus pepercit, verum catenis tenebrarum constrictos eos in Tartarum deiecit, ut ad iudicium servarentur etc.'' Georgius enim e prophetiis Enochi pag. 25. B. C. haec descripsit: „Et Raphaëli dixit Deus: „Vade Raphaël et Azaëlem liga, manus et pedes eius vinculis constringe, et in tenebras immitte; in desertum eum proiice, et suppositis ei saxis acutis et asperis involve super eum caliginem, quam in aeternum incolat, usque ad diem iudicii, qua incendio consumatur.'' Et Tertullianus: „Angelos illos peccantes, qui ad filias hominum de coelo ruerint, a Deo in poenam mortis damnatos esse'' pluries, semper vero e scriptis Enochi narrat de Idololatria cap. 4. de cultu feminar. I. c. 2. II. c. 20. —

Georgius igitur primum librum Enochi, et Mosis scripta, et Petri, *τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων*, ut testimonia paris momenti ordinat p. 11. C., atque e prophetiis Enochi totam Egregororum historiam, *ὡς συγγενεστέραν ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς, εἰ καὶ ἀπόκρυφός ἐστι καὶ ἔν τισιν ἀμφίβολος*, pag. 11 — 13. et pag. 24 — 26. verbo tenus describit; et sine omni haesitatione p. 33. D. et pag. 34. A. Enocho auctore narrat, Urielem, Archangelum astrorum, Deo iubente Enocho revelasse, quid mensis, quid solis conversio, quid annus sit, annumque duabus et quinquaginta hebdomadibus componi. Neque dubito, quin et alia ex hoc libro, auctore non nominato, desumpta sint, ut pag. 10. de Setho rapto, pag. 19. D. et 20. A. de nominibus filiorum Dei et filiarum hominum deque artibus mulieribus traditis; pag. 31. et 32. nonnulla eorum, quae Georgius ex Alexandro Polyhistore excerpsit.

Caetera citata patrum ecclesiasticorum ex hoc libro deperdito (nam liber Aethiopicus eiusdem nominis non idem est), diligenter collecta legis in Fabricii codice Pseudepigrapho V. T. pag. 160 — 178: nemo tamen maius Enochi fragmentum nobis servavit, sed plerumque illorum citata e Georgio nostro lucem accipiunt. Hoc ex iis colligimus, scripta, quae sub nomine Enochi ferebantur, non historici argumenti fuisse, sed ad rationem prophetiarum Veteris Testamenti composita, ut illa narratio de Egregoris modo exempli causa inserta fuisse videatur.

Alium traditionis de Egregoris testem Georgius laudat p. 13. D. et pag. 14. A. *Zosimum Panopolitam*, aut Suida auctore, Alexandrinum, certe ergo Aegyptium — fortasse Panopoli, urbe Thebaidos, natus est et Alexandriae vixit — qui libros octo et viginti ad Theosebiam, quam Suidas sororem vocat, scripsit. E multitudine librorum varietatem rerum in iis pertractarum coniicere licet, unde fortasse et varietas inscriptionum explicari potest. — Georgius totum opus nomine Aegyptio τῆς Ἰμούθ significat, et librum nonum, e quo locum de angelorum libidine

ac proditione sumpsit, *Χημᾶ* vocat.[16]) Suidas *χημευτικά* Zosimum scripsisse narrat, a quibusdam vero, addit, Chirocmeta et Platonis vitam inscribi. Suidas opus ipsum non inspexisse videtur, verum alios sequitur, qui singulorum librorum titulos citaverant, quibus ipse totum opus inscribi putavit. — Attamen plures Zosimi libros maxime artem Chimicam illustrasse e titulis colligere possumus, quos Reinesius in libro III. variarum lectionum (Altenburgi 1640. 4.) pag. 380 et 381 conscripsit: „Praeter libros ad Theosebiam sororem et Calliergiam, eiusdem Zosimi liber *περὶ χημευτικῆς, περὶ καμίνων καὶ ὀργάνων, περὶ ἐξατμίσεως τοῦ θείου*[17]) *ὕδατος, περὶ ποσότητος πυρὸς, περὶ ποιήσεως χαλκοῦ ξανθοῦ, περὶ λευκώσεως μαργαριτῶν κιῤῥῶν, περὶ ποιήσεως ἀσβέστου, περὶ βαφῆς, περὶ ὀπτήσεως, περὶ ξανθώσεως, βίβλος τῶν κλειδῶν, χειρόκμητα* et alia eiusmodi chimica hypomnemata circumferuntur." Et liber manuscriptus graecus, quo idem Reinesius usus, ac cui titulus est: *Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς χρυσοποιίας*, haec verba separatim exarata habet: „*Γίνωσκε, ὦ φίλε, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ποιητῶν*: (non e significatione vulgari, sed appellabantur *ποιηταί*, qui sacram et magnam artem *χημευτικὴν καὶ τῆς χρυσοποιίας* profitebantur.) *Ἀρχὴ*[18]) *Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ἰωάννης ἱερεύς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος, Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι, Συνέσιος, Ὀστάνης ἀπ᾽ Αἰγύπτου* etc." Et Olympiodorus, *ποιητὴς τὸ ἐπιτήδευμα*, (uti Photius cod. 80. eum appellat), in libros Zosimi commentatus est, *ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων* (hoc quoque nomine *οἱ χρυσοποιοί* dicebantur) *ἦσαν εἰρημένα*: Reinesii Var. Lect. libr. I. pag. 7 et 8. — Quae apud Georgium e Zosimo de *angelis legis*, e Genesi et Enochi vaticiniis repetita sunt, *σχεδὸν ἅπας λόγος φανερὸς καὶ ἀπόκρυφος τοῦτο ἐμνημόνευσεν*: mulierum cupidine tactos angelos in terram descendisse, naturaeque vires, res pravas et animo hominum nequaquam utiles, illas docuisse: et primum quidem eas artes, quas Aegyptii *Χημᾶ* vocent, unde et nomen *τῆς Χημείας* ortum sit[19]). — Nomen novum est, de quo iam supra diximus: nam in fragmentis vaticiniorum Enochi artes ab angelis doctae nominibus *graecis* vocantur: *φαρμακεῖαι, ἐπαοιδίαι, μαντεῖαι, γοητεῖαι, τὰ βαφικὰ, ἀστροσκοπία, ἀεροσκοπία, πῶς τὸ χρυσίον ἐργάσωνται καὶ τὸν ἄργυρον κ. τ. λ.*[20])

16) *ἐν τῷ ἐνάτῳ τῆς Ἰμοὺθ βίβλῳ*: ita Scaliger ad Eusebiana p. 243; Goarus in Georgio pag. 13. D., et Fabricius in Bibl. Gr. Vol. I. p. 71. *βίβλος* autem feminini generis est: lege *βιβλίῳ*. 17) An legendum sit *θερμοῦ?* 18) An legendum sit *ἀρχὴν*, primo? 19) Pag. 13. D. *φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαί, ἤτοι βίβλοι.* Ultima verba deleo: inepti glossatoris sunt. — Artem vero Chimicam in Aegypto ab antiquissimis temporibus maxime excultam fuisse, discimus ex antiquo auctore apud Suidam in voce *Χημεία*. 20) Pag. 12. D. *ἔτι δὲ καὶ ὁ πρώταρχος ἐδίδαξεν εἶναι ὀργὰς κατὰ τοῦ νοὸς, καὶ ῥίζας βοτανῶν τῆς γῆς.* Goarus contra verborum sen-

Georgius vero non animadvertisse videtur, ex quo fonte Zosimus hauserit.

Ex his jam patet, *Zosimum philosophum* non eundem esse ac *Zosimum historicum*, qui medio saeculo quinto scripsit: nam historicus paganus fuit ac creber in sugillandis principibus christianis; auctor vero τῆς Ἰμοὺθ Christianus fuit. Cui sententiae testimonium si quaeris, clarissimum dat Photius in Bibliotheca cod. 170. Anonymum quemdam, narrat, in quindecim libris collegisse testimonia locaque integra non solum e scriptis Graecorum, verum etiam Persarum, Aegyptiorum, Babyloniorum atque Italorum, quae religioni christianae consentiant eamque ergo iam prius divulgaverint. Tum in editionibus nostris sic legitur: *οὐ μόνον δὲ ἀπὸ τῶν προειρημένων ἀγείρει καὶ συντίθησι τὰς μαρτυρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν χειμευτικῶν Ζωσίμου λόγων. Θηβαῖος δ' ἦν οὗτος, Πανωπολίτης, ὃς οὐκ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν, ἐν οἷς καὶ ἑβραϊκῶν λόγων ἐπιτίθεται σημασίας, καὶ τῶν ἀποστόλων ἕκαστος ἔνθα τὸ σωτήριον ἐκήρυξε μάθημα, καὶ ἐν ᾧ τρόπῳ τῶν ἀνθρωπίνων πόνων ἀνεπαύσατο. ἐπὶ τέλει δὲ τῶν λόγων καὶ παραίνεσιν ἰδίαν κατατίθεται κ. τ. λ.* Nemo non videt *χημευτικῶν λόγων* legendum esse pro *χειμευτικῶν*, quos interpres latinus bona fide in *frigida scripta* ridicule convertit. Credidisse videtur, notari hac inusitata voce scripta Zosimi historici, adversarii Christianorum, de quo Photius cod. 92. — Itaque et verba sequentia: „Thebanus fuit hic, Panopolita" quod ad historicum non pertinent, ab antecedentibus ita disiunxit, ut nescio quem respicere videantur. Apparet vero, haec verba ad Zosimum referenda esse. Quid autem verba: *ὃς οὐκ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν* sibi volunt? Cur tanquam reprehensurus dicit, Zosimum, e quo Anonymus sua repetiit, non veritum esse, quo minus eadem probet? immo Anonymus notandus est, quod Zosimi scripta, verbum e verbo, in sua transferre non dubitavit. Et, ni fallor, a Photio notatus est, librarius vero voce inserta notam delevit. — Circumclude verba *Θηβαῖος δ' ἦν οὗτος, Πανωπολίτης* signis parentheseos, expunge pronomen *ὅς*, et coniunge: *ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν χημευτικῶν Ζωσίμου λόγων οὐκ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν.* Sensus: Anonymus ille *non solum* e scriptis *gentilibus* testimonia collegit de religione christiana, *verum etiam* scripta Zosimi, *Christiani*, verbum fere e verbo repetere non dubitavit, atque eadem, quae Zosimus iam in libris suis chimicis collegerat, iterum comparare: in quibus e Zosimo excerptis et hebraicorum scriptorum (*λόγων*, non *λέξεων*) interpretationes, et vitas Apo-

sum vertit: „*Animo* insuper *odia fovere* et herbarum radicibus aliis damna parare dux aperuit." Coniicio scriptum fuisse *ἐδίδαξεν ἐνεργείας κατὰ τοῦ νοός* i. e. docuit rationes, quibus animo noceri posset, naturamque radicum herbarum, quibus simili modo in damnum aliorum uti possis.

stolorum inserit. Nam ἐκτίθεται ad auctorem Anonymum referendum est, uti sequens κατατίθεται.

Quo autem tempore Zosimus philosophus vixerit, non satis liquet. Boerhavius eum philosophum saeculi quinti dicit, nescio qua auctoritate nisus. Scaliger ad Eusebiana pag. 258. ante Panodorum, qui Arcadio imperante circa ann. 400 scripsit, Zosimum vixisse contendit: nam Georgium locum Zosimi non e scriptis auctoris, verum e Panodoro hausisse. Haec causa vana est, atque omni auctoritate caret. — Zosimum, τὸν μέγαν, ante Olympiodorum vixisse, patet tum e catalogo citato τῶν ποιητῶν, qui ordinem temporis sequitur, et in quo Zosimus ante Olympiodorum positus est, tum ex eo, quod Olympiodorus in scripta Zosimi commentatus esse dicitur. Olympiodorus autem scripsit Theodosio minori regnante, Photio teste cod. 80: i. e. inter ann. 408 — 450; et historiae finis erat in caede Ioannis, regis Romanorum, cui Valentinianus septennis successit ann. 425. — Ergo ante hoc tempus Zosimum vixisse necesse erit. Quum vero Christianus fuit, neque apud ullum scriptorem saeculi quarti aut quinti praeter Olympiodorum, τοῦ μεγάλου ποιητοῦ mentio est: arbitror eum haud multum ante annum quadringentesimum post Chr. nat. ponendum esse, ita ut forsan aequalis Panodori fuerit.

Testem narrationis de Egregoris *Hermetem* quoque Zosimus laudat, illum fabulis cuiusvis generis exornatum sapientem Aegyptium, cui tum scripta antiqua, inprimis physica, medica et astrologica, quorum auctores ignoti erant, tum recentiora ab ipsis auctoribus, maxime Christianis Aegyptiis, Neoplatonicam philosophiam sequentibus, supponebantur. Inter obscurissima vero antiquitatis sunt scripta Hermetica, neque adhuc ullus doctorum ingenium ac tempus rei litterariae gratia devovit, ut ea collegisset atque interpretatus esset. Nam etsi barbarie horrent, etsi plena sunt fabularum, deliramentorum ac vecordiae, tamen et ingenium saeculi sui ostentant, et plura fragmenta antiquitatis elegantioris inter has sordes delitescere possunt. — Zosimus laudat *Physica Hermetis*, cuius libri ab alio scriptore mentionem factam esse non reperio. Morhofius in libro I. Polyhistoris p. 99. coniicit, eumdem fortasse esse librum, qui a Georgio pag. 35. D. et pag. 52. B. sub nomine τῶν Κυρανίδων allegari. Chimica uterque liber, certe ex parte, tractasse videtur. Erat enim medio saeculo decimo septimo Altenburgi in Saxonia, in Bibliotheca Ducali codex manuscriptus vetustorum Chimicorum Graecorum, inter quos et Olympiodorus Philosophus Alexandrinus, quem in Zosimi scripta commentatum esse iam antea narravimus. Ex hoc Reinesius fragmentum edidit, in quo Olympiodorus τὴν Κυρανίδα τοῦ Ἑρμοῦ et τὴν Ἀρχαϊκὴν βίβλον laudat, quodque

clarissime ostendit, ἐν ταῖς Κυρανίσι [21]) etiam Chimica pertractata fuisse. Cfr. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. pag. 63. — Georgius l. c. duorum Hermetis librorum testimonia coniungit, τῶν Γενικῶν καὶ τῶν Κυρανίδων, neque, si Georgii verba pag. 52. B. incorrupta sunt, coniicere licet, unum librum duobus titulis inscribi; legitur enim: ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Γενικοῖς τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ ἐν ταῖς Κυρανίσι βίβλοις εἴρηται. Et τὰ Γενικὰ sive οἱ λόγοι γενικοὶ saepius citantur, et ubivis sine adiecto titulo τῶν Κυρανίδων. Egit Hermes in Genicis de creatione rerum generali, περὶ ὅλων ἀρχῶν (vide loca probantia in Fabricii Biblioth. gr. Vol. I. pag. 77—79), cui non aliena est finitio temporis, quo mundus creatus sit. Hoc finivit ad astrologicam rationem Aegyptiorum, quam et Graecos sequutos esse Georgius testatur: mundum creatum esse ante quinque et viginti circuitus Zodiaci. Circuitum vero Zodiaci, ἀποκατάστασιν κοσμικὴν seu τοῦ ζωδιακοῦ, complecti annos 1461, quibus exactis aequinoctium ad primum gradum signi Arietis redire [22]). Quinquies vero vigesies 1461 reddunt annos solares 36,525, eamdemque annorum summam *Vetus* quoque *Chronicon* (pag. 51. C. D.) triginta Dynastiis regum Aegyptiorum tribuit. — Georgius autem hoc fieri posse negat, quod ante diluvium ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ nullius regni in terra mentio facta sit; quid? *quod haec nostra terra ante diluvium*

21) Rectissime hanc vocem e lingua Arabica deducas et *collectiones* interpreteris: citatur Cyranis prima, secunda, Cyranides antiquae. — In aliena abeunt Scaliger et Goarus. 22) Haec ἀποκατάστασις τοῦ ζωδιακοῦ non ille annuus recessus Solis in Eclipsi est, quo fit, ut Sol, qui in saeculis ante Christum natum in signo Arietis aequinoctium vernale fecerit, nostro tempore in stellis Piscium faciat: qui in circulum rediens recessus punctorum aequinoctialium *annis* 25,716 consummatur. Hunc annum Platonicum, quem Astronomi vocant, a veteribus percognitum fuisse, non reperio. Illum enim *magnum annum*, quem Plato, Aristoteles aliique Philosophi et Astronomi Graecorum quaerebant, reditu cunctorum astrorum, aut certe Solis, Lunae, Terrae ac caeterarum Planetarum, ad idem, unde semel profecta sint, metiri conati sunt. (Cicero Somn. Scipionis c. 7; Plutarchus (si Plutarchus esset) de Placitis Philosoph. 3. c. 32. Censorinus c. 18.) Aegyptia apocatastasis Zodiaci originem duxit a prave finito numero dierum anni. Computaverant enim in anni spatium 365 dies sine quadrante. Hac ratione posita, errorem calculi brevi tempore cognosci necesse est; quumque Aegyptii coelum observare amarent, haud impedita computatione opus fuit, ut e mutatione aequinoctii, quae in annis viginti facta erat, colligeretur, quo temporis spatio aequinoctium ad primum Arietis gradum (o') rediturum esset. Nam quum annis quatuor exactis unus dies deesset, ut sol ad idem, unde profectus erat, rediisset; quum post octo annos duo dies deessent etc.: circulum absolutum esse necesse erat, post quater 365 annos = 1460. Quod vero Aegyptii huic circulo 1461 annos tribuerunt, ex eo apparet, a vera cognitione magnitudinis anni eos longe abfuisse: rectius enim unum annum eiecissent, quoniam anni tempus minus quam 365 ¼ dies complectitur; 11′ 14″ 30‴ quadranti desunt.

ab hominibus ne inhabitata quidem fuerit; et quod regnum Nembrodis, Genesi testante, primum regnum terrae fuisse narretur.

Huius sententiae, homines ante diluvium in hac nostra terra non habitasse, testimonia producit Georgius *ἔκ τε τῆς θείας γραφῆς καὶ ἔκ τινων πατρικῶν μαρτυριῶν* pag. 14. D. et pag. 15. Scriptura enim divina dicit: „Et eiecit Adamum et collocavit eum *ἀπέναντι τοῦ παραδείσου*, coram Paradiso, i. e. prope ad Paradisum. Babylonia autem et nostra terra universa magno intervallo distat ab in orientem versa Edem, in qua Paradisum esse dicimus. Atque ut huius dicti testem aliquem *τῶν θεοφόρων διδασκάλων*, doctorum numine adflatorum producamus, adsit nobis *ὁ θεῖος Ἐφραΐμ, ἡ ὠκεανόβρυτος γλῶσσα, divinus Ephraem*, lingua illa oceano eloquentiae scaturiens [23]), qui in orationibus dogmaticis de Paradiso hoc pacto dicit:

Omnibus altitudinibus amoenis altior est Paradisus; diluvii aquae ad eius radices tantum pertinuere. Homines vero diluvio antiquiores inter Oceanum et Paradisum habitarunt: Caini soboles in terra Nod i. e. tremula [24]); filii Sethi in terra altiore, ne, uti ab Adamo iussi erant, cum Caini fratricidae sobole commiscerentur. Caini soboles erat humilis staturae propter execrationem in Cainum, filii Sethi erant Gigantes et tanquam angeli Dei in alta regione [25]). Filiae vero Caini ad eos profectae musicis tibiis et cinyris deduxerunt eos de regione alta, illisque nupserunt: ac crescente legum contemtu exortum est diluvium. Et eduxit Deus arcam Noës in montem Aravat, et dehinc habitarunt homines hac in terra. Ex quo patet, terram nunc cultam tunc incultam fuisse: nam misericordia Dei habitarunt homines ante diluvium in regionibus prope ad Paradisum (*εἰς τὰ πλησίον τοῦ παραδείσου*) inter Oceanum et Paradisum. Caligo vero exterior, de qua Christus dicit, intra paradisum est. Paradisus enim cum Oceano totum orbem terrarum in circulo ambit, in plaga orientali Edem est, et lumina Solis Lunaeque intra Paradisum oriuntur atque eo peragrato extra occidunt. *καὶ τὰ ἑξῆς.*

Iis igitur qui non pertinaces sunt (*τοῖς εὐπειθέσι*) haec sufficere arbitror, ut iis persuasum sit, homines ante diluvium Oceanum inter et Paradisum habitasse."

Magnam, uti apparet, auctoritatem Georgius Ephraemo tribuit, ita ut iuxta sacram scripturam testimonium eius ponat;

23) Georgius Nyssenus in oratione funebri Ephraemum laudat re vera *Ecclesiae Euphraten*, cuius aquis irrigata Christianorum multitudo centuplum fidei fructum producit. 24) Ne cum Goaro inseras *κατῴκει*. 25) Adamus in Talmude narratur, antequam peccaverit, a terra usque ad coelum pertinuisse. (Deuteron. 4. 32.) Postquam vero decima vitae hora peccavisset, *Deum manum ei imposuisse*, Ps. 139. 5. i. e. eum minoris staturae fecisse.

etiam Ephraemo solo auctore narret, quae in sacra scriptura non leguntur; quod vero a sensu caeterorum Patrum Ecclesiasticorum nequaquam recedit. — Ephraemus Nisibae in Mesopotamia, in domo pagana, Constantino Magno regnante, natus, cum neque a quoquam doctus esset, neque expectaret se talem evasurum esse, repente spiritus divini gratia tantam eruditionem in lingua Syriaca assequutus est, ut summa philosophiae praecepta perceperit, et non solum orationis facilitate atque elegantia, sed etiam sententiarum crebritate ac sapientia Graecos scriptores praestantissimos superarit. Et quod mirum videtur, cum Graecus scripta eius in Graecum sermonem versa legit perinde ea admiratur, atque si Syrus esset et Syriaca ea legeret. Ita Sozomenus hist. Eccl. 3. c. 15. Igitur et plurima eius scripta graece versa erant, ac tanti aestimabantur, ut Hieronymo teste post praelectionem sacrae scripturae publice in quibusdam ecclesiis Ephraemi scripta quoque recitarentur. Vide Bollandi Acta S. Mensis Februarii Tom. I. pag. 49 - 78. — Inter scripta Ephraemi, quae Syriace exstant, sunt quoque in codicibus Nitriensibus VII. et VIII. Hymni de Paradiso, et, quantum e fragmentis iudicare licet, quae Assemannus in Bibliotheca Orientali Tom. I. p. 84. 85. edidit, Georgius ex his ipsis sua hausit: post Ephraemum quidem Historici Orientales, qui vel Arabice vel Syriace scripsere, eadem de Paradiso deque generationibus Sethi et Caini tradunt. (Editionem Ephraemi, ab Assemanno adornatam, conferre non contigit).

His expositis coniiciat iam aliquis, Georgium *libros Apocryphos Veteris Testamenti* non neglexisse. — *Esdrae*, *τοῦ θεόφρονος*, (pag. 236. A.) scriptis sacris et *canonicis* (*ἐνδιαθέτοις* pag. 223. A., 249. C.) diligentissime usus est p. 216. D., 225. A. B. C., 229. D., 233. C., 241. et seq., 253. A. B.: neque solum libro secundo, qui solus inter libros canonicos receptus esse dicitur [26]), sed maxime libro primo, cui a Patribus ecclesiasticis neque graecis neque latinis auctoritas canonica concessa est, (Hieronym. in praefat. ad librum Esdrae et Neemiae); quem Georgius vero ultimum *τῶν ἐνδιαθέτων βιβλίων τῆς παλαιᾶς θεοπνεύστου γραφῆς* vocat, quod receptus erat in collectionem librorum Graecorum *τῶν ο'*.

Etiam *Iudithae historiam* ad tempus commodum revocare studet, neque apparet, Georgium de auctoritate libri canonica dubitasse pag. 236. C., 237. A., 241. A., 251. A., quamquam *hebraice* scripta ne inter Apocryphos quidem erat, Origine teste in epist. ad Africanum. Iam vero Synodus Nicaena in numero

26) Pag. 249. B. C. lego: *ἕως μὲν τούτου Ἔσδρα καὶ Νεεμίου αἱ ἐνδιάθετοι Ἑβραϊκαὶ γραφαί, αἳ ἐκκλησιάζεσθαι παρεδόθησαν. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ, καὶ Ἀφρικανὸς μετ' αὐτὸν ἐν ἐπιτόμῳ.* — Legitur *ἕως μὲν οὖν*, pronomen relativum *αἳ* omittitur; pro *μετ' αὐτὸν* est *μὲν αὐτόν*, aut si Goarum audis, *μὲν αὐτός*.

sanctarum scripturarum hunc librum computaverat, (Hieronymus in praefat. ad libr. Iudith); Pseudo-Athanasius epitomae sacrae scripturae inserit; Augustinus ut librum canonicum memorat, ac tertium Concilium Carthaginiense anno 397 canon. 47. in canonem recepit.

Res gestas fortissimorum gentis Iudaicae heroum, dico *Maccabaeos*, latius, uti expectari poterat, Georgius enarravit, eademque saepius repetens libros sub nomine Maccabaeorum totos fere exhausit. *Τῶν μὲν γὰρ θεοπνεύστων οὐκ εἰσὶ, χρήσιμοι δὲ πάνυ πεφύκασι*, pag. 273. C. — Georgius *quatuor libros* Maccabaeorum numerat, describens quoque quae in libro quarto contenta fuerint. „Quartus liber, pag. 293. D. ait, eximius est, quod piam cogitationem passionibus superiorem esse docet, quodque certationem describit, quam septem fratres cum matre exhauserint, temporibus Ionathae Maccabaei et fratris Simonis." Et pag. 279. B.: „Antiochus Epiphanes ingenti apparatu bellico, agris vastatis Hierosolymam aggressus est anno 143 regni Graecorum: quo tempore et Eleazaris et septem puerorum ac matris eorum martyrium contigit, uti in quarto libro Maccabaeorum narratur." Pag. 286. C. „Eleazar magister puerorum" nominatur. — Haec eam ob causam enotanda esse mihi visa sunt, quod et patres ecclesiastici latini librum quartum Maccabaeorum plane non commemorant, et graeci, qui interdum quidem mentionem libri inferunt, non accurate describunt, quae in eo contenta fuerint. Cfr. Cotelier in notis ad Canones apostolicos pag. 117. 118. 338. — Igitur tempore recentiori alii alium librum manuscriptum in quo forte de Maccabaeis quaedam narrata erant, librum quartum Maccabaeorum esse coniecerunt, (ut Sixtus Senensis in bibl. sancta libr. I. pag. 39. historiam Ioannis Hyrcani, quam forte in Bibliotheca Santis Pagnini graece manuscriptam repererat.) Ex hoc autem loco discimus, Georgii tempore librum illum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ sive εἰς τοὺς Μακκαβαίους, quem Iosephi esse vulgo credunt, librum quartum Maccabaeorum vocatum esse, qui igitur in editione τῶν ο' Herwagiana (Basileae 1545) et in Wecheliana (Francofurti 1597) recte tribus Maccabaeorum libris additus est: quo loco in nonnullis quoque libris manuscriptis legitur. Cfr. Calmeti Dictionarium Biblicum in voce Maccabaeorum.

Dein alienum est, quod in Georgiana Chronographia non semel legitur: „librorum de Maccabaeis auctorem esse Iosephum," quumque hunc Iosephum non pluribus verbis describit, cogitare debemus, esse Iosephum historicum. Pag. 249. D: τὰ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάντα ἢ πραχθέντα[27]) τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Ἰώσηπος ἐν τοῖς

27) Inseruntur in editionibus haec verba: πραχθέντα ἕως τῆς θείας σαρκώσεως τοῖς Ἰουδαίοις: quae, ni fallor, glossatoris sunt. Nam

Μακκαβαϊκοῖς ἱστορεῖ. — Et pag. 273. C: *Ἡ τῶν Μακκαβαίων ἱστορικὴ γραφὴ τοὺς Ἑλλήνων βασιλεῖς ἀπὸ Ἀντιγόνου ἀριθμεῖ, ἣν Ἰώσηπος ἔγραψεν, ἥτις τῶν μὲν θεοπνεύστων οὐκ ἔστιν, χρησίμη δὲ πάνυ πέφυκεν.*

Tamen in hoc loco pag. 273. fieri non potest, quin historiae peritus offendatur. Maccabaeorum libri regum Syriorum historiam non ab *Antigono* incipiunt, sed ab *Antiocho Epiphane.* Antigoni, quod memini, ne mentio quidem facta est in omnibus Maccabaeorum libris. — Dicas, nomen Antigoni errorem scribae esse, ac legendum, uti Goarus quoque vertit, *Ἀντιόχου.* Hoc autem nomine posito, quid totus hic locus de Antiocho Epiphane ac libris Maccabaeorum sibi vult sub titulo: *Ἀσίας πρῶτος μετὰ Ἀλέξανδρον Ἀντίγονος ἐβασίλευσεν*? — Antigonus regnat A. M. (secundum computationem Georgii) 5171; Antiochus vero Epiphanes 5310. Coniicio igitur, haec verba in prorsus alieno loco ab aliena manu intrusa esse; quam vero ob causam non levius, immo gravius testimonium verbis pag. 249. darent, in quibus Iosephus auctor Maccabaeorum esse aperte narratur.

Attamen hanc opinionem, Iosephum quatuor librorum de Maccabaeis auctorem esse, nullibi reperi: ac fere crediderim, Georgium nomine auctoris quarti libri Maccabaeorum deceptum, et quod Iosephus in rebus Maccabaeorum enarrandis primum librum Maccabaeorum totum fere exhausit, omnes libros eidem auctori tribuisse: quamquam ego quidem neque in quarto libro rationem Iosephi nec cogitandi nec dicendi video.

Verum enimvero in horum librorum usu apparet, ni fallor, Georgium rebus recte diiudicandis haud satis idoneum esse: omnibus Maccabaeorum libris eamdem auctoritatem tribuit, nec verbo quidem indicat, primum librum et antiquissimum et integerrimum caeteris sine omni dubitatione praeferendum esse. Originitus hebraice scriptus fuit: nam Origines (in Eusebii histor. eccl. VI. cap. 25.) citat titulum Hebraicum *Σαρβὴθ Σαρβανὲ ἔλ* i. e. שַׁרְבַת שָׂרֵי בְנֵי אֵל, historia principum filiorum Dei; et Hieronymus in prologo galeato narrat, se Maccabaeorum primum librum Hebraicum reperisse. Calmet l. c. addit, iam longum per tempus Hebraicum deperditum esse videri. Memini vero a viro quodam doctissimo audire, in bibliotheca Hamburgensi publica, in qua plures libri manuscripti hebraici reperiuntur, esse primum librum Maccabaeorum manuscriptum hebraicum. — Liber secundus multo recentior est ac similior carmini, quam narrationi rerum gestarum. Liber tertius, merito e bibliis nostris eiectus, plenus est absurdissimarum fabularum, nominibus historicis in-

libri Maccabaeorum non usque ad Christi natalem diem pertinent, et scripta Iosephi non solum res gestas Iudaeorum usque ad Christum natum, verum etiam post Chr. nat. narrant. Et locus, in quo haec verba leguntur, nequaquam aptus est.

certarum. Et liber quartus, quem Georgius ἐξαίρετον laudat, amplius explicat, quae in libro secundo de martyrio matris septemque filiorum brevius narrata sunt.

Accuratissime denique *loca N. T.* collegit, quibus res gestae Iudaeorum aut explicari aut corrigi possunt. Saepius repetit testimonium Lucae, quo Cainan decimum tertium ab Adamo, filium Arphaxadis esse, non Salam probatur. Saepius laudat orationem, in qua Lucas (in Actibus Apostol. cap. 7.) Stephanum Protomartyrem res Iudaeorum antiquiores enarrantem facit pag. 93. 94. 95. Et historiam Christi atque Apostolorum ex Evangeliis Actibusque a Georgio haustam esse, vix opus est, ut commemorem: cfr. 315 sq. 327 sq. Maxime et fortasse non praeter rationem *Lucam* sequitur, e sacerdotali genere ortum, qui temporis ordinem diligentius quam caeteri distinguit, cuiusque divinam brevitatem (τὴν θείαν συντομίαν) in tempore exponendo multis verbis laudat: pag. 318. A., 319. C., 325. C., 326. B. Attamen, uti in libris Veteris Testamenti scripta Talmudica non neglexerat, neque scripta Philonis, Iosephi ac Patrum ecclesiae christianae praeterit, e quibus interdum narrationem Evangelistarum suppleat. „Sciendum est, p. 317 D. dicit, multa Evangelia scripta esse, e quibus quatuor duntaxat Beatis apostolis probata sunt, quae in Ecclesiis legerentur: uti a quibusdam infantia quoque Salvatoris nostri descripta est, quibus miracula ποιητοῦ τούτων αἰώνων ad annum usque duodecimum patrata memorantur. Ex istis autem in canonem non receptis evangeliis patres ecclesiae nonnulla in scripta sua transtulerunt, unde caeteris Christianis tantae auctoritatis esse visa sunt, ut fidem *dare* non dubitarint.

Sic Iacobum, aucterem epistolae catholicae, Georgius pluries τὸν ἀδελφόθεον καὶ δίκαιον laudat, et *Clemente teste* eum primum episcopum Hierosolymorum ponit, pag. 327. D., 328. A. B., 329. C. D., 330. B. Eusebii quoque testimonium addere potuisset Hist. Eccl. II. c. 1., et ex Eusebio II. c. 23. Hegesippi: testimonium vero gravissimum, quod addendum fuisset, scriptorum biblicorum, non profertur, quod nullum est, et tota traditio, Iacobum illum, qui a Paulo in epist. ad Galatas cap. 1. vers. 19. frater Domini vocatur, auctorem epistolae catholicae et primum episcopum Hierosolymorum fuisse, solo rumore aut coniectura niti videtur.

Sic pag. 329. B. C. narrat: Christum ad Abgarum, regem Edessae (urbis Mesopotamiae) effigiem vultus misisse hasque litteras dedisse: „in coelum receptus mittam tibi discipulorum meorum nonnullos, morbum tuum curaturos ac tibi tuisque vitae auctores futuros." — Et Christo mortuo Thaddaeum a Thoma divino iussu Edessam missum esse, evangelium annunciaturum, qui Abgarum sanaverit cunctosque urbis cives verbis et factis

edocuerit. Hodiernum usque diem, Georgius addit, universa civitas hanc Domini nostri effigiem, hominis manu non factam, summa pietate colit. [28]) — Auctorem huius narrationis Georgius non nominat, quia, uti videtur, inter omnes Christianos illius temporis fama epistolae atque imaginis Christi Edessenae iam pervulgata erat. *Eusebius* nobis est antiquissimus scriptor, qui epistolam a Christo ad Abgarum missam esse testatur; et primus, ni fallor, qui epistolas Abgari et Christi e lingua Syriaca translatas inter Christianos graecos divulgavit, Hist. Eccl. I. c. 13. et II. c. 1. quamquam non pari cum caeteris, quae ex Evangeliis et Actis Apostolorum hausit, fide has epistolas tradens. — Imaginis vero Christi, in *χειρομάκτρῳ* expressae et ad Abgarum missae, neque in Eusebii scriptis neque in S. Ephraemo neque in alio aliquo Syrorum scriptorum veteris aevi memoria vel vestigium exstat: quo ex silentio non praeter rationem colligere mihi videor, fabulam imaginis Edessenae non manufactae tempore posteriore excogitatam fuisse. Primus, apud quem huius imaginis mentionem reperio, est Evagrius (in Hist. Eccl. IV. cap. 27.) qui Iustiniano regnante natus circa annum Christi 594 historiam suam composuit; et in Actis concilii septimi primus profertur imaginis testis idem Evagrius (p. 313. ed. Harduin.) In scriptoribus christianis sequentium saeculorum frequens est eius memoria; et Constantinus Porphyrogenneta longam orationem de imagine Edessena scripsit, plenam fabularum: non vero dissimulans, se famam sequi, quae

Mobilitate viget viresque acquirit eundo;

et prudenter adiiciens: longo temporis decursu historiam saepenumero a veritate aberrare. — Occurrit mihi coniectura, num ipsius Eusebii verba huic imaginis fabulae ansam dederint, num doctorum aliquis christianorum locum histor. eccl. libr. II. cap. 1.: „civitatem Edessenorum *οὐ τυχὸν ἐπιφέρεσθαι δεῖγμα τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας*" more talmudico frustatim discerpens ex uno verbo longam narrationem deduxerit, atque imaginem aliquam, Edessae forte repertam, illud *οὐ τυχὸν δεῖγμα τῆς τοῦ σωτῆρος εὐεργεσίας* esse, interpretatus sit.

Sic pag. 328. D. tradit, Pilatum, relatis ad Tiberium, quae

28) In loco Georgii plura a librariis corrupta esse videntur. — *Θωμᾶς Θαδδαῖος εἰς Ἔδεσσαν καὶ Ἰούδας κατὰ θεῖον χρησμὸν ἐξέπεμψαν εὐαγγελίσασθαι.* Goarus mutat: *Θωμᾶς καὶ Ἰούδας Θαδδαῖον κ. τ. λ.* Ego Eusebium sequens lego: *Θωμᾶς ὁ Ἰούδας Θαδδαῖον -- ἐξέπεμψεν.* Dein nomen regis Edesseni in Georgio legitur *Αὔγαρος*; in codice regio Parisiensi Eusebii ubivis scriptum est *Ἄγβαρος*; in optimo vero Eusebii codice Mazarino est *Ἄβγαρος*, et ita nummis quoque hoc nomen insculptum est, et proxime ad hanc formam nominis ordo litterarum in *Αὔγαρος* accedit. — *ἀποστέλλω σοι*, lego: *ἀποστελῶ.* — *ἵνα ἰάσονταί σε*, lego: *ἰάσωνταί σε.* — *δεσπότην σέβουσα χαρακτῆρα*, lege: *δεσπότου.*

de salvatore acta erant, et de doctrina Christianorum [29]), amorem fidei aliquem in Caesare excitasse, Tiberiumque de fide in Christum habenda ad Senatum retulisse. Quum vero Senatus rem non probaverit, quin imo stultitiam praeconium crucis esse arbitratus sit, ipsam Christianorum persequutores morte plectendos esse sententiam tulit. — Auctorem huius traditionis *Tertullianum* Georgius vocat, nam Tertulliani Apologia latine quidem conscripta, postea in Graecum sermonem translata erat. Attamen ipsam Tertulliani Apologiam Georgius legisse non videtur: omnia, quae et hoc loco et pag. 340. C. D., 341. A. B., 346. D., 347. A. e Tertulliano laudat, desumpsit, uti luculentissime apparet ex Eusebii historia ecclesiastica, qui libro II. cap. 2. e *Tertulliano* Tiberii relationem de Christo ad Senatum refert; qui libr. II. cap. 25. Neronis persequutionem Christianorum et Petri Paulique martyrium pro religione sublatum *e Tertulliano* describit; qui libro III. cap. 33. *e Tertulliano* narrat, Traianum Plinio secundo de Christianis accusatis rescripsisse: inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. — Hi et similes loci Scaligero iustam obtulerunt causam, ut Georgium nostrum iniuriae erga Eusebium accusaret, qui ex Eusebio sua hauriens nomen auctoris dissimulaverit. — Tertullianum vero in narratione de Tiberii relatione ad Senatum deceptum esse, Tanaquillus Faber tomo II. epist. 12. validis argumentis demonstrasse mihi videtur: tota enim narratio e libro supposito, actis Pilati scilicet, hausta est; Tiberius Suetonio teste circa Deos ac religiones negligentior fuit; Senatus Romanus sub Tiberio ad vilissimam adulationem prolapsus, ne biscere quidem contra principem ausus est; Tiberius infensus potius fuit ut Iudaeo, ita et Christiano nomini, Sueton. in vita Tiberii cap. 36; et e Chronologia patet, Christianum nomen Tiberii tempore Romae vix notum fuisse. Georgius noster, disquisitionis traditorum incuriosus, repetit bona fide, quae apud auctorem satis probatae auctoritatis, in primis apud patrem ecclesiae legerat.

29) Legitur: *ὁ δ' αὐτὸς Πιλάτος Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν σωτῆρα ἀναγαγὼν καὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος.* Insero *καὶ περὶ τοῦ Χρ. δ.*

GOARI EPISTOLA.

AMPLISSIMO

ILLUSTRISSIMOQUE VIRO

D. D.

PETRO SEGUIER,

FRANCIAE

CANCELLARIO.

Chronographiam Tibi, Cancellarie Illustrissime, operoso Georgii Syncelli stylo Graece prius apparatam, meo nunc labore qualicumque Latine perpolitam ad Tuae Celsitudinis penetralia sisto: veterum historiam suis distributam saeculis, temporumque rationem suis descriptam cancellis Cancellario potentissimi regni momenta rationemque totam sustinenti; praeteritorum seriem imperiorum iuris, per quod imperia stant, supremo Vindici; munus denique haud gravate impositum Domino benevolentissimo non do, sed reddo. Quid enim munusculum vel donarium, quod argumentum ferat commendationis levissimum, ac non potius debitum ex officio necessitatis exigendum appellem? Illud, ceu sponte consecratum, solo nonnunquam laudatur offerentis animo; hoc, quia iuris est, nisi lubens ac tempestivum accedat, et vitium arguit violatae iustitiae, et debitorem accepti beneficii damnat immemorem. Una certe mihi fuit et onus et beneficium demandata Syncelli versio. Tua cum sit, munus ipsa debitum, iustamque tibi nunc gratiam refert, et novam supplex efflagitat: ad Tuos admitti conspectus ambit, et Georgium Syncellum secuta, quem prius assecuta, Georgium ipsum advenire nunciat; et comitatem, qua praestantissimos excipis scriptores, sibi merito pollicetur. Syncellus olim in Byzantini Patriarchii penetralibus conceptus, inter sapientissimas Regiae Bibliothecae opes latenter servatus, iam quasi recuperata luce redivivus, ite-

rum penetrato aedis Tuae augustissimae limine, larem in ea familiarius quaerit. Te iubente luci redditus, nisi sub Te lucem nequit adspicere, et, nisi inter Tuos, superstitem vivere dedignatur. Comitem habet praecipuorum Ducum, Satraparum, Pontificum, Imperatorum coronam, quae Christianissimi Regis lilia aedem Tuam circumstipantia, Regia sceptra dignitatem et fasces Tuos munientia veneretur. Mox vero, ubi Te a Regiis curis liberum et a Palatinae popularisque turbae circumstrepente tumultu (nam Regi, Regno, Senatui, Populo totus vixisti semper), nonnihil quietum compererit Syncellus, et in secretiori sacratiorique Astraeae Regiaeque maiestatis a te custodito σεκρέτῳ et sacrario honorificentissime collocatus, Tuo convictu dignus a Te fuerit iudicatus, quid is Te, mortuus licet, non observabit? Quid de Te, mutus licet, non loquetur, non praedicabit? Observabit quod Regi, Palatinis ordinibus, Senatui, Populo meridiana luce clarius innotescit, quod nec ignorat vulgus, nec tacet quisquis de Te non malignus loquitur, in Te collectum, velut in supremo iudice, quicquid virtutis in inferioribus sparsum reperitur. Praedicabit, quod in Optimatibus rarum, ne dicam insolitum, Tibi domesticum ac proprium, multiplicis eruditionis studium, cui accedit, quod nobilius est, erga res sacras, doctrinam sanam, et sacra scripta sic affectus animus, ut qui haec ex professo et vitae instituto versant, in Te, quod mirentur, ex Te, quod addiscant, inveniant. Testis mihi aderit rus amoenum illud et suburbanum Rosnium ad Sequanam, curarum et oneris Tui levamen, quo vir Deo deditus, aut eruditus quivis admissus, praeter animi firmitatem, qua mutatis rebus, nihil ad Te Curia, vel *Aulae Regiae* sublimitas pertinere visa est, quin etiam pietate Tua, et ad studia sacra propensione tentata, dissertationes doctrina non impares, facundia praestantiores instituere Te posse, et institutis congredi stupefactus, num studiorum temperamento commissi gubernaculi gravitatem levares, vel operosum ac rebus gerendis exercitatum usum divina superares cognitione, affirmare nescius, abscessit. Postmodum Syncellus Regiis sumptibus et typis e pulvere et tenebris eductus, ob tutum et honoris plenissimum locum augustior futurus, in Bibliothecam Tuam sese lenis insinuabit, ut orbis lucem adspiciat. Isthic inter fato functos, scriptis aeternos auctores, quos non nisi probatos collegisti, positus, tranquilla perennitate promissa, sibi, et reliquae litteratorum catervae, non adeo Mausolaeum mortuis, quam vivis Musaeum in aede Tua exstructum gratulabitur: nec magis vivos scientiarum et immortalis nominis teneri cupidine, quam Te perpetuae memoriae securum, cohonestandis litteris ac litteratis feliciter natum enunciabit. Ea beatitatis sede abblandientem sibi Georgium, et voluntate pro votis expleta, per locupletem Bibliothecae istius gazam lascivire et deliciari permittes? Scrutabi-

tur, lustrabit, oculis percurret scrinia, transtra, tabulas nummis auro et argento conflatis, ut sideribus caelum, distinctas et scintillantes: et, hic priscorum, dicet, temporum, ille postremi: Graecorum hic, ille Romanorum imperii monumentum: signum illius Orientale, Occiduum istius: sacram iste, civilem alius rem et actum refert: totus hic ordo regni unius principes enumerat; oppositus gentis alterius reges collocatos tenet ad Historiae veritatem. Quid cunctos, vel plures memorem? Vix e singulis unus aut alter est, qui viri cuiuspiam meis scriptis celebrati vultum, habitum, nomen, vel eius gesta praecipua, prosperitatem, eventus non repraesentet. Quot ibi figurae, tot Chronographiae meae exprimuntur argumenta. Alter hic recessus variam artis supellectilem, et Indiarum fructus portentosos, vel rusticana servat ornamenta: et haec Historiae testimonia totidem, et totidem eius spontaneae lucubrationes. Posthac ad exaratos manu codices conversus: istae sunt, inquiet, venerandae antiquitatis reliquiae immensis expensis Oriente toto collectae, ut earum partem non contemnendam magno Reipubl. litterariae damno naufragium obliterarit. Isthinc Regii typi nomen et subsidium quandoque mutuati sunt: aderitque, quod opto, tempus, quo iam edita, vel nondum visa Musarum κειμήλια ad istorum iudicium et censuram ab eruditis experiantur se perpoliri, vel in publicam utilitatem depromi. Quam avidis, quam perspicacibus oculis inter istos perquisitus eo demum me sensi fati dono beandum, ut Bibliothecae Regiae fecundo editus sinu, Seguerianae exciperer subinde, ac foverer complexu, eaque tandem signatus tutela felicitatis meae usum, et Defensoris comitatem orbi publicarem. Haec sub Georgii Syncelli persona interpres eius sortis particeps, seposita fictione, excogitat se posse fari: et ea causa se Tibi profitetur obstrictum, quod eius operis labor sub Tui nominis splendore in publicum productus, ut perdiu expetitum palam profert Syncellum, ita Tibi commendatus se speret cunctis litterarum studiosis fore multo gratiorem.

Illustrissimae Celsitudinis Tuae,

Deditissimus servus

F. IACOBUS GOAR Ord. Praedic.

E Conventu Praedicatorum
Paris. via S. Honorati.

AD CANDIDUM
ET ERUDITUM LECTOREM
PRAEFATIO.

Creaturarum infirma sors unica, nec cum auctore suo nexus duntaxat intimus homines impulit sensuum usibus assuetos, ut caeli terrarumque orbem immensa Dei Opt. Max. potestate, non secus ac globulus periti artificis dextra, fulciri existimarent, et exprimerent coloribus. Unum id, nisi me cogitatio decepit, demonstrat fictio; orbis videlicet principium, et temporis, ex quo superest et permanet, limitem primum, postremumque, quo tollendus, terminum, secretissima opificis illius supremi notitia repositum, qui figendos rerum sibi reservat fines, et tempestatum momenta circumscribit, quibus et mundum posuit, et mundum deleturus est. Fluenti et perpetuo recursu volutatae rerum vicissitudini quis agger quandoque, aut quo die foret obiiciendus, Apostoli [1]), quibus arcana caeli revelata, ne curiosi inquirerent, quondam vetiti: eodemque consilio ex publicis familiaribusque colloquiis, ut nec scripta quavis epistola [2]), quasi Domini dies ultimus instaret, et communis universorum adesset interitus, nullatenus evulgatum, a Christo edoctus commonet Apostolus. Fatuum igitur temerarii revelationum suppostoris, deliri penitus et in Scripturis levissime versati somniatoris commentum: vanae Astrologorum inter densas noctis tenebras et perturbatos siderum ordines secreta Dei se penetrasse iactantium fabulae, inane et fallax devotionis et Prophetiae spectrum, quo Dei filius, deserto caeli throno, et repudiatis Patris aeterni sceptris, iterato in terram adventu, quod sub iudicis terreni conspectu ad se non spectare praedicavit, repetiturus est regnum; quasi annorum mille amplitudo imperium perenne et aeternitate tota proferendum exaequaret. Quoad orbis primo creati principium [3]), fides illud statuit: ortum quippe mundi Scriptura praedicat: qua vero anni tempestate, quo caelestium sphaerarum situ, quo

1) Act. 1. 2) 1. Thessal. cap. 5. et 2. Thessal. cap. 2. 3) Genes. 1.

ab hisce, quibus vitam ducimus, annorum discrimine, Scriptura non eloquente penitus, quae de istis ratio vel argumentum ignorantiam et dubium omne tollat? Ab Hebraeis Graeci centuriis annorum integris dissident: pari discordia Graecis opponunt sese Latini: ipsi denique tot supputis a se invicem diversi abeunt Latini, ut, non nisi reiectis aliorum calculis, et nova temporis ratione posita, nullus eorum ambiat aestimari Chronologus. Verum enim vero Latinorum pugnae cum omnibus pateant, nec cura sit nobis de Hebraeis plurima; ex quo Verbum aeternum carnem et tempus subiit ad Rom. imperii cum Francorum Monarchis divisi terminum, si de Graecorum Chronologis (Clemente Alexandrino, Tatiano, et aliis, quorum labor praecipuus consideratio temporum non extitit, praetermissis), sermo instituatur, in auctorum album, qui ad certos limites et definitos spatii cancellos Historiam digesserint universam, Iulium duntaxat Africanum, Caesariensem Eusebium, Anianum et Panodorum Monachos, Chronici Alexandrini scriptorem, et Georgium tandem Syncellum, cuius opus nobis hic scribendi argumentum, recensendos existimo.

Primus ille Iulius Africanus antiquitate spectandus Tertullianum et Origenem Antonini Heliogabali tempore habuit coaevos. Eusebio Caesariensi Episcopo, quid in componenda Chronologia posset imitari, dedit exemplum, aut, quam in scripta sua transferret, praebuit materiam. Caesareae Bibliothecam aperuit, quam postea Eusebius, et unice carus Eusebio Pamphilus Laodicaenus Presbyter ad triginta millia voluminum auxerunt. Idem non arcana modo Scripturae, sed, ut ex eius reliquiis apud Eusebium constat, omnium paene gentium Bibliothecas evolverat. Eius vitae fuit is splendor, ut civium suorum suffragiis (Palaestinam vero communem cum eis patriam nactus est), ipsi legatio ad Senatum Rom. decerneretur; obtinuitque ut Emmauntis antiquae ruinae in urbem excitatae urbis nomine ac iure in posterum fruerentur. Supererant adhuc, quae memorat, eius scripta Photii aetate, quae tot doctorum vocibus periisse deflentur, quot doctrinae testes obtinet.

Alter Eusebius adeo notus tempore, doctrina, virtutibus, dignitate, operibus, ut haec aeque trita doctis, ac mortalium oculis quod in mundo communissimum.

Panodori et Aniani non obscurum nomen. Virorum illustria quidem scripta: sed quae supina priscorum incuria nobis inviderit. Aetas fuit eadem, quae Theodosii Iunioris, pietas Monachorum in Aegypto ea tempestate celeberrimorum convictum sortita est: in Historicis et temporum mensura tam subtilis peritia, ut quae Manethonis et Berosi narrationibus absurdissima nonnullis visa, postmodum evidentibus et accommodatis ad scriptores alios argumentis fuerint ab eis confirmata.

Chronicon Alexandrinum haud lectum Georgio Syncello, nec Photio memoratum, aetatis penes me non est indubiae. Quod enim ad Heraclii tempestatem profiteatur Historiam deducere, auctoris pariter et librarii testimonium esse potest, qui opus fortasse nondum absolutum nactus in Heraclii annos eius finem incidere, non auctorem vixisse testatur: prout non absimili loquendi more, quo annis quingentis posteriorem Georgium Syncellum, ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ, ad Diocletiani principis imperium Chronographiam continuasse librarius noster scriptum in titulo reliquit: quantumvis circa dubium nec sententiam ex tribunali pronunciare, nec litem movere placet. Ad Georgium ipsum venio, de cuius persona, opere, scribendi fine, libro MS. et versione ex interpretum more mihi praefandum.

Georgius cognomento Syncellus genere et patria ignotus, fortunis et mundi dignitate dubius, ea quam meritis et virtutibus in Ecclesia sustinuit celeberrimus. Huius nomen ac laudem Nicaena Synodo secunda personantem refert Anastasius Bibliothecarius in praefatione Histor. Eccles. verum nec Cypro patria, tanquam Cypro genitrice prolem [4]), vel Georgii Cyprii a Synodo iuste vindicati et αἰωνίας μνήμης vocibus excepti nomine non inscribendum solerter admonet titulis plerisque Clarissimus Leo Allatius Diatriba de Georgiis omnino Regia, in qua, si haec quoque velis excepta, de Georgii Syncelli scriptis selectissima occurrunt. At Cyprius ille, qui ante annos quinquaginta Synodum morte praevenerat, licet hic immerito vocaretur, ex quibusdam nihilo secius Synodi acta subscripto Georgii nomine firmantibus in suspicionem venit aliquem esse Syncellum Breviarii Chronographici auctorem. Numerantur tres Acti. 4. Prior Nazianzi Episcopi vice gerens, alter Domnicorum CP. ἡγούμενος, tertius ibidem Monasterio Deiparae pariter Praefectus, quibus accensetur Acti. 6. quartus Mosici Praesulis personam referens alter Georgius. Fueritne illorum non nemo, ceu Presbyter atque ἡγούμενος, Abbas noster et Σύγκελλος, habeo quod coniiciam, non habeo quod asseram. Eundem Logothetae munere ornatum prius in saeculo mihi pariter et Allatio sola suspicio est: divitiis autem et nobilitate insignem, mundo contempto, Tarasii Regiae urbis Praesulis Syncellum effectum (mundi vero contemptu soli se deiiciunt opulenti, et ad Syncelli munus nobiles eo tempore provehebantur soli), memoratus asserit Anastasius. Monachus solitudinis recessu et horrore delitescens delatam in pares sibi contubernales accepit Praefecturam, et ob rerum gerendarum solertiam, virtutesque quibus praeibat, insignis, usitate ἡγούμενος, Theophanis [5]) verbo Ἀββᾶς declaratur. Fides eius, prudentia, pietas in Deum et Ecclesiam, doctrina excellens, nec communia ante

4) *Act.* 6 et 7.   5) In Histor. prooemio.

actae vitae merita, quae quasi sparsis radiis omnium oculis obiecta omnium animos perstringebant, ut eum sibi Syncellum difficillimis, ob illatas ab Haereticis vexationes, temporibus designaret, Tarasium CP. sedis Patriarcham sanctissimum impulerunt. Hic ego virum non adornem laudibus, sed ex dignitatis munere et penes Patriarcham potestate, Syncellus quis fuerit, non ibit abs re ex selectis Historiae testimoniis explanare. Quem Syncellum *Σύγκελλον* frequentissimi scribunt auctores, rariores Syngelum *Σύγγελον* pronunciant. Lectionem secundam probat Iunius [6]) ex alia *συνάγγελος* derivatam et contractam: is ubi *Σύγγελον* *Coenobitam*, et *Πρωτοσύγγελον* *Senem* quemque Monasterii interpretatur, erudite a Gretsero, et non sine laude reprehenditur. *Σύγγελος* a *Συνάγγελος* deductus Clarissimo Areopagitae Leonardo Philarae [7]) placet; feliciore licet coniectura laterum Patriarchae stipatorem, ac velut *angelum* fidissimum, laborum comitem ad negotia quaevis obeunda paratissimum, *Σύγγελον* exponat. Eundem quasi *Σίγιλλον*, *Sigilliferum*, et *Πρωτοσύγγελον*, velut *Πρωτοσίγιλλον*, Magistrum Sigillorum de Latinis Graecisque Musis non immeritus Demetrius Ducas edocuit legendum; a cuius sensu, ut paulo duriore, longe abhorreo: quantumvis *σιγίλλιον*, *sigillatum diploma*, iuris Graeco-Romani codice inspiciendum mihi ingeratur. Verius itaque a *cella* et sacrario, *ἀπὸ τοῦ κελλίου Σύγκελλος* dictus habeatur, qui intimioris Patriarchici sacrarii *Concellaneus*, cellae particeps, secretorum conscius, testis ac comes assiduus, arcanorum non ambiguus interpres, negotiorum atque studiorum socius, animae rector, et, si velis, conscientiae arbiter, et *πνευματικός*. Antiqua haec erga Patriarcham Syncelli officia: Anastasius enim Presbyter ille, quem Nestorius *διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς, καὶ ἐν πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο*, *in magno habuit honore, cuius consiliis in rebus gerendis plurimum utebatur*, scribit Socrates [8]); Nestorii ipsius *διάπυρος ἐραστής, ὃς καὶ συνέκδημός οἱ γέγονε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαίροντι*, *amicus ardenti propensione devinctus extitit, et ei quoque ad Episcopatum profecto se viae socium adiunxit*, ait Evagrius [9]): eidemque propterea, ceu coniunctissimo Syncello, homiliam in Deiparae virginis dedecus et opprobrium recitandam Nestorius commisit, Theophane ad Theodosii Iunioris annum vigesimum tertium teste, *διεστραμμένην ὁμιλίαν περὶ πίστεως ἐκδέδωκεν τῷ ἑαυτοῦ Συγκέλλῳ*. Adeo Syncellus Patriarchae familiaris, et eius dignitas proxima, ut Timotheo vivis sublato, Ioannes Cappadox Presbyter et Syncellus CP. thronum ex Theophane conscenderit, Anastasii Senioris, et Iustini pariter primi temporibus Epiphanius Syncellus Ioannis vice fuerit ordinatus. Anastasium Syn-

6) Lib. 3. Obser. in Codinum cap. 14. 7) Notulis ad Chrysostomi Liturgiam adiectis. 8) Lib. 7. cap. 32. 9) Lib. 6. cap. 2.

cellum in sacras imagines σύμμαχον Germano Patriarchae ex promissi condicto sedis haeredem instituit Isaurus Leo: ex quo, reor, factum, ut Syncellus quivis renunciatus, quasi ad dignitatem iure comparato, Patriarchae successor exspectaretur. Exinde Stephanus Leonis Sapientis frater, et Basilii F. in Photii locum substitutus: Theophylactus quoque Romani Lecapeni filius, Syncellus designatus Nicolaum Patriarcham excipere sperabat: demumque, ut apud Saracenos Seriphes defuncto Caliphae surrogatus, sic in Patriarchae locum prioribus, circa octavum scilicet et nonum, saeculis (ut nunc Coadiutor Episcopo) in Patriarchae mortui locum (qui mos sequentibus antiquatus) Syncellus succedebat; inquiunt Zonaras et Cedrenus in Constantino Monomacho. Syncelli plures posteriori aevo, ambito a pluribus eiusdem dignitatis honore, simul creati, eorumque nobilissimus Πρωτοσύγκελλος, perpetuus Patriarchae a dextris inter sacra missarum assecla [10]), curarum levamen, pater a confessionibus, negotiorum ac paene totius oneris particeps appellatus: cuius pariter ac sociorum eo processit ambitio, ut in publico Ecclesiae consessu Metropolitis se praeferre, et supremum locum occupare non sint veriti: ex quo confusam et perturbatam sacro Pentecostes die festi solemnitatem legere est apud Cedrenum in Romani Argyri vita. Ad instar Patriarcharum, haud imperii quidem successores, sed animae ad pietatem informandae, et consiliis dandis idoneos, publicarumque rerum moderatores Syncellorum dignitate ornatos Praesules quosdam sibi olim Imperatores delegere; de quibus Cedrenus mox citatus narrat: dignissimus quoque ac litteris excultissimus Protosyncelli nomen prae caeteris obtinuit; qualis Gregorius ille de Romana Ecclesia inter ardua concilii Florentini negotia bene meritus Ioannis Imperatoris Palaeologi Spiritualis pater Πνευματικός a Phranze et Protosyncellus vocatus [11]). Ex istis qua laudum amplitudine Protosyncellus noster Georgius occurrat commendandus, dicat, qui sublimiorem virtutis gradum, invicti animi constantiam, antiquae fidei retinendae ardorem, et pro eadem fide tolerata ab eo tormenta minus ducet advertenda. Virum difficili pro tuendis Ecclesiae sensibus certamine perfunctum, et eius ob id in Ecclesia Graeca dignitatem, ceu virtutis praemium, Anastasius Bibliothecarius temporum eius suppar scriptor, ac Syncelli paene perpetuus interpres observat his verbis. Georgius [12]) *electa Monastica vita, mundoque contempto, Christi se levi iugo et sarcinae mancipavit: praeterea contra Haereticos incessanti agone desudans, multis verberibus, mundi Principibus contra Ecclesiae ritum saevientibus, diversisque poenis affectus est.* Sic ergo stigmata

10) Chrysostomi Liturgia sub initium. 11) Acta concilii et eius historia ms. 12) In praefat. hist. eccles.

Christi in corpore suo portans, tam pro fidei constantia, quam pro multarum virtutum insignibus, sanctae memoriae Tarasii Regiae urbis Praesulis Syncellus effectus est. Sed ne multa prosequar, sufficere arbitror, ad praeconium eius, quod a Sede approbatus sit Apostolica: quando scilicet Vicarii eius una cum trecentis quinquaginta Patribus in Nicaea urbe secundo convenientes universalem Synodum celebrarunt: siquidem et laus eius in eodem septimo et sancto concilio reperitur. Quot annos post habitam Synodum superaverit, incompertum. Certe non nisi Tarasio e vivis sublato, eius nimirum mortis et Nicephori successoris anno tertio, qui Syncello [13]) ipsi ab orbe condito sexies millesimus et ter centesimus, a Christi natalitiis octingentesimus, et ex certiori calculo 792 numeratur, scriptioni manum admovisse, ipse testis est certissimus. Quod autem scriptionis, quam id temporis exarabat, terminum, eiusdem scripta memorent ab orbis conditu 6352 et Christianae salutis 852 [14]), librarii errorem haud Syncelli aetatem arguunt, qui virilis saltem aetatis et Presbyter consecratus, exhaustis non brevi tempore pro fide tuenda laboribus [15]), concilio Nicaeno posteriori adfuit anno 6279, a quo deinde praeterlapso ad 6800, quo se scribendis Chronicis addixit, annorum viginti et unius spatio, post annos duos et quinquaginta, nisi centesimum longe praeterveetus medium illum Historiae textum attingere non potuit: cumque Theophanes insuper vitae superstes et operis suscepti continuator Leonis Armenii tempestate Christi 818. (et ex Theophanis ipsius et Georgii Syncelli computo 826.) e vivis excesserit, qua ratione Georgius morte praereptus ad 852 evolarit, incertum omnino. Excedentem annorum quinquaginta summam ͵ϛτβʹ vel ͵ϛτιβʹ vice, librarium ͵ϛτνβʹ substituisse, nullus, ut reor, sapiens inficiabitur.

Georgii Syncelli, quod reliquit, opus est, quam publico damus, Chronographia. Ea duntaxat oculis exposita, velut ignes nocturni per aërem volitantes, et errabunda sidera visui per tenebras illudentia solis adventu extinguuntur, ita quae a variis auctoribus circa Georgii Syncelli, Theophanis, Georgii Hamartoli, aliorumque scripta hallucinationes temere subortae sunt, operis, inquam, istius vel unico intuitu in ventum et fumos evanescent. Cunctas Allatius diligenter pertractavit: nec repetendum, quod a praestanti praeoccupatum iudicio, sed quod discussit commendandum studiosus, et quod scripsit operosius perlegendum. Unum dico, Georgii Syncelli opus est istud, nec Hamartoli, Theophanis, vel Georgii etiam alterius Syncelli scripta cum istius monumento praecipuo temere confundenda. Habeat Hamartolus, Theophanes [16]), et Georgius etiam Syncellus alter (manifestus

13) Pag. 3 et 6. 14) Pag. 207. B. 15) Ex Theophane. 16) Lib. 2. epist. CLVII.

est autem his Scaligeri verbis, *Georgium vestrum scito non esse eum quem volebam, neque ulli usui ad Eusebiana mea esse: satis mirari non possum, qui factum, ut duo nomine eodem idem tractent, qui ab eodem principio profecti, in eodem fine conquiescunt: idem certe in vestro Georgio principium, idemque finis, qui in eo, quem in animo habebam*, Regio nimirum: infra: *et tamen iste est Syncellus ut alter: sed Deum immortalem! quam dispar conatus huius vestri? nam vere dicam, nihil in eo deprehendere potui, quod me doctiorem facere posset, neque illum legere aliud est, quam horas perdere*). Habeat, inquam, Georgius quilibet alius sua: Syncellus noster unicum hoc, quod a mundi incunabulis ad Diocletiani deduxit aetatem, Chronicon sibi vindicabit. Eo describendo territi, vel Eusebii scriptis contenti nonnulli solam Syncelliani codicis partem, quae Pompeium Iudaeam armis subigentem inducit, vel Iulii Caesaris Monarchiae ponit fundamenta, sibi excerpendam rati, praevia, ut cernitur in plerisque MSS. parte tota praetermissa, quasi a Pompeio vel Iulio Caesare Chronographiam exorsus fuisset Syncellus, et pars exigua tota foret Syncelli Chronographia, parum cautis lectoribus suggessere credendum. Quod igitur Graecorum Christianorum Historicis familiare, velut Ethnicis Troianum ab ovo bellum retexere, a primo mundi conditi momento ad suam aetatem Chronographicum opus digerere meditatus Syncellus, communi fato vitae et una consilii filum abrumpente, ad Diocletiani tempus substitit, et haesit scribens, absolvendumque Theophani amico superstiti decessurus commendavit. Quod autem observat titulus, quodque ipse praefaturus testatur, velut e diversis calculis tesselatum opus, ita Chronographiae suae molem ex variorum auctorum scriptis collegit. Ex Africano et Eusebio quae decerpseris, eius cum Eusebii Chronico comparatio, et de Africano praefixa excerptis testimonia vel stylus, vel scriptorum denique ad priora nexus, plenius arguunt, quam ut dubitari possit. Quoad licuit, et coniectura suggestum est, huius et alterius scripta, virgulis ad latus fixis, vel characterum varietate distinxi. Quae tamen Eusebio Scaliger adscribit in propriis excerptis, cuncta ex Eusebio deprompta, nisi me ratio moveat in adversum, nusquam assentiar: cum diversis annorum numeris, eam varietatem etiam confesso et exprimente Scaligero, Latinum eius Chronicon, et Excerpta nomen illius ex Scaligeri placito praeferentia utantur; nec aliud Eusebium Graece, quam quod Hieronymus Latine reddidit (interpretem enim non Breviarii auctorem sapientum usus vocesque Hieronymum celebrant), a nato maxime Abrahamo et Nini imperio scripsisse temere et inconsulto asserendum: sed neque variorum collectanea ex uno solo prodiisse prudens quis asserat. Enim vero cur excerpta Scaliger studiosius ingessit, oblitus ea intrudere, quae cum excer-

ptis maxime connectuntur. Historiis plerisque textus sacri a Scaligero plane omissis, easdem in Eusebii textum referre quis vetat? Praeterea pluribus Eusebio, supra quam par est, attributis, quae tandem Aniano Panodoro et aliis auctoribus, quorum multiplici foetu coagmentata Georgii ἐκλογή a Scaligero assignantur? Aut pluribus tandem, quae ad Praefationis istius caput ultimum referimus, scriptorum fragmentis ex huius vel illius auctoris codicibus emendicatis et apud Syncellum non exstantibus, excerptorum substructionem cur censuit augendam? Belle quidem, quasi vanis Scaligeri imposturis litteratorum mentes expurgaturus, testatur veritatis amicus ad Historiae limen de Syncello Theophanes. *Ὁ μὲν μακαριώτατος ἄββας Γεώργιος ὁ Σύγκελλος γεγονὼς Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλόγιμος ἀνὴρ καὶ πολυμαθέστατος, ἄλλους τε χρονογράφους καὶ ἱστοριογράφους ἀναγνοὺς, καὶ ἀκριβῶς τούτους διεξερευνησάμενος, σύντομον χρονογραφίαν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ διώκτου τῶν Χριστιανῶν ἀκριβῶς συνεγράψατο, τούς τε χρόνους ἐν πολλῇ ἐξετάσει ἀκριβολογησάμενος, καὶ τὰς τούτων διαφωνίας συμβιβάσας, καὶ ἐπιδιορθωσάμενος καὶ συστήσας, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πρὸ αὐτοῦ, τάς τε τῶν ἀρχαίων βασιλέων παντὸς ἔθνους πολιτείας τε καὶ τοὺς χρόνους ἀναγραψάμενος, καὶ κατὰ τὸ ἐφικτὸν αὐτῷ τοὺς ἀρχιερεῖς τῶν μεγάλων καὶ οἰκουμενικῶν θρόνων, Ῥώμης τε, φημὶ, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλεξανδρείας τε καὶ Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων, τούς τε ὀρθοδόξως τὴν ἐκκλησίαν ποιμάναντας, καὶ τοὺς ἐν αἱρέσει λῃστρικῶς ἄρξαντας, καὶ τοὺς τούτων χρόνους ἀκριβῶς ἐνέταξεν. ἐπεὶ δὲ τὸ τέλος τοῦ βίου τοῦτον κατέλαβε, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν κατὰ ἑαυτοῦ κόπον οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ, καθὼς προέφημεν, μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀναγραψάμενος, τὸν τῇδε βίον κατέλυσε, καὶ πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, ἡμῖν, ὡς γνησίοις φίλοις, τήν τε βίβλον ἣν συνέταξεν ἀτελῆ καταλέλοιπε, καὶ ἀφορμὰς παρέσχε τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶσαι. Sanctissimi Constantinopoleos Patriarchae Tarasii Georgius Abbas quondam Syncellus vir eximius et eruditissimus, multis Chronographorum et Historicorum libris evolutis, et non vulgari diligentia examinatis, compendiariam ab Adamo ad Imperatoris et Christianorum persequutoris Diocletiani tempora Chronographiam scripsit; discussisque studiose temporum rationibus, ad invicem comparavit, emendavit, ac, ut nullus ante eius aetatem, solertissime composuit; priscorum insuper regum et nationum universarum statu et regimine annotato, singulorumque, quantum licuit, observatis aetatibus, supremarum et universalium Sedium, Romae dico, et Constantinopolis, Alexandriae, Antiochiae, et Hierosolymorum, sive qui sanis dogmatibus, ceu pabulis, Ecclesiam aluerunt, sive qui per vim et latronum more principatu arrepto, haeresum pravitate gregem infecerunt, Pontifices*

enumeravit, *et eorum tempora et annos egregio ordine digessit. Enim vero cum vitae termino praereptus, ad propositum finem non potuerit opus inceptum perducere, sed, ut praemonuimus, scriptis solummodo quae Diocletiani attingunt aetatem, vitam hanc mortalem deseruit, et cum recta fide ad Dominum profectus, nobis velut sincerioribus amicis, quod fuerat molitus, opus imperfectum simul reliquit, et ut, quae desiderantur, absolveremus praebuit argumentum.* An Eusebii tantummodo exscriptor, an non potius germanus Chronographiae scriptor Georgius Syncellus, qui quasi ex ubere segete messe collecta, non ex uno vel nonnullis, sed ex auctorum copioso numero, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πρὸ αὐτοῦ, proprium ἐκλογῆς volumen composuit? Certe styli diversitas, non simplex compositionis ordo, variata quoque frequentius temporis numerandi ratio, auctores pariter diversos, non unum Eusebii manibus versatum opus, sed variata scriptorum monumenta, quae sibi adiumento Georgius adscivit, palam arguunt; adeo ut non ita concors et sibi simile per contextum omnem sese referat Eusebii Chronicon, quam in proferendis prioribus Genearchis, diluvio describendo, Noëa posteritate recensenda, vel Israelitici populi in Aegypto sub iudicibus, sub Regibus tractanda Historia, Gentilium quoque omnium, Assamonaeorum, Romanorum ordinandis imperiis Georgius scribendi genere discerpens, et a sese deprehendatur alienus. Eam ob rem ingentem licet Eusebiani Chronici partem, non *totum opus Eusebii totidem verbis*, ut lectori Scaliger [17]) imponit, in sua Chronica Georgium transfudisse non invitus fatear; integram tamen Georgii Historiam Eusebio refundendam, Scaligeri excerpta Eusebio quaeque inscribenda, et ex Georgii scriptis Eusebium posse redivivum excitari, nec probabit Scaliger, nec credent eruditi. Sed nec centum ex partibus mutilatum Eusebii, quale exstat, Chronicon, adeo ut *nec centesima eius supersit pars*, nec *crudeli genere laceratam* Cedreni Historiarum Synopsin, et *carnificinam breviatorum* passam, neque Georgii, quem manibus tenemus, textum sic *mutilum*, ut ex eo plura desiderentur quam supersint, non respuenda demonstratione Scaliger declarabit. Scilicet ante positum ab Eusebio Abrahae natalem annum, quamvis in eius Chronico Canone, quae de Genearcharum Noe posteriorum, et Aegypti Dynastiis ex eo Syncellus noster transscribit [18]), iis qui supersunt codicibus nullatenus occurrunt, ecquis tamen ideo centum partibus Eusebium truncatum, nec nisi velut excussis ramis tenuissimum stipitem, ita resectis Eusebii monumentorum venustioribus, ut sic dicam, partibus, horrida tantum, nuda, et squallentia eius ossa relicta nobis affirmaverit? Assyriorum et Sycioniorum imperii exordia, Aegyptiorum Dynastias primas,

17) Animadvers. in Euseb. pag. 241. 18) Pag. 55 et seqq.

Abrahae a Noëo diluvio maiores in Eusebii libro secundo, qui Chronicus Canon, desiderari assentior: omiserit haec Hieronymus interpretari, vel temporum calamitatibus exciderint, totus exinde periit, vel potiori membrorum cumulo mulctatus Eusebius? Ridiculum. Cedreno quoque Synopsis adscripta, Cedreni, qualem habemus, foetus est germanus: nec praeter Historiae Synopsir Historicum volumen ingentius Cedrenum peperisse antiqua Cedreni exemplaria, vel diversorum a Scaligero somniante auctorum testimonia palam eloquuntur. Georgii tandem nostri opus, ἐκλογή, ordine ad narrandum accommodato συντάγεῖσα potest etiamnum conspici: quid fictas aliena ignorantia παρεκβολάς surrogat, et invitis obtrudit? At *παρεκβολὰς ἀπὸ Γεωργίου τοῦ Συγκέλλου verba ante lemma operis concepta* testantur, inquit [19]: eadem ipse pariter lego: verum calamo a librarii manu quam diverso; rudi nimirum manu et agresti, recentissimo charactere, qui non scribentis imperitiam modo, sed et iudicantis arguat inscitiam. Eadem insuper a subiecto lemmate cum sint disiuncta, ab opere toto aliena se profitentur: viciniora multo et coniunctiora in modum hunc ante opus ipsum expressa: *Γεωργίου Μοναχοῦ χρονικὴ ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ διήκουσα μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ*· vel in Ambrosiano Codice Mediolani, de quo memoratus Allatius: *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων καὶ ἐξηγητῶν, συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου Μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου.* His, quibus etiam editionis titulus, nisi germanior extitisset, effingi poterat, nulla de excerptis mentio, sola sinceraque proponitur Historia. Aliis denique toti operi proximius affixis, *Ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίου Μοναχοῦ*, cett. Chronographicam quidem Georgii collectionem, non ita ex eius Chronographia analecta quaedam. Excerptum denique ab aliis auctoribus Chronographicum Breviarium, illud vero Chronographici a Georgio instituti Breviarii excerpta continere Grammaticus nullus vel etiam ferulae subiectus somniaverit. *Quam mutilus* (instat Scaliger) *liber ille ad nos pervenerit, colligere licet ex multis locis, in quibus aut quorundam meminit aut quaedam promittit Georgius, quae tamen nusquam comparent.* Sane mutilus est iis in codicibus (plerosque vero novi, quosdam contrectavi, alios referunt ipse Scaliger et Allatius [20]), quibus, ut sola separataque Ecclesiae promeretur aut haberetur Historia, praetermissis Gentilium antiquorum imperiis, sepositaque etiam et intacta Hebraeorum Reip. narratione, quae ad Ecclesiam, et Ecclesiae nascentis, Christi Domini, Pontificum nostrorum, et cum his coniuncti Rom. Imperii notitiam duntaxat pertinere videbantur, sola leguntur reposita. At haec non ita contracta Georgii Historia, nec scriptorum mutila Synopsis, quam fragmentum quoddam con-

19) Animadvers. pag. 241. 20) In epistolis. Diatriba de Georgiis.

spicuum, et Historiae a Georgio digestae postrema pars; eademque saepius visa et frequentius occurrens, ut fragmentum breve operis totius loco, vel ramus praecisus in terram fixus, arboris vice haberetur, effecit. Hinc nonnihil licet variantes fragmenti eiusdem tituli: Hic Barberini ex Vaticano priore codicis, de quo postmodum. *Γεωργίου τοῦ εὐλαβεστάτου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. σύνταξις, ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουλίου Καίσαρος Ῥωμαίων ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,εϡλδ´ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ ἔτη ,εψοζ´ ὁμοῦ ἔτη τμγ´.* Principium *Πομπήϊος οὖν πολιορκίᾳ λαβών*, prout pag. 299. Scribit Vaticanus numero 154. *Ἀρχὴ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας.* Principium. *Γαΐος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη ε´ μοναρχήσας*, prout pag. 303. iterum alius et alius in Regiis et alibi. Ex titulis, ut fragmentum opus totum reputaretur, nonnunquam error, quandoque suspicio. Quid moror in istis? De fragmento nulla cum Scaligero disceptatio, qui Georgii *ἐκλογήν* integram, quamvis nullus sit ita iudicandi locus, pronunciat mutilam Epistolarum libro secundo [21]). An non ipse sensus indigens sanioris, qui proprio nimis abundat? et, *mutilus*, repetit, *Georgii liber ad nos pervenit:* imperfectum non inficior: auctor enim urgente fato *τὸν σκοπόν*, alio codice *κόπον καταλέλοιπε*, *nondum absolutum opus reliquit*, superius habet Theophanes, ad Diocletiani aetatem, quod ad annos ulterius quingentos et aetatem suam deducere meditabatur. Omnino *mutilus:* nec enim, quod memorat, exhibet, nec quod promittit, exsequitur. Ubinam voluminis istius? Tacet accusator. Eius nomine dicam et crimina scribam? Pag. 35. Paschalem tabulam editurum se pollicetur. *κατὰ δέοντα τόπον* posuit ille: vitae non habuit, qui tempori reperisset locum? Pag. 103. reges quatuor Tanitas recenset, *ὡς ἑξῆς ἐστοιχείωται:* nec tamen deinceps adest Catalogus. Ab auctore omissus: excidit librario: vel forsan Tanitae reges illi Eusebii Dynastiae 17. sunt pag. 61 et 62, quorum annos 251, versio Latina pag. 103. consentiens expressit. Pag. 290. Aegyptiorum Regum deest promissus laterculus. Verum suffectus in notis: isque brevis adeo, ut exigua lacuna dignus sit excipi. Suae sunt etiam voluminis istius aliae lacunae: at non frequentes, nec amplae: illudque, o Praeclare, est, quod lector quivis eruditus mecum deplorare, vel saltem potest advertere: non alienae quidem audaciae manu diminutum, sed auctoris proprii orbatum cura, et eiecti praemature, vel parentum sollicitudine destituti foetus instar, intempestivo partu lucem adspexisse. Propterea quippe morte raptus Syncellus *εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸν ἑαυτοῦ κόπον οὐκ ἴσχυσε*, ex Theophanis testimonio: temporum occepit Historiam, verum

21) Epist. 160 et 161.

ad metam usque non perduxit: operis partes tersas et elimatas reddidit nonnullas, quasdam rudi et pingui Minerva plane horridas et insuaves: summatim dicam? Georgius scribebat, at non recensuit, castigavit, expolivit opus: quod memorat, praetermittit, quod promittit, non potuit exsequi. Quantae vero sub dictante quantumvis diligente et attento interseruntur oscitantis exceptoris hallucinationes? Quot vitiis scripta sua non respergunt librarii? At de his commodior sequetur observatio: interim quod praemisi, quodque contendi, severissimo disceptatori me probaturum confido. Ita est, inquam, Georgius scribebat, at non recognovit [22]. Quid enim si retractasset, natalem Mathusalae diem in annum a mundi conditu 1287. Africani, vel supputum etiam proprium sequutus, coniecisset: mox vero quasi scripti poenitens, et scribendorum haud praescius [23]), imo cum sibi, tum Africano contrarius, Mathusalam eundem anno 1273. natum non fuisset veritus asserere? Scriptis recognitis et castigatis post annos vitae 969. a. mundi 1273 ad 2242 et diluvium, Mathusalae mortem ponere, mox horum immemor, Deo καθ' οὓς οἶδε τόπους καὶ τρόπους una cum Enoch Mathusalam servante, eundem annis 14 diluvium ipsum superasse, et annum numerasse 2256 potuit affirmare [24])? Quid? An non obitus Mathusalae tertius ad annum 2236. pag. 22. G. refertur, a quo morosius discutiendo, quod commentantis id sit munus, abstineo. Hic ego Scaligerum familiariter convenio: quod Syncellus pagina eadem 21. semel, et rursus Noë ortum, et ortus annum exponat, et pagg. pariter 62. B. et 69. A. de Dynastia decima octava, de Amosis regno, Mosisque sub eo natali conceptis verbis eadem ex Africano iteret, eadem insuper et non immutata de Sedecia ex Africani narratione pagg. 219. et 223. in medium adducta, communique totius orbis diluvio saepius descripto et inculcato, Egregororum historiam longe priorem denuo velit repetitam, praeter haec, secundi Cainan affirmandi, regis sub quo profectio ex Aegypto suscepta, captivitatis annorum, et huiusmodi reliquorum fiat assertor supra modum importunus, si dictata recoluisset, in haec unquam vitia vir ἐλλογιμώτατος fuisset prolapsus? Ex Chronologiae tabulis ad ipsius Syncelli numeros effictis parachronismos Syncelli proferam sole clariores? Ut variis auctoribus et libris ad ἐκλογήν consarcinandam usus, variantibus quoque calculis hominis eiusdem aetatem, vel imperii seriem totam prosequatur, ex hac in alteram opinionem transeat, scriptorum eiusmodi ἀντιλογίας admittat, quae vel mente confusum, vel auctorem arguant penitus immemorem? Confer pagg. 68 et 69. cum alia 126. Illae accuratissimo, si vere gloriantur, computo

22) Pag. 20 et 81. B. et 114. 23) Pag. citata 20. 24) Pag. 20. citata

fulcitae Mosen a mundi conditu 3732. lucis et vitae factum consortem, succedente postmodum mundi 3812. captivos Israelitas ex Aegypto liberatos trans mare rubrum in desertum eduxisse, haec non nisi 3737. Mosen ortum, 3816. deinde ducem profectionis populo se dedisse narrat: Babylam sub Decio fidem sanguine sanxisse pag. 363. C. sub Numeriano pag. 386. B. memorat occisum. Praeterlapsos ab Alexandri morte et stabilito Graecorum imperio ad illud idem penitus eversum et Cleopatrae necem apud Syncellum forte requires annos? Eosdem numero 298. mox 300. alibi 302. circumscripsisse notarum pag. 80. sub initium declarat. Taceo Imperatorum inter sese et cum Pontificum aetatibus discordes Imperatorum annos, quos vel in consensum revocant, vel in melius restituunt scholia: et quae demum Petavius pro solertia, vel ex veri prosequutione Scaliger ipse in Georgii scriptis deprehendit, vitia praetereo. Concludam verbo commodius, quod pluribus exponere onerosum et grave. Syncellus πολυμαθέστατος et ἐλλογιμώτατος a Theophane habitus in unum coniecit plurima: nihil quod ad Historiam tempori coniunctam pertinet, omisit, vere ἐλλόγιμος: ex diversis varia coacervavit, digessit ordine, quae ad perfectum et summum fastigium evehere mors prohibuit: quare quod de Historia prosequenda sibi a morituro commendata scripsit Theophanes, de Chronographia relicta in melius emendanda fidens pronunciabo: βίβλον ἣν συνέταξεν ἀτελῆ καταλέλοιπε, καὶ ἀφορμὰς παρέσχε τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶσαι: *librum, quem composuerat reliquit imperfectum, occasionemque simul praebuit, ut quae desiderarentur in illo alii explere aggrederentur.* Animadverterat equidem longe me prius errores operis istius praecipuos, qui libro Syncelli describendo ante annos sexcentos operam exhibuit amanuensis, vel alter rursus antiquior, at certe vir non imperitus et rei Chronologicae ignarus, ex cuius exemplari MS. nostrum istud fuerat primitus excerptum. Is nec auctoris inscitiae, nec oscitantiae cuipiam, sed audaciae librariorum soli, et praecipiti quorumdam quascunque res immutandi consilio perturbatos annorum numeros, et errores opus omne vitiantes adscribit. Insignissimo itaque animadverso, ad pag. 231. marginem medium observat: κατὰ τὸ παραδραμὸν σφάλμα τῶν Καλλιγράφων εἰς τοὺς τῶν βασιλέων χρόνους ἄλλα τέσσαρα ἔτη κατὰ πρόσθηκην εἰς τοὺς Χαλδαίους κείμενα: *Calligraphorum temeritate annorum quatuor excessum irrepsisse: et ad Chaldaeorum regum aetates illo superfluo adiunctos.* Erratum aliud non absimile observaverat prius in aestimando annorum numero; et, τοῦτο οἶμαι σφάλμα ἦν ἐκ τῶν Καλλιγράφων: *lapsus*, ait pag. 152. *ex amanuensium errore totus processit:* eosdemque excessus ac defectus omnis reos agit pag. 148. οἶμαι δὲ ὅτι αἱ προσθῆκαι καὶ ἐλλείψεις τῶν ἐτῶν ἐξ αἰτίας τῶν Καλλιγράφων γεγόνασι. Perspectis hisce, mutilatum

hoc Georgii opus nemo sapiens affirmabit, sed vel, ut prodiit, haesisse imperfectum, vel Calligraphorum facinoribus foeda mendarum copia fuisse respersum. Haec abunde de Syncelli persona et opere: quod porro fuit eidem operis istius suscipiendi, si tamen assequor, consilium, qua par est brevitate sequitur declarandum.

Fuit autem illud cum prioribus, imo Chronographis cunctis commune propositum, ut, κατὰ τὸ ἐφικτόν, ex intimi Theophanis sententia, ad temporis mensuram et intervalla rerum ab orbis conditu ad aetatem usque suam gestarum compendiariam institueret descriptionem: privatum vero, ut temporum rationibus ad exactissimum canonem revocatis, cunctisque orbis totius Principibus, et nobiliorum Ecclesiarum Praesulibus ad aetatum suarum sedes dispositis, servatorem verum Dei filium, expletis ab orbe posito annis 5500. et ineunte 5501. mensis primi et hebdomadis die primo, secreto in Mariae Virginis uterum illapsu, mortalibus indutum exuvis parem cum peccatoribus naturam divino foedere sibi coniunxisse demonstraret. Ea porro numeri mensura cum Africano concors, mediis autem intervallis nonnunquam dissidens, Africanum in plerisque oppugnat: in primis autem Ethnicum illud opinatum, quo ante Christi in terras adventum myriades annorum plurimae statuuntur praeterlapsae, ceu fidei positaeque annorum summae repugnans, animi stylique summa contentione sibi proponit evertendum: hoc, inquam, consilio Berosum Chaldaicarum rerum origines, et Manethonem Aegyptiacas antiquitates prosequentem, Alexandrum Polyhistorem et Abydenum nova et inaudita circa diluvii eventum comminiscentes animo, annorum myriadas ab eis fictas, excogitatam quoque ante diluvium [25]) (quae a Scaligeri scriptis haud abhorret) Babylonis substructionem, inanesque de animalibus Oanne [26]), Annedoto, Omoroca caeterisque portentis fabulas, quo potest argumentorum robore propulsat, et erroris vitium veri medela castigare studet. Africanum deinde (cuius asseclam Alexandrini Chronici auctor [27]) se praebet), communi 70 interpretum calculo diluvium posterius assignantem [28]); praetermisso, quem Lucas in evangelio memorat, Cainan secundo, eiusque annis proprio resectis, alio Chronographiae loco non debitos inserentem annos; Ogygi [29]) praeterea Deucalionisque [30]) diluvia spatio quam diesita in idem tempus revocantem, tum Phylarcharum Iacob filiorum natales dies in sequiores terminos, Assyriique regni exordium ex pravo calculo transferentem falsi convictum [31]); ad haec Abdoni iudici [32]) annos viginti textu sacro reluctante concessos, et ad Sedeciae annum primum Ba-

25) Pag. 14 et seqq. 26) Pag. 30 et seqq. 27) Pag. 20. 28) Pag. 62 et aliis. 29) Pag. 70. 30) Pag. 105 et seqq. 31) Pag. 165. 32) Pag. 219 et 223.

bylonicas captivitatis devincta exordia, et circa Cambysem et Nabuchodonosor admissum errorem [33]), Hyrcani et Herodis tempus prave distributum, Christique demum servatorem aetatis annis solummodo triginta et uno amplius ab eodem circumscriptam non ferens, quibus potest arte et viribus insectatur. Haec nihilo secius ab Africano asserta aequior perpessus est Georgius, nec stylum propterea severiorem in eum exseruit: plus satis animis in Anianum et Panodorum invectus est [34]), et eorum Chronographiam in Gentilium Haereticorumque anilia commenta sese inflectentem deiiciendam ratus, viros pietate commendatos, sententia formidolosos (nam Berosi Manethonisque fabulas et innumeras annorum periodos ad Scripturae mentem, et temporis sparsim per eam memorati mensuram traxisse dicti sunt), oratione lacessendos et valido rationum pondere atterendos aestimavit. Eam ob rem quicquid de Babylone et Aegypto ceu diluvio [35]) prioribus suggesserunt excipiendum; quicquid de Saris, Neris et Sossis in annos nostros commutandis subtilius exposuerunt, quicquid inter antiquas Historias commenti nomine dignum temperato allegoriae sensu mitius interpretandum suaserunt, id omne Georgius [36]) aspernatur et reiicit, et a piorum mentibus semper arcendum admonet: quin etiam Panodorum annis duntaxat septem aeram Christianam ad annum a mundi conditu quinquies millesimum et quingentesimum ab Africano [37]) prius devinctam suo calculo praevertentem, quod Georgius iste posteriorem probandam decernat, Panodorum, inquam, Alexandrini computi auctorem postmodum habitum, et ob concordiam inter annos mundi, Christi aeram, et indictionis numerum feliciter instauratam eruditis omnibus commendatum, ipse opinatorum tenacissimus non sine reprehensione praeterit. Abripit iam nos hinc Iosephus Scaliger, et de dissidiis inter Georgium et Panodorum motis parum sollicitus, ad graviora, quibus Eusebium Georgius insecutus est, mentem et oculos avocat [38]): *et sic ipsum*, inquit, *Eusebium Georgius iste Syncellus, ubi quid ille paulo alienius a vero dixit aut fecit, ita exagitat, ut, ubi usus venit, raro hominem sine acerba obiurgatione aut contumelioso dicto dimittat.* Quorsum vero quorumque postulat? Cuius ergo cum Eusebio Georgius iudicio decertat? Sparsim et casu Scaliger recenset in animadversionibus: ad haec fere capita discrimen omne contrahitur. Iuniorem Cainan quemadmodum prius Africanus, ita Eusebius omisit [39]): Aodi iudicis annos decem non observavit: alienigenarum quoque potestatis in Israelitas iudicum tempore exercitae non numeravit annos. Dynastias Aegyptiacas foede mutilavit, debita regni aetate privavit Aphophim Aegyptium. Ingens eius de Assyriorum re-

33) Pag. 236. 34) Pag. 33. 35) Pag. 16 et seqq. 36) Pag. 78 et seqq. 37) Pag. 326. 38) Animad. pag. 241. 39) Pag. 86

gibus hallucinatio, circa codicum sacrorum usum fides instabilis, et his observari promissis, eius ad alios inconstans transitus, prooemium Canonis totum erroribus scatens, filiorum Iacob natalis dies apud eum sede propria motus, Mosique Cecrops tempore falso coniunctus, Phacee anni ad aequum numerum apud eum non prorogantur, Amos regis praeter debitum augentur, Astyagis iterum minuuntur, captivitatis statuuntur extra limites, in eius denique scriptis nihil non confusum et perturbatum [40]. Levia forent haec litis in Eusebium agitandae capita nisi convitiis etiam crimina causaretur, ac modo pag. 153. *ἐμβρόντητον*, *fulminis ictu stupefactum et attonitum*, *φρόνιμον κατὰ ἀντίφρασιν*, sensu locutioni opposito prudentem pag. 168. et pag. demum 364. *ματαιόφρονος Ὠριγένους ὁμόφρονα* cum vane sapiente Origene una sapientem vocaret. Subtilius utrum vel animosius his sese opponat vindex Eusebii Scaliger, incertum. Obiectorum quaedam, ceu verissima, admittit; propriis rationibus alia se depellere putat; sparsimque per animadversiones tria Georgii levissima dicteria fert gravius, et plenis accumulatisque plaustris Georgio contumelias ab Allatio [41]) collectas hasce rependit, *familiari pertinacia validum*, *non praeter solitum levem*, *hallucinantem ac delirum*, *insigniter delirum*, *stultissimum*, *indigna dictu pleraque evomentem*, *latratorem vecordem*, *plane puerilem;* addam ego, *latrantem canem*, *frivolissima enunciantem*, *durum pro more persecutorem*, *μεμψίμοιρον* et *φιλόμομφον*, appellans. At haec indigna Philosopho, animoque ingenuo sunt, Allatius meus pronunciat. Satius est sine istis contumeliis de erroribus admonere et graviora prosequi.

MS. ex quo editus hic codex, Regiae Bibliothecae suppellex insignis est, et eam locupletat. Ante annos centum et quadraginta quinque Corinthi repertus, felicem nactus est emptorem, et venditorem probavit liberalem. Nummis aureis quatuor duntaxat ibi comparatus Ioannem Abramum habuit possessorem: nunc auro purpuraque tectus illius gazae pars est praestabilis, cuius rerum excellentia pretium commendat, et ex possidentis maiestate pretium supremum accedit *ἡ παροῦσα βίβλος*, testis est ipsius epigraphe *ἐπριάθη παρὰ Ἰωάννου Ἀβράμου ἐν Κορίνθῳ Πελοποννήσου ἐν ἔτη ,αφζ΄. Νοεμβρίῳ μηνὶ κοσμικῷ ἔτει ,ζις΄ μετὰ τὴν (τοὺς) ἀπὸ Βεννέτων ἀποστάσεως χρόνους ϛ΄ διὰ χρυσίνων τεσσάρων.* Usum illius ita desideravit Iosephus Scaliger, ut illius consequendi spe frustratus, susceptam Eusebii reparationem vellet dimittere, quam, ut sibi fingebat, imperfectam absque illius ope nollet publicare. Furto ex Regia Bibliotheca periisse, ut nunciabatur, aliquamdiu frustra credidit, ex lib. 2. Epist. 151 et 152. Lugdu-

40) Pag. 62. 67. 69. 79. 168. 116. 164. 203. 214. 216. 226. 326.
41) Diatriba de Georgiis.

num Batavorum ad se deferendum Marco Velsero significat epist. 155. accepisse indicat obscure geminis sequentibus: penes se tenere, nec lacunosum, qualem Vaticanum, si tamen aliud quam fragmentum est, gratulatur epist. 159. Describit ad epist. 161. conceptis verbis. *Continet paginas 230 membraneas longitudinis pedalis, latitudinis dodrantalis. Sed resectae sunt ab Historia Imp. Valeriani ad tertium Imp. Probi. Character bonae notae, vetustus, qui tempus annorum circiter pc praefert.* Et rursus epist. 163. ccxxx *folia membranacea pedali longitudine, dodrantali latitudine; praeter tria,* ut veritas fert, *quae perierunt. Non puto,* scribit eadem epist., *vetustiorem Georgii codicem eo, quem in manibus habemus, nunc exstare. Ante sexcentos annos scriptum arbitror: στοχαστικῶς* omnino et ex indicii facultate singulari: MS. quippe προσγραφή ad continuatorem Georgii Theophanem, et huius Ioannem Grammaticum eiusdem librarii manu adiecta Codicem anno Constantinopolitani computi 6521 exaratum testatur. Ille a Christi anno natali millesimus est et vicesimus primus, a quo ad annum, quo scribebat Scaliger sexcenti ferme intercurrerunt: ad praesentem 631 elapsi. Vetustus quantumvis codex, integer est et sanus, foliis tribus exceptis, *quibus,* teste memorato scriptore, *res a Valeriano ad Probum Imp. continentur:* quondam vero *ab Antiquario, qui descripsit, multis partibus mutilatum codicem;* et, *Antiquarium multa sibi in tollendis iis permisisse, quae abesse non aliter quam ex ipso auctore perspicimus:* quum et ordinem anteverterit Georgii, et multa quorum Georgius meminit, omiserit, commentum Scaligeri est, epist. 161. 162 et 163. in praemissis abunde refutatum. Is idem itaque cum mihi, tum Scaligero communis codex, nec alium integrum se nactum, et quae obtigerunt fragmenta desideriis non fecisse satis, citatis epistolis sparsim conqueritur. Integrum laudavi codicem, ex potissima nimirum contextus auctoris serie, quem nihilo secius paucis lacunis deturpatum, a librario frequentibus locis vitiatum monui in praemissis, quod vero foliis disiunctis vel prave conformatis resarciri et religari necesse fuerit, ora resecta, resectas quoque, et ex parte corrosas marginum annotationes plurimas, vel quod revolvendo libro manu saepius terantur, obliteratas animadverto. Georgii Syncelli MS. codicem alium integrum exstare nisi unum vel alterum non audio: ex Regio descripti numerum non augent, ceu nec bene multi, qui plerisque Bibliothecis a Pompeio vel Iulio Caesare incipientes trecentorum circiter annorum Historiam continent et partem operis, molis totius vice, repraesentant.

Quid operae tandem circa Syncelli laudatum opus praestiterim, vel praestare contenderim, lectori benevolo inquirenti, quod dicendum praemiseram, paucis aperiam sincerius. Georgii opus, haud meum, publico daturus, Syncelli textum verba apices fide-

liter excerpta; et cum apographo Regio fidelius comparata si reddidero, ad auctoris mentem lectorumque editionem huiusmodi praestolantium plurimum me tribuisse ratus, et suscepti oneris partem exsolvisse, non exemplar adeo quam apographum Regium in antigrapho fideli evulgandum curavi. Lacunas eam ob rem, verba deformiter transposita, defectus nullo vel levi labore reparandos, in numeris hallucinationes, voces barbaras, orthographiae illata vulnera, graviores amanuensis errores, quos apographum, ut legi potest, obtulit, in antigraphum et editionem pariter recipiendos decrevi: ut eo gratior appareret Syncellus, quo inemendatior et incomptior prodiret: nam quandoque

Incomptae collo sic placuere comae.

Et naevis nonnunquam pictae tabellae tanta laus accessit, ut absque illis et faciei venustas, et artis ad prototypum veritas improbata maneret. Mendas tamen illas stellula inter textus seriem confixas, adiacens verbum virgulis inclusum, vel pari stellula marginalis correctio adnotata in meliorem sensum restituit: quae si prolixiori sententia textum interpolet, vel clarius explananda sermone indigeat diffusiori, quae, inquam, huiusmodi est, ne marginem nimis oneret, vel leviorem occupet locum, et confundat ordinem, ad notas commodius remittitur: ex quo factum, ut interpolationum notarumque simul admixtarum συναγωγῇ geminus hic titulus praemissus habeatur: *Emendationes et Annotationes.* Frequentius tamen expetitas fateor correctiones non adiectas, quod consilii, non oscitantiae opus, quod nimirum numeris succedentibus apponendae, priori vel etiam alteri annexae, eodem indicio continuentur in reliquis, et velut reliquis appositae mente omnino teneantur. Ad correctionis textus alia me addidisse non inficias iero: titulos videlicet nonnullos ornatui, vel adhibendo discrimini inservientes. Hi ad MS. marginem reperti, in editi textum commode deportati, aut non exstantes ex necessitatis officio intrusi: huius autem vel illius generis quicumque fuerint, ex sociis annotatiunculis in ipso margine dignoscuntur. Editione porro ista, cum authentico Regio accurate collata; codex postmodum uterque cum Scaligerianis excerptis non perfunctorie comparatus. Habet vero Scaliger Eusebii, quae iudicat, Excerpta a Graeci textus Thesauri temporum pag. 3. ad secundam supra septuagesimam: qui sequitur Eusebii Chronicus Canon Graece redditus Georgii imitatio, et Eusebii translatio, non Eusebii ex Georgio excerpta sinceriora: Africani nonnulla ibidem obvia, cum inter Eusebiana passim, tum maxime textus Graeci pag. 355. et succedentibus repraesentantur: reliqua Georgii nomine scripta, vel Aniano et Panodoro certo adscribenda inter animadversiones sparsim reiicit Scaliger: atque ita, quod aiunt Physici, Syncelliani operis materiam primam scrutatur, repertamque in partes alias ex animi bene placito distribuit. Haud equidem plura dis-

cissi Cecropis pater, aut per frusta crudeliter divisi Itys innoxii membra Procne et Philomela, quam ille Georgii fragmenta dispersa recoxit, condiit, apposuit. Istam igitur Georgii editionem per excerpta et Scaligeri fragmenta quaevis ita venatus sum et assequutus, ut quae foliis quibusvis ordine suo hic composita, eadem huc illuc et perturbatim in temporum thesaurum dissipata, nullo negotio, ex indice ad pagin. 504. oblato reperiantur. Posthaec cum istius modi nostrorum et Scaligeri scriptorum comparatio Georgiani textus a librario corrupti non leves coniecturas, quin etiam optimae notae suggesserit observationes, et ex adverso sanas Georgii sententias, accuratos et sibi succedentes aetatum numeros, verbis apud Scaligerum transpositis immutatis ac mutilatis fuisse vitiatos, brevius dixero, Georgii et Scaligeri textus numerum omnem superantia discrimina deprehenderit; ea cuncta locis propriis referre, et ad pagg. 512 et 516. annotare a proposito nusquam alienum iudicavi. Quorsum ita? Ut Georgii textui accommodatae a Scaligero animadversiones nullo labore, sed quam citius occurrant; ut Scaligeri curis et studio sua laus non denegetur; ut a respersis posthaec per eius scripta mendis non indiligens et curiosus lector sibi cavendum prospiciat: ac Eusebii denique nil minus, quam Eusebii excerpta sibi persuadeat, ceu quae plurima veterum auctorum dicta apud Georgium non exstantia, et an scripserit Eusebius ignorata, nulla conscientia, in Eusebium suum Scaligerum intrusisse noverit. Loca sciscitanti occultanda non arbitror. Sunt illa thesauri pag. 4. ἐκ Τιμοθέου τοῦ Χρονογράφου περὶ κοσμοποιίας. pag. 7, ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων Αἰγύπτου, pag. 13. ἐκ τῶν Ἱστιαίου Μιλησίου, cum iis quae ad pag. calcem prosequitur. pap. 19. περὶ τῆς καταστροφῆς τῶν πέντε πόλεων, pag. 20. ἔτος ρ´ Ἀβραάμ, et quae succedunt. pag. 21. Pericope haec: ἑξηκοστῷ ἔτει Ἰσαάκ. pagin. 24. quae de posteris Abraham ex Chettura. pag. 25. quae de Prometheo fabulatur. pag. 26. ad Eusebii de Cecrope mentem nonnulla fingit pag. 31. alia de litterarum inventione supponit. pag. 32. falsam Orphei recitat Historiam. pag. 33. Olympiadum institutionem ex alieno codice in Eusebium transfert: et pag. 34. quae de Iromo tractantur. pag. 41. Berosi et Abydeni nonnulla: pag. 51. Graecorum Regum Historiam ex Iosepho interserit. pag. 61. aliud Cedreni fragmentum. pagin. 62. quaedam ex Eusebio Latino, pag. 66. Cedreni rursus alia vult interiecta. Uno verbo quibusvis sibi placitis Eusebio adscriptis, non adeo restaurasse quam Eusebium paene composuisse arguitur. His accessit comparatio tertia, non totius quidem, sed Chronographiae partis illius, quae obsessam a Pompeio Hierosolymam narrat, et ad Diocletianum, quo scribendi finem Syncellus fecit, narrationem producit. Causam dedit, qui laborem interpretis suscipiendum hortatus est primus Emi-

nent. D. Cardinalis Barberinus, et ex voluminibus Graecis calamo exaratis illius beneficam largitus est potestatem, qui MS. Vaticani numer. 154. pag. 77. exquisita foret expressio: iuverunt communis emolumenti curatores Clarissimi Puteani fratres, ei liberaliter donato codice, qui olim Bibliothecae D. Perez fuerat suppellex, alios consulendi desiderium amovere. Fert enim epigraphe ex studiosissimi D. Perez persona. *Georgium Syncellum comparavi ad Codicem Palatinum, qui hodie in Bibliotheca Vaticana asservatur, sub num.* 246. *Romae anno* 1637. Ex hoc lacuna foliorum trium hians spatio, a Scaligero non sine querulis vocibus visa, omnino reparata, et Regii mutila pars per eum integritati suae restituta. Fratres illos, Musarum delicias, caelum feliciter prosequatur: et quem rapuit, inter beatos teneat μακαριώτατον, quo fruimur, inter vivos servet μακρόβιον. Quarta et postrema collatione Syncelliani totius operis fidem expendere et confirmare fuerat in votis, sed qui exsequendorum spem dederat, eripuit, et quod promittere visus fuerat bonum, invidit. Versionem Syncelli aggressi fuere plerique Galli, Itali et, ut audio, Germani: hanc ex eorum iussu, quibus repugnare nefas, susceptam, non alio, quam sinceritatis et summae cum auctore Graeco concordiae nomine commendatam velim. Emendationes tamen ad marginem adiectas sequuta, auctorem ipsum et eius mentem potius assequi, quam amanuensis lapsus imitari iudicabitur. Scriptorum a Syncello memoratorum loca ad marginem annotat, quae praeter auctoris verba adiungit, ceu aliena, diversis characteribus appingit: quae iisdem cum ipso textu expressa, librarii vel eruditi cuiuspiam, vel denique auctoris observationum interpretamenta sunt. Africani verba, ubi apparuere manifesta Italicis litteris, Eusebii virgulis appositis inter textus seriem reddita. Versionem sequentur tabulae Chronologicae ad Syncelli mentem et computum digestae. Illas, quod prolixae et porrecti tractus taedium fortassis in lectoris animum sint illaturae, et amplitudine sua praeter modum volumen auxerint, licet praenoscam reprehendendas; tamen quia κατὰ πλάτος expandunt ad auctoris propositum, quae auctor ipse καθ' ὁμάδας tantum sibi proposuit expendendum; et quos admisit librarius, vel, opere nondum reviso, Georgius non advertit numerorum errores, ipsae longius deductae manifestant, et ad latus emendatione apposita, quod criminationi obnoxium opportune reparant, non nemini qui Georgii numeros acceptos volet ac probatos gratiam facturus, huiusmodi, inquam, accommodas et expetitas, alii licet intempestivas, mihi nullatenus omittendas duxi. Adiectae demum ad operis totius calcem, quas non admittebat textus margo contractior emendationes, et in textum ipsum annotationes quibusdam, fateor, superfluae; aliis, ut arbitror, non inutiles futurae: pretium aequus lector definiet.

Georgii Syncelli vindicias, ubi ratio favet, in medium proferunt: ubi ipse rationi temporum adversatur, hallucinationem admissam vel excusant, aut saltem evitandam demonstrant. Nullam, quoad temporis rationem universam, Chronologiam stabiliunt aut defendunt; sola Georgii Syncelli scripta mendis expurgata illustrare contentae. Summatim dicam: una cum illis Georgius Syncellus prodit, nec impolitus omnino, quis enim non horreat? prout in MS. hucusque asservatus; nec plane adornatus et excultus, qualis nullus hucusque Chronologus sine vitio, sed auctoritate (morosa licet ac difficili) nec non antiquitate (rugosa quantumvis ac fastidiosa) commendandus: nostro denique labore magis acceptus et gratior redditus, rugas manu feliciore tollendas naevosque forsan omnes detergendos, praestolabitur.

CANON
CHRONICUS
GENEARCHARUM,

IMPERATORUM, REGUM, ET DUCUM ORDINEM, ET SINGULORUM TEMPORA *ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΟΣ*, EXPANSE CONTINENS.

AD GEORGII SYNCELLI CHRONOLOGIAM,

ET EIUS RATIONEM QUA INTEGRAM, QUA CORRUPTAM, QUA EMENDATAM A P. IACOBO GOAR, ORD. PRAED. DIGESTUS.

Anni a mundi conditu 1.	*Adam creatur Adam anni* 1.		
230	230	Seth nascitur.	
231	231	Seth annus 1.	
435	435	205	Enos nascitur.
436	436	206	Enos annus 1.
625	625	395	190
626	626	396	191
795	795	565	360
796	796	566	361
930	Adam moritur.	700	495
931	Cain moritur.	701	496
960		730	525
961		731	526
1000	Primus Egregororum descensus.	770	565
1058	Egregororum ad filias hominum profectio secunda.	828	623
1077	Egregororum manifesta transgressio.	847	642
1122		892	687
1123		893	688
1142		912 Seth moritur.	707
1273	Hoc an. Mathusala natum suspicatur Syncel. p. 20. D. ut eius an. 969. ad diluvium et an. 2242. numerentur.		838
1274			839

Caïnan nascitur.			
Caïnan annus 1.			
170	Maleleel nascitur.		
171	Maleleel annus 1.		
305	135		
306	136		
335	165	Iared nascitur.	
336	166	Iared annus 1.	
375	205	40	
433	263	98	
452	282	117	
497	327	162	Enoch nascitur.
498	328	163	Enoch annus 1.
517	347	182	20
648	478	313	151
649	479	314	152

Anni a mundi conditu.	*Enos anni.*	*Cainan anni.*	*Malaleel anni.*
1287	852	662	492
1288	853	663	493
1340	905 Enos moritur.	715	545
1420	Diluvium futurum Enocho revelatur.	795	625
1438	Mathusala ducit uxorem.	813	643
1454		829	659
1455		830	660
1474	Lamech ortum in annum praesentem refert African. p. 10. B.	849	679
1487	Enoch transfertur in paradisum.	862	692
1535		910 Cainan moritur.	740
1642			847
1643			848
1690			895 Malaleel moritur.
1922			
1129			
2140	De Arca construenda mandatum accipit Noë.		
2142	Sem nascitur.		
2144	Cham nascitur.		
2147	Iapheth nascitur.		
2175			
2177			
2228	Sem uxorem ducit.		

Iared anni.	Enoch anni.			
327	165	Mathusala nascitur.		
328	166	Mathusala annus 1.		
380	218	53		
460	298	133		
478	316	151		
494	332	167	Lamech nascitur.	
495	333	168	Lamech annus 1.	
514	352	187	20	
527	365	200	33	
575	413	248	81	
682	520 De Enoch annis non amplius loquitur Georgius.	355	188	Noë nascitur.
683		356	189	Noë annus 1.
730		403	236	48
962 Iared moritur.		635	468	280
		842	675	487
		853	686	498
		855	688	500
		857	690	502
		860	693	505
		888	721 Lamech secundum quosdam moritur.	533
		890	723 Lamech moritur.	535
		941		586

Anni a mundi conditu.	*Enos anni.*	*Cainan anni.*	*Maleleel anni.*
2233	Cham uxorem ducit.		
2237	Iapheth uxorem ducit. Arca absolvitur.		

Diluvio ex septuaginta Seniorum scriptis anno a mundi conditu 2242. posito, Arphaxad filium Sem anno succedente (qui 2243 numeratur) natum quamvis scripserit Georgius Syncellus p. 78. et alibi non obscure et infrequenter: locis tamen aliis ad ipsum diluvii annum Arphaxad diem natalem figit. Ex instabili epocha et limite mobili, numeri, qui sequuntur, variant et occurrunt diversi. Sem namque nepotes et posteros Patriarchas ordine quemque suo descripturus, invariato licet annorum numero, eorum tamen sedem, et ad mundi annos nexum adeo frequenter immutat, ut unius duntaxat aut alterius lineae spatio inconstantiam huiusmodi quivis

PRODUCTIOR COMPUTUS.

2242 Diluvium.	Sem anni 100.	Nascitur Arphaxad.				
2243	101	1				
2244	102	2				
2251	109	9	Noë plantat vineam.			
2377	235	135	Cainan nascitur.			
2378	236	136	1			
2379	237	137	2			
2507	365	265	130	Sala nascitur.		
2508	366	266	131	1		
2509	367	267	132	2		
2592	450	350	215	85	Noë moritur.	
2637	495	395	260	130	Heber nascitur.	
2638	496	396	261	131	Heber annus 1.	

Iared anni.	*Enoch anni.*			
		946		591
		951		596

possit deprehendere. Quocirca ne Syncellianae Chronologiae incerta temporum ratio, una cum errorum occasione, mentis anxietatem ingereret continuam, malo facile remedium arbitratus, tabulis hisce ad eius Chronicum opus digestis, duplicem, ubi nimirum variat, numerum apponendum statui: unum, qui confusos Syncelli calculos et rationis vitiatae proferret originem, et alterum coniunctim ab errore et vitio purgatum, qui auctorem cum auctore ipso conciliet, atque annorum ordinem sibimet unum et perpetuo succedentem repraesentet. Occurrentes huiusmodi numerorum desultus et mutationes quaslibet locis propriis observabo.

BREVIOR COMPUTUS.

2242 DILUVIUM.	Sem anni 100.					
2243	101	Nascitur Arphaxad.				
2244	102	Arphaxad an. 1.				
2251	109	8	Noë plantat vineam.			
2377	235	134				
2378	236	135	Cainan nascitur.			
2379	237	136	1			
2507	365	264	129			
2508	366	265	130	Sala nascitur.		
2509	367	266	131	1		
2592	450	349	214	84	Noë moritur.	
2637	495	394	259	129		
2638	496	395	260	130	Heber nascitur.	

2639	497	397	262	182	2	
2732	590	490 Arphaxad moritur.	355	225	95	
2733	591		356	226	96	
2736	594	Opificium turris Babylon.	359	229	99	
2742	600 Sem moritur.		365	235	105	
2771			394	284	134	Phalec nascitur.
2772			395	285	135	1
2773			396	286	136	2
2774			397	287	137	3
2775			398	288	138	4

2639	497	396	261	131	1	
2732	590	489	354	224	94	
2733	591	490 Arphaxad moritur.	355	225	95	
2736	594	Opificium turris Babylon.	358	228	98	
2742	600 Sem moritur.		364	234	104	
2771			393	283	133	
2772			394	284	134	Phalec nascitur.
2773			395	285	135	1
2774			396	286	136	2
2775			397	287	137	3

LINGUARUM CONFUSIO
ET GENTIUM DISPERSIO.

Anni a mundi conditu.	*Chaldaeorum Reges.*	*Aegyptiorum Reges.*	*Patriarcharum aetates.* Productior computus.	Brevior computus.
	Chaldaeorum Rex 1. Evechous qui Nembrod annis 6.	Aegyptiorum Rex 1. Mezraim qui Menes annis 35.	Phalec annus	*Phalec annus*
2776	1	1	5	4
2777	2	2	6	5
2778	3	3	7	6
2779	4	4	8	7
2780	5	5	9	8
2781	6	6	10	7
	Chaldaeorum Rex 2. Chomasbolus annis 7. cum medio.			
2782	1	7	11	10
2783	2	8	12	11
2784	3	9	13	12
2785	4	10	14	13
2786	5	11	15	14
2787	6	12	16	15
2788	7	13	17	16
2789	8	14	18	17
	Chaldaeorum Rex 3. Porus annis 35.		Chanaan fines Sem invadit.	
2790	1	15	19	18
2791	2	16	20	19
2792	3	17	21	20
2793	4	18	22	21
2794	5	19	23	22
2795	6	20	24	23
2796	7	21	25	24
2797	8	22	26	25
2798	9	23	27	26
2799	10	24	28	27

Anni a mundi conditu.	*Chaldaeorum Reges.*	*Aegyptiorum Reges.*	*Patriarcharum aetates.* Productior computus.	Brevior computus.
2800	11	25	29	28
2801	12	26	30	29
2802	13	27	31	30
2803	14	28	32	31
2804	15	29	33	32
2805	16	30	34	33
2806	17	31	35 Arphaxad moritur ex pag. 90.	34
2807	18	32	36 *Videnda pag.* 115.	35 *Arphaxad moritur.*
2808	19	33	37	36
2809	20	34	38	37
2810	21	35 Aegyptiorum Rex 2. Curudes annis 63.	39	38
2811	22	1	40	39
2812	23	2	41	40
2813	24	3	42	41
2814	25	4	43	42
2815	26	5	44	43
2816	27	6	45	44
2817	28	7	46	45
2818	29	8	47	46
2819	30	9	48	47
2820	31	10	49	48
2821	32	11	50	49
2822	33	12	51	50
2823	34	13	52	51
2824	35 Chaldaeorum Rex 4. Nechubes annis 43.	14	53	52
2825	1	15	54	53
2826	2	16	55	54
2827	3	17	56	55
2828	4	18	57	56
2829	5	19	58	57
2830	6	20	59	58

Anni a mundi conditu.	*Chaldaeorum Reges.*	*Aegyptiorum Reges.*	*Patriarcharum aetates.*	
			Productior computus.	**Brevior computus.**
2831	7	21	60	59
2832	8	22	61	60
2833	9	23	62	61
2834	10	24	63	62
2835	11	25	64	63
2836	12	26	65	64
2837	13	27	66	65
			Cainan moritur.	
2838	14	28	67	66
				Cainan moritur.
2839	15	29	68	67
2840	16	30	69	68
2841	17	31	70	69
2842	18	32	71	70
2843	19	33	72	71
2844	20	34	73	72
2845	21	35	74	73
2846	22	36	75	74
2847	23	37	76	75
2848	24	38	77	76
			Homines in terras dispersi civitates aedificant.	
2849	25	39	78	77
2850	26	40	79	78
2851	27	41	80	79
2852	28	42	81	80
2853	29	43	82	81
2854	30	44	83	82
2855	31	45	84	83
2856	32	46	85	84
2857	33	47	86	85
2858	34	48	87	86
2859	35	49	88	87
2860	36	50	89	88
2861	37	51	90	89
2862	38	52	91	90
2863	39	53	92	91
2864	40	54	93	92

Anni a mundi conditu.	*Chaldaeorum Reges.*	*Aegyptiorum Reges.*	*Patriarcharum aetates.*	
			Productior computus.	Brevior computus.
2865	41	55	94	93
2866	42	56	95	94
2867	43	57	96	95
	Chaldaeorum Rex 5. Arius annis 48.			
2868	1	58	97	96
2869	2	59	98	97
2870	3	60	99	98
2871	4	61	100	99
2872	5	62	101	100
2873	6	63	102	101
		Aegyptiorum Rex 3. Aristarchus, annis 34.		
2874	7	1	103	102
2875	8	2	104	103
2876	9	3	105	104
2877	10	4	106	105
2878	11	5	107	106
2879	12	6	108	107
2880	13	7	109	108
2881	14	8	110	109
2882	15	9	111	110
2883	16	10	112	111
2884	17	11	113	112
2885	18	12	114	113
2886	19	13	115	114
2887	20	14	116	115
2888	21	15	117	116
2889	22	16	118	117
2890	23	17	119	118
2891	24	18	120	119
2892	25	19	121	120
2893	26	20	122	121
2894	27	21	123	122
2895	28	22	124	123
2896	29	23	125	124
2897	30	24	126	125

Anni a mundi conditu.	*Chaldaeorum Reges.*	*Aegyptiorum Reges.*	*Thebaeorum Aegyptiorum Reges.*	*Patriarcharum aetates.* Productior computus.	Brevior computus.
2898	31	25	Thebaeorum Aegyptiorum Rex 1. THERRINITES an. 62.	127	126
2899	32	26		128	127
2900	33	27	1	129 Ragau filius Phalec nascitur.	128
2901	34	28	2	130	129 *Ragau filius Phalec nascitur.*
2902	35	29	3	1	130
2903	36	30	4	2	1
2904	37	31	5	3	2
2905	38	32	6	3	3
2906	39	33	7	5	4
2907	40	34 Aegyptiorum Rex 4. SPANIUS annis 6.	8	6	5
2908	41	1	9	7	6
2909	42	2	10	8	7
2910	43	3	11	9	8
2911	44	4	12	10	9
2912	45	5	13	11	10
2913	46	6	14	12	11
2914	47	7	15	13	12
2915	48 Chaldaeorum Rex 6. ONIBALLUS an. 40.	8	15	14	13
2916	1	9	17	15	14
2917	2	10	18	16	15
2918	3	11	19	17	16
2919	4	12	20	18	17
Θανάτῳ θάνατον πατήσας.] Allusio ad illud Pentecostarii Graecorum solemni Paschatis die, et Dominicis per Orientis Ec-

clesias cani consuetum. Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος.

Pag. 3. Ὀκτακοσίων δύο ἐτῶν.] Τὸ, δύο, redundat: nec in summa subinde colligenda binarius rotundum numerum exsuperat.

Ἰνδικτίωνος πρώτης.] Revolvendae iugiter annorum quindecim, sive indictionum periodi, primo gradu ab anno a mundi conditu 5460. quae Authoris mens est pag. 305. B. deducto, anno postmodum 6300. qui Christi 800. est, indictionis repetitae primus annus occurrit: isque est Georgii circa indictiones sensus, iuxta quem Christi nascentis, et mundi anno 5500. undecima debuit exordiri, ut evolutis ab ea annis 800. prima rursus offerat se numerandam. Cum vero Latinorum et Orientalium per indictiones putandi communis ea sit consuetudo, ut annus Christi ortu consecratus tertia consignetur, qui ab eo sequitur 800. octavae postulat characterem: ex quo Christi natalem annum in computi Graeci 5493. potius quam in 5500. reponendam consultissime demonstrat Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 3. et seqq. Videndus idem Temporum Doctor lib. II. cap. 39. ad calcem, et Variarum dissert. lib. 8. ad Auctarium de Doct. Temp. Adeundus pariter Allatius vir omni praeclara eruditione commendandus in Indictionum cum Christi et mundi annis concordia, Opusculo nimirum ad aliud de Dominicis et hebdomadibus adiecto, quo licet Christi natalem Graeci sive CP. computi anno 5508. socium adiungat: quoad indictiones eodem 5508. vel 5494. numerandas se non dissentire declarat.

Κεχυμένον.] Per inane diffusum et extensum, non ex lucido corpore, sole puta vel stellis, tanquam e proprio fonte micans. Id certe diem mihi constituit, non eum quem lucis et noctis successione horarum 24. spatio metiuntur Astronomi, aut quem linea succedente πρωτόκτιστον νυχθήμερον Author ipse non proprie vocavit. (Quale etenim νυχθήμερον quod nulla nocte fuit exceptum, aut quod nox nulla praecessit? Quale νυχθήμερον, inquam, cui, nondum sole vel motu edito, nec horae pares, nec horis spatium aequale putari potest) sed quem νοητὴν ἡμέραν Africano adscripsit, quem non ficte, sed animi sensu concipiendum lux ipsa repraesentat, lux efficit, et cui denique alios pares duos gemina Dei opera, editum nempe firmamentum, et eius ab aquis superne et inferne positis dissidium, composuerunt. An non lux ipsa dies, et qui lucem videt, diem cernere, asserimus? An non opus secundo editum a Deo, ut in lucem iam conditam productum est, diem sibi primum, et lucis secundum numerare dedit: et opus tertium pariter lucem tertiam constituit: quia tertium a luce in rerum omnium conditu tenuit locum? Docte Eusebius in Chronicon exordio. *Hic dies primus saeculi non primus dierum omnium: ideoque non primus, sed unus nominatus est.* Et infra: *Quarto die facta sunt luminaria duo in firma-*

mento coeli, ut luceant super terram ad inchoationem diei ac noctis.

Νυχθημέρῳ.] Georgius Chrysococces apud Allatium de Mensura temp. *ἡμέρα καὶ νὺξ, ἤτοι νυχθήμερον ἐκεῖνό ἐστιν, ἡ τῆς σφαίρας κινουμένης ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις, ὃ δι' ὡρῶν τελειοῦται εἴκοσι τεσσάρων. Dies et nox, sine νυχθήμερον, est sphaerae moventis a puncto in idem pun- P. 3
ctum revolutio, quod horis fit viginti quatuor.*

Pag. 4. *Εἴκοσι δύο Ἑβραϊκαῖς βίβλοις.*] Ex tribus sententiis, quarum prima 27. secunda, 24. ultima, veteris Iudaicae Ecclesiae duos supra viginti libros numerat, potior haec videtur Nicolao Serrario Prolegom. Bibliacorum capite octavo, quaestione nona, qua cunctos sigillatim et ordine recenset, nec non Sixtus Senensis noster statim sub libri primi initium.

Λεπτῇ φέρεται γενέσει.] Commentaria Hebraeorum in Genesim duplicia; illa maioris, haec minoris Geneseos nomen ferunt, et iuxta illorum idioma רבה ברשית, et ברשית קטנה: utraque apocrypha, falso Mosi ascripta, somniis et deliriis scatentia. De his Possevinus verbo *Moyses*. Liber a Georgio Cedreno citatus (at non nisi e Georgio Syncello carpit aliquid Cedrenus) cui titulus est *λεπτὴ γένεσις*, sub Moysis nomine est apocryphus, ait Sixtus Senensis lib. 2. illum sancta Tridentina Synodus sub nomine Flosculorum Bibliae damnavit: quod satis indicant narrationes aliquot, quas idem Cedrenus ex hoc opere videtur in suas historias transfudisse: De iisdem Epiphanius Haeresi 39. *ὡς δὲ ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τοῦ τε Καῒν καὶ τοῦ Σὴθ ἡ βίβλος περιέχει. Extant in Iubilaeis, qui liber parva Genesis dicitur, et uxorum Caini Sethique nomina opus illud repraesentat.*

Pag. 5. *Τοῦ λεγομένου βίου Ἀδάμ.*] An ille liber, qui Poenitentia Adam, in catalogo Gelasii, vel Genealogia Adam apud Sixtum Senensem, et Possevinum V. Adam, vel apud Epiphanium de Sethianis scribentem? *βίβλους δέ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν, ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ἑπτὰ λέγοντες εἶναι βίβλους. At enim certos libros clarissimorum virorum nominibus inscriptos circumferunt, ex quibus omnino septem Setho tribuunt:* haud magnae iacturae est ignorare.

Ἥτις ἦν τρίτη ἡμέρα τῆς πλάσεως Ἀδάμ.] Appellationis serie, non spatii dierum omnium ordine.

Διαφορὰς βασιλέων.] *Βασιλειῶν* legerem lubentius, eamque vocem altera, *διαφορὰ* nimirum, aptius afficeret.

Pag. 6. *Ἰσμαηλῖται διώκοντες.*] Arabes, imperii Romani per Orientem destructores, impiae Mahumeticae doctrinae, et noxiae potestatis successores. Iosephus lib. 1. Antioch. cap. 13. *παῖδες Ἰσμαήλῳ γίνονται δώδεκα.* Et infra: *οὗτοι πᾶσαν τὴν ἀπ' Εὐ-*

φράτου, καὶ καθήκουσαν τὴν πρὸς ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι,
Ναβατινὴν τὴν χώραν ὀνομάσαντες. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων
V. 8 *ἔθνος, καὶ τὰς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι, διά τε τὴν ἀρετὴν αὐ-*
τῶν, καὶ διὰ τὸ Ἀβράμου ἀξίωμα. Filii Ismaeli nati sunt duode-
cim. Hi quicquid terrarum est Euphratem inter et rubrum mare habitant, Nabataeae regioni nomine indito. Sunt autem hi a quibus Arabes gentem suam eiusque Tribus denominaverunt, tum propter eorum virtutem, tum propter Abrahami auctoritatem. Arabas *Indigenas* et *Advenas* statim ex historiae limine Abraham Ecchellensis discriminat: illos Iectani Heber filii posteros capite secundo, hos ab Ismaele originem ducere narrat capite primo, a quo, inquit, omnes Arabes posteaquam eius posteri regionis praecipua parte potiti sunt, Ismaelitae aliquando vocati fuerunt. Ismaelitarum et Agarenorum vocabulo Turcas et Mahumeticae religionis prophanos sectatores Graeci nuncupant, et promiscue Arabes, quod Ismael Arabum ex parte pater Arabiam coluerit, ex qua labes et noxa illa prodiit, quae vicinarum regionum animos infecit, ac Romanum ipsum imperium in ruinam egit.

Ἀποστασίαν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου προφητευθεῖσαν.] His verbis ad Thessal. epist. 2. cap. 2. *Nisi venerit discessio ἀποστασία primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus:* quae de Antichristo et Mahomete (unius quippe Christi hostis utrumque nomen est) Expositorum pars non infima censet intelligenda.

Ἐν τῷδε τῷ χρονικῷ.] *Τῶν πραχθέντων κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους σύνοψιν, συνάφειάν τε, καὶ τὴν κατ' ἀλλήλου πραγμάτων ἀκολουθίαν* nuper memoratam, opus videlicet sibi propositum, contractius vocat hic *χρονικὸν*: quod praefixi tituli opifex (ab Authore utique diversus, qui Authorem prius extitisse, quod nemo de se ipso, celebrat his verbis *Συγκέλλου γεγονότος*) significantiori voce dixit *χρονογραφίαν*. *χρονογραφίας* sensus alter est, et ut videtur concors apud oppositos de Doctrina Temporum scriptores Scaligerum et Petavium: quorum ille primo statim Eusebianarum animadversionum initio Chronographiam exponit, *cuius materia tempus*, hic priorum Prolegom. cap. 3. Computisticae vocabulo usus, eam, *Artem quandam, sive facultatem ordinandorum ad civilem usum temporum* definit. At neque Syncello, ubi plerisque locis *χρονικὸν* suum *σύνταγμα* Chronographiam appellat, neque mihi accepta est hic ea vocis notio, quae non solitariam rerum gestarum notitiam, quod exequitur Historia; non ieiunam motus mensuram partesque mensurae cuiuslibet ad civilem usum accommodatae intelligentiam, quod Computisticae munus, exquirit: sed tum ex Historiae peritia, tum ex certis intelligentiae temporum regulis res ordine gestas propriis temporis cuiusque

limitibus circumscribit. Eandem igitur, quam illi Chronologiam depingunt, non invitus nominari assentirer, quis etenim rerum suis temporibus gestarum notitiam et factam verbo tenus expositionem a concinna commodaque earumdem per tempora distributione et descriptione ponat diversam? Ecquid secreti et arcani Chronologia involvit, quod exprimere nequeat Chronographia? nisi Chronologiam cum Scaligero dicam, et cum Petavio censeam, quae intervalla temporum, et ἐποχὰς examinat, metas et terminos intervallis statuit, et annos denique collectos a certo et indubitato initio ad certam finem perducit: et Chronographiam subinde, quae his instructa rudimentis priscorum facta suis temporibus assignare novit, et non ordine modo disponere, sed ad invicem componere certis argumentis edocta est. Uno verbo quam rerum et hominum cum tempore certius observato seriem in suis Chronicis authores contemplantur, eandem ἐν τῷδε τῷ χρονικῷ, vel χρονογραφίῳ, sive χρονογραφίᾳ Georgius noster exponit, et ex Chronologiae quibus frequenter utitur praeceptionibus digerit, et in bono lumine collocat.

Διαφόρως γὰρ παρὰ διαφόροις.] Haud melius discrimen istud quam ex Scaligeri Petaviique doctrina de tempore percipias.

Pag. 7. *Εἰσὶ δὲ αἱ τρεῖς διαφοραί.*] Trium istarum nationum menses ad invicem compositos, ex quo maxime fixi redditi sunt apud Aegyptios, proprio tabulario, ex Georgii nostri Nisan caput immotum ubique reputantis, conspice.

P. 4
V. 4

Hebraeorum, Romanorum et Aegyptiorum dierum

Iuxta Hebr. et Author. 1. mens. Nisan.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 2. Iar.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 3. Siuan, *sive* Siuvan.	Romanos.	Aegyptios.
1	25	29	1	24	29	1	24	29
2	26	30	2	25	30	2	25	30
		Pharmuthi.			Pachon.			Pauni.
3	27	1	3	26	1	3	26	1
4	28	2	4	27	2	4	27	2
5	29	3	5	28	3	5	28	3
6	30	4	6	29	4	6	29	4
7	31	5	7	30	5	7	30	5
						8	31	6
	Aprilis.			Maius.			Iunius.	
8	1	6	8	1	6			
9	2	7	9	2	7	9	1	7
10	3	8	10	3	8	10	2	8
11	4	9	11	4	9	11	3	9
12	5	10	12	5	10	12	4	10
13	6	11	13	6	11	13	5	11
14	7	12	14	7	12	14	6	12
15	8	13	15	8	13	15	7	13
16	9	14	16	9	14	16	8	14
17	10	15	17	10	15	17	9	15
18	11	16	18	11	16	18	10	16
19	12	17	19	12	17	19	11	17
20	13	18	20	13	18	20	12	18
21	14	19	21	14	19	21	13	19
22	15	20	22	15	20	22	14	20
23	16	21	23	16	21	23	15	21
24	17	22	24	17	22	24	16	22
25	18	23	25	18	23	25	17	23
26	19	24	26	19	24	26	18	24
27	20	25	27	20	25	27	19	25
28	21	26	28	21	26	28	20	26
29	22	27	29	22	27	29	21	27
30	23	28	30	23	28	30	22	28
						31	23	29

ex Syncello Concordia.

Hebr. 4. Thamui, *sive* Thamus.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 5. Arai, *sive* Ab.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 6. Eilu, *sive* Elul.	Romanos.	Aegyptios.
1	24	30	1	24	30	1	23	30
						2	24	Epagomena.
		Epiphei.			Mesore.	3	25	
2	25	1	2	25	1	4	26	
3	26	2	3	26	2	5	27	
4	27	3	4	27	3	6	28	
5	28	4	5	28	4			
6	29	5	6	29	5			Thoth.
7	30	6	7	30	6	7	29	1
			8	31	7	8	30	2
	Iulius.					9	31	3
				Augustus.				
8	1	7					September.	
9	2	8	9	1	8			
10	3	9	10	2	9	10	1	4
11	4	10	11	3	10	11	2	5
12	5	11	12	4	11	12	3	6
13	6	12	13	5	12	13	4	7
14	7	13	14	6	13	14	5	8
15	8	14	15	7	14	15	6	9
16	9	15	16	8	15	16	7	10
17	10	16	17	9	16	17	8	11
18	11	17	18	10	17	18	9	12
19	12	18	19	11	18	19	10	13
20	13	19	20	12	19	20	11	14
21	14	20	21	13	20	21	12	15
22	15	21	22	14	21	22	13	16
23	16	22	23	15	22	23	14	17
24	17	23	24	16	23	24	15	18
25	18	24	25	17	24	25	16	19
26	19	25	26	18	25	26	17	20
27	20	26	27	19	26	27	18	21
28	21	27	28	20	27	28	19	22
29	22	28	29	21	28	29	20	23
30	23	29	30	22	29	30	21	24
						31	22	25

P. 5
V. 5

Hebraeorum, Romanorum et Aegyptiorum dierum

Hebr. 7. Theoliph *sive* Tisri.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 8. Mersuan. *sive* Marchesuvam.	Romanos.	Aegyptios.	Hebr. 9. Chasleu.	Romanos.	Aegyptios.
1	23	26	1	23	26	1	22	26
2	24	27	2	24	27	2	23	27
3	25	28	3	25	28	3	24	28
4	26	29	4	26	29	4	25	29
5	27	30	5	27	30	5	26	30
		Phaophi			Athyr.			Choeac.
6	28	1	6	28	1	6	27	1
7	29	2	7	29	2	7	28	2
8	30	3	8	30	3	8	29	3
			9	31	4	9	30	4
	October.			November.			December.	
9	1	4						
10	2	5	10	1	5	10	1	5
11	3	6	11	2	6	11	2	6
12	4	7	12	3	7	12	3	7
13	5	8	13	4	8	13	4	8
14	6	9	14	5	9	14	5	9
15	7	10	15	6	10	15	6	10
16	8	11	16	7	11	16	7	11
17	9	12	17	8	12	17	8	12
18	10	13	18	9	13	18	9	13
19	11	14	19	10	14	19	10	14
20	12	15	20	11	15	20	11	15
21	13	16	21	12	16	21	12	16
22	14	17	22	13	17	22	13	17
23	15	18	23	14	18	23	14	18
24	16	19	24	15	19	24	15	19
25	17	20	25	16	20	25	16	20
26	18	21	26	17	21	26	17	21
27	19	22	27	18	22	27	18	22
28	20	23	28	19	23	28	19	23
29	21	24	29	20	24	29	20	24
30	22	25	30	21	25	30	21	25
						31	22	26

ex Syncello Concordia.

Hebr. 10. Thebeth.	Romanos.	Aegyptios.
1	23	27
2	24	28
3	25	29
4	26	30
		Tybi.
5	27	1
6	28	2
7	29	3
8	30	4
9	31	5
	Ianuarius.	
10	1	6
11	2	7
12	3	8
13	4	9
14	5	10
15	6	11
16	7	12
17	8	13
18	9	14
19	10	15
20	11	16
21	12	17
22	13	18
23	14	19
24	15	20
25	16	21
26	17	22
27	18	23
28	19	24
29	20	25
30	21	26

Hebr. 11. Sabbat.	Romanos.	Aegyptios.
1	22	27
2	23	28
3	24	29
4	25	30
		Mechir.
5	26	1
6	27	2
7	28	3
8	29	4
9	30	5
10	31	6
	Februarius.	
11	1	7
12	2	8
13	3	9
14	4	10
15	5	11
16	6	12
17	7	13
18	8	14
19	9	15
20	10	16
21	11	17
22	12	18
23	13	19
24	14	20
25	15	21
26	16	22
27	17	23
28	18	24
29	19	25
30	20	26

Hebr. 12. Adar.	Romanos.	Aegyptios.
1	21	27
2	22	28
3	23	29
4	24	30
		Phamenoth.
5	25	1
6	26	2
7	27	3
8	28	4
	Martius.	
9	1	5
10	2	6
11	3	7
12	4	8
13	5	9
14	6	10
15	7	11
16	8	12
17	9	13
18	10	14
19	11	15
20	12	16
21	13	17
22	14	18
23	15	19
24	16	20
25	17	21
26	18	22
27	19	23
28	20	24
29	21	25
30	22	26
31	23	27
32	24	28

P. 6 V. 6 *Ἐνενήκοντα δύο.*] *Ἐνενήκοντα μίαν* rectius collegisset Author Georgius.

Ἀπὸ τοῖς εἴκοσι πέντε Μαρτίου.] Mensis Nisan, et anni exordium in 25. die Martii fixum et stabile posuit Georgius, quod et Petavius animadvertit.

Ἀπὸ τὰς εἴκοσι ἐννέα.] Vulgaris Graecorum loquendi modus, quo Praepositiones cunctae secundi vel tertii casus cupidae solis accusativis nubunt. Hunc Authori potius quam Librariis imputabis, et iam ante octingentos et quinquaginta annos linguae purioris corruptelam observabis.

Ἡ γὰρ ἀρχὴ τοῦ Θὼθ ἀπὸ τὰς κθ'. τοῦ Αὐγούστου.] Quod prius incertum et vagum, et annis singulis quarta diei parte, hoc est, exacto quadriennio, diei integri spatio retrogradum Aegyptiaci anni principium (nullus enim apud Aegyptios Augusto Caesare superiores dies usitatus intercalaris, recepto post Actiacam victoriam anni Iuliani usu, et diei embolismo, fixum et una sede constans redditum, eoque quo repertum est loco, nimirum Augusti 29. deinceps permansit. At cum ex paribus iisque tricenariis mensibus memoratus Aegyptiorum annus coalesceret, post dies 360. alios quinque *ἐπαγομένους* et insititios ad Mesore mensis ultimi calcem, quo totus ex 365. diebus conflaretur, admittebat. Illi dies post Augusti Caesaris victoriam ab Augusti mensis 24. ad eiusdem 28. inserebantur, et quarto quoque anno sextus, qui bissextum Romanorum imitaretur, adiiciebatur: hocque pacto annus qui solito cursu procedens erat *ἐπιπενθήμερος*, fiebat ex secundo embolismo *ἐφεξαήμερος*: ita tamen ut mensis ultimus Mesore, cui dies quinque accedebant; tribus annis triginta dierum constaret serie, quam sequeretur epagomenorum quinarius; quarto vero quoque anno uno supra trigesimum die compleretur: ut ex aequo dies quinque annis singulis adderentur, licet quarto sex conciperentur infindi. Sensum huiusmodi reciperent Authoris verba in hunc modum emendata. *ἡ γὰρ ἀρχὴ τοῦ Θὼθ ἀπὸ τὰς κθ'. Αὐγούστου ἐστὶν ἐπιπενθήμερος τριάκοντα Μεσσωρή: ἐπὶ δὲ ἑξαημέρου τριάκοντα μιᾶς τοῦ αὐτοῦ Μεσσωρή.* Hoc est. Principium Thoth Augusti 29. fixum diebus quinque Messore tricesimo additis posterior est: bissextili vero anno, quo dies sex intercalandi, eiusdem Messore trigesimum primum et additios quinque dies subsequitur. Placeret emendatio, nisi vim inferret textui: breviorem itaque et dilucidiorem subiungo. *αἱ δὲ ἐπαγόμεναι ἡμέραι εἰσὶν ἀπὸ τὰς εἴκοσι τέσσαρας τοῦ Αὐγούστου, ἕως τὰς εἴκοσι ὀκτώ. ἡ γὰρ ἀρχὴ τοῦ Θὼθ, ἡ νῦν ἀπὸ τὰς εἴκοσι ἐννέα τοῦ Αὐγούστου ἐστὶν ἐπιπενθήμερος, καὶ ὤφειλεν εἶναι εἰς τριάκοντα Αὐγούστου· ἐπὶ δὲ ἑξαημέρου εἰς τριάκοντα μίαν Αὐγούστου.* Gratam Authori verborum barbariem retinui, mentem eius non grammaticos sonos assequi meditatus: ea porro est quam textus exhibet versio, quaeque hac ex-

positione corroboratur. Post Actiacam victoriam et Alexandriam Romano iugo subditam, erratico suo anno repudiato, fixum et certum Augusto Caesari sibi devinctius conciliando deinceps recipiendum decernentes Aegyptii, quod Augusto mense et eiusdem mensis die nono supra vigesimum eius se submisissent imperio, eidem anni primique mensis Thoth Neomeniam futuris temporibus alligandam sanxerunt: et praescindendae antiquo anno in posterum vagandi licentiae diem intercalarem illuc usque inusitatum singulis quadrienniis adiiciendum curarunt. Nec modo diem admiserunt Iuliano et Astrologico iure inserendum; quinimo cum Augusti Caesaris gestique ab eo belli Actiaci et Alexandriae devictae tempestate Pontificum inscitia non leve in Iulianum annum intrusisset vitium, ac iam dies unus superfluus praeter Iulii Caesaris et intercalandi regulam anni curriculo fuisset adiunctus; factum est, ut qui Alexandria subacta dies Augusti mensis tricesimus, et in sequuturis intercalaribus annis tricesimus primus numerari debuerat, ob redundantis illius diei excessum vicesimus duntaxat nonus fuerit computatus. Exin castigato post aliquot annorum spatium anni Iuliani errore, qui ante devictam Alexandriam uno die limites excesserat, ad Augusti mensis sedem vicesimam nonam revocatus est; quod ille procul ab errore numeraretur, cum primum Augusti Caesaris imperium subierunt Aegyptii, licet iam trigesimus diceretur, erranter, et in annis intercalaribus a primo supra trigesimum recensendorum ordo progredi teneretur. Legenda haec apud Scaligerum libro quarto de Emendat. Temp. et in Isag. Canon. libro trigesimo primo, capite duodecimo, et apud Petavium de Doct. Temp. libro decimo, cap. 71. copiose solideque tractata, aut Oedipus verborum hic positorum Sphyngi declarandae adinveniendus.

Pag. 9. *Ἀσούαν.*] Epiphanius Haer. 39. *Σαυὴν* vocat: Chronicon Alexand. et aliud Ioelis eam memorant.

Καρποφορίαν καλεῖ ἡ γραφή.] Genes. capite quarto, versu secundo, *ἤνεγκε Καῒν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ κυρίῳ.* et v. 4. *ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ.*

Μαλελεὴλ ἐγέννησε τῶν Μαθουσάλα]. Ita legunt 70. Interpretes. Mathusala est, qui ex Seth, Mathusael, qui e Cain ortus est.

Τὸν ἕκτον αἰῶνα.] Spatium intellige, *aetatem* mundi dictum.

Pag. 10. *Ἀζουράν.*] Eandem ex parva Genesi Epiphanius, Chron. Alexand. et Ioelis memorant.

Τῷ σμγ΄. ἔτει τοῦ Ἀδάμ.] Pericopen hanc ante superiorem repono; et quod ratio, et humanae educationis poscit consuetudo, lego. *τῷ σλγ΄. ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ἀπεγαλακτίσθη ὁ Σήθ.* Itane Seth annis 13. lac suxit?

Ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ τῶν ἀγγέλων.] Locus in MS. Regio

corruptus restituitur ex Cedreno Georgii exscriptore. *ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλου ἐμνήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μέλλοντα ἔσεσθαι τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ἤτοι τῶν Ἐγρηγόρων οἵ τινες καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἐλέγοντο, καὶ τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος. ἡμέρᾳ δὲ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄφαντος γενόμενος, ἐλθὼν διηγήσατο τοῖς πρωτοπλάστοις, ὅσα ἐμνήθη διὰ τοῦ ἀγγέλου. εὐειδὴς δὲ ἦν καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα, αὐτός τε, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενοι Ἐγρήγορες, καὶ υἱοὶ Θεοῦ διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου τοῦ Σὴθ λεγόμενοι.*

Ἐγρηγόρων.] Posteri Seth Angelos moribus pulchritudine religione virtute referentes, sunt *Ἐγρήγοροι*, quos Cedrenus *Ἐγρήγορες* scribit. *Ἐγρήγορος* quippe Angelus est. In haec Danielis verba cap. 4. v. 10. *καὶ ἰδοὺ* עיר *καὶ ἅγιος ἀπ' οὐρανοῦ κατέβη*: *Et ecce Hir, et sanctus de caelo descendit*, Scholion habet: *τὸ δὲ Εἰρ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ Ἐγρηγορῶς, καὶ ἄγρυπνος ἑρμηνεύεται*. *Hir vigil et insomnis reponitur.* Scholion aliud: *ἀντὶ τοῦ Εἰρ οἱ ἑβδομήκοντα ἄγγελον ἡρμήνευσαν: οἱ δὲ λοιποὶ Ἐγρήγορον.* *Hir vice Septuaginta Angelum interpretati sunt: reliqui Egregorum, vigilem.* Est igitur *Ἐγρήγορος*, *Angelus, vigil, insomnis.* Clemens Alexandrinus Paedagogi lib. 2. cap. 9. *μακάριοι οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτὸν σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς Ἐγρηγόρους καλοῦμεν.* *Beati qui in ipsum vigilarunt, se ipsos assimilantes Angelis, quos Ἐγρηγόρους, hoc est vigiles vocamus.* Hinc a Seth (qui *εὐσεβὴς καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα* scribit Author, Cedrenus vero *εὐειδὴς*, qui non Angelus modo, sed et Deus *διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου*) a Seth, inquam, genus ducentes, ceu *εὐσεβεῖς καὶ ὡραῖοι καὶ ἀγγελικῶς βιοῦντες*, Angeli, filii Dei, uno verbo *Ἐγρήγοροι* attentione perpetua Deo defixi, apud antiquos vocari meruerunt.

P. 7 *Ἐνενήκοντα ἑνός.*] Ex dictis ante notas tres expungenda anni unitas. Lege lineam ab hac secundum.

Τῷ υλ'. ἔτει.] Addendus MS. calculo quinarius. Seth quippe anno mundi 230. ortus, post alios 205. filium genuit: Emendata itaque lectio sic proferet. *τῷ υλε'. ἔτει ἐγεννήθη τῷ Σὴθ ὁ Ἐνώς. οὗτος γενόμενος ἐτῶν ρϞ'. ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν τῷ χκε'. ἔτει ἀπὸ Ἀδάμ. ἕως δὲ γεννήσεως Ἐνὼς ἔτη υλε'.*

Τοῦτ' ἔστι προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ.] Scholion Nobilii. *οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ.* Theodoretus qu. 47. *ὁ δὲ Ἀκύλας οὕτω τοῦτο ἡρμήνευσεν. τότε ἤρχθη τὸ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου.* Id vero Aquila sic est interpreta-
V. 7 tus: *Iste cepit vocari in nomine Domini:* quasi nimirum ceperit vocari Deus, et filii eius, filii Dei: quod clarius Author *προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ*: *Dei nomine cepisse appellari* scripsit.

Ἐνὼς ὡσανεὶ ἄνθρωπος.] Redundat particula *ὡσανεὶ*, apud Cedrenum ab hac eadem sententia expuncta. אנוש enim *homo* est, quamquam miseriae calamitatique subditus: de quo Paginni

thesaurus. Haec porro verba *κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον Ἀφρικανοῦ* Xylander Cedreni interpres exposuit, *in naturali oratione author est:* at non ipse reddidit *κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον.*

Τοῦ δὲ Ἐνὼς ͵υη΄.] Enos a mundo condito nascitur anno 435. ad primum itaque 532. annorum circulum soli 97. numerandi.

Τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει.] Haec eadem Cedrenus editionis Regiae pagina 9. ex quo quae hic desunt possunt repeti, a nobis, quod apocrypha sint, omittuntur.

Pag. 11. *Πληρωθέντος οὖν ἐνιαυτοῦ.*] Quod anno praecedente graviter admodum laesus, succedente obierit. Vel dictione, *τέθνηκεν*, expuncta sequens pericope ita deducatur. *πληρωθέντος οὖν ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Ἀδὰμ Σὴθ ἡγεμόνευσεν.*

Καὶ ἐγέννησαν τοὺς Γίγαντας.] Quae hic desiderantur supplet Cedrenus.

Τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνώχ.] De libro Enoch scribunt ex antiquis PP. Tertullianus, Origenes, Hieronymus, et Augustinus: qua authoritate polleat in Ecclesia narrant interpretes in epistolam Iudae, Possevinus in apparatu, et Pererius in Genesim disputat. de translatione et scriptis Enoch.

Ἑρμών.] Hebraice חֶרְמוֹן a radice חֵרֶם Hilarius in Psalm. 132. *Hermon mons est in Phoenice, cuius interpretatio Anathema est: quod enim nobis Anathema nuncupatur, id Hebraice Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam nescio cuius liber extat, quod Angeli concupiscentes filias hominum, cum de caelo descenderent, in hunc montem maxime convenirent excelsum.*

Pag. 12. *Φαρμακὸς ἐδίδαξεν φαρμακείας.*] Tertullianus huius opinionis sectator Apolog. cap. 35. *Eadem officia dependunt et qui Astrologos et aruspices et augures et magos de Caesarum capite consultant: quas artes ut ab Angelis desertoribus proditas et a Deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani.*

Ἀστροκοπίαν.] An *ἀστροσκοπίαν* legas incertum: haec astrorum contemplatio, illa astrorum cursus, et prout vocat Poeta *Lunae Solisque labores.*

Pag. 13. *Ζωσίμου Πανοπολίτου.*] Suidas. *Ζώσιμος Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος χημευτικὰ πρὸς Θεοσεβίαν τὴν ἀδελφὴν ἔγραψεν. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις κη΄. ὑπογράφεται δὲ ὑπό τινων Χειρόκμητα, καὶ ὁ Πλάτωνος βίος.* *Zosimus Alexandrinus Philosophus de Chymia ad Theosebiam sororem scripsit: est autem opus libris 28. digestum, et a quibusdam Chirocmeta, et Platonis vita inscribitur.* De Panopoli eius patria tradit Originem Eusebius de Praepar. Evangel. libro tertio capite 3.

Pag. 14. *Χῆμα.*] Utrum *χημεία* vel *χυμεία* scribendum, discutit prolixe Andreas Libavius Medicus Syntagmate de Alchymiae arca-

nis lib. 1. cap. 1. et 2. ἰμοὺθ Aegyptiaca lingua profertur ex nuper scriptis ab Authore.

Κομπολογίᾳ τινί.] Κόμπος et κομπίον, *nodus* est, et *globulus*, qualis fit ex intorto filo vel stamine, vel qualis ad constringendas eiusdem vestis partes in anulos vestiarios immittitur: κομπολόγιον autem *globulorum filo commissorum* est *series et connexio*: unde κομπολογία *discursus et narrationis pulchro ordine digestae contextus*. Suspicor legendum κοντολογία, quae brevem concinnum sermonis ordinem significat. Utraque lectio sensum Authoris promovet.

Ἀλέξανδρος Πολυΐστωρ.] De quo Suidas. Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος, διότι Κορνηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη, καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο, εἶτα ἠλευθερώθη. ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων. συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω, καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. ἐν τούτοις λέγει ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσὼ, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ' Ἑβραίοις νόμος. *Alexander Milesius cognomento Polyhistor, et Cornelius, quod Cornelio Lentulo captivus fuisset venditus, eundem litteras edocuit, ex quo libertatem promeruit. Vivebat autem Romae Syllae temporibus. Plures quam numerari queant libros scripsit, et de Roma quinque. In his refert Moson mulierem Hebraeam, cuius opus lex est ab Hebraeis recepta.* Polyhistorem celebrant Plinius et Plutarchus, laudat eius scripta Photius, Cod. 188. et his recentior Vossius, qui Milesium negat, et Cotyaeo natum defendit.

Ἀβυδηνός.] De quo nonnulla profert Eusebius de Praepar. Evang. et ex Eusebio Georgius Author locis suo quibusque titulo dignoscendis.

Pag. 16. Εἰς ἔτη ἑξακόσια.] Tyrannidem in homines exercuit Nembrod anno post mundi conditum 2776. ex Authore pag. 90. litera C. a diluvio itaque quod 2242. contigit annis duntaxat 530. vel paulo amplius.

Ἰχθυομόρφων ἐν μέρει καὶ ἀνθρωπομόρφων.] De animali ἰχθυομόρφῳ et ἀνθρωπομόρφῳ masculo et foemina Mauritii tempore Nilo supernatante historiam refert Theophylactus Simocatta lib. 7. capite decimo sexto, nec ideo Annodotii Manethonici fabulam confirmat.

Κανονικῇ στοιχειώσει ὑποβαλεῖν.] Exequitur id ex Africani ductu pag. 17.

Οὓς κατ' ὄνομα λέγειν περισσὸν ἡγοῦμαι αἰδοῖ τῶν ἀνδρῶν.] Nominibus expressis durius eosdem exagitare non veretur in sequentibus, Eusebium Pamphili, dico, et Aegyptios Monachos Panodorum, et Anianum: quibus addere potuerat Chronici Alexand. authorem in haec verba scribentem. παρὰ μὲν Χαλδαίοις πρῶτος ὁ ἄρξας Ἄλωρος, καὶ μετ' αὐτὸν Ἀλάσπαρος, καὶ οἱ λοιποὶ ἄρξαντες αὐτῶν. τούτους ᾐνίξατο ἡ γραφὴ λέγουσα. οἱ γίγαν-

τες οἱ ἀπ' αἰῶνος, οἱ ἄνθρωποι, οἱ ὀνομαστοί. *Apud Chaldaeos Alorus regnum prior tenuit, et qui successit Alasparus, caeterique principes illorum: Quod ipsum insinuat Scriptura cum dicit: Gigantes a saeculo viri celebres fuere.* Et ille quidem, Eusebius nimirum, ceu παντοδαπῆς ἱστορίας author, cui dubia vel falsa, non minus quam certa scribendi sylvam offerunt, ex Berosi Manethonisque commentis, ne ignoratae eorum lectionis sibi labem consciseeret, potuit bona fide nonnulla, quae referret, non assereret, suis scriptis inspergere: Hi vero plus iusto in Berosum et Manethonem aequi, ne refellerent, eorum mentem benignius interpretari studuerunt: quae causa est Georgii querelarum: quibus permotus Scaliger Notarum in Eusebium pagin. 246. mordacius et acrius in Authorem invehitur, et cum P. 8
Eusebio iniquum, tum solita sua pertinacia alios insequi nec propriam sententiam valido quovis argumento firmare causatur. Quae sane detraherent Georgii dictis et authoritati, si Berosi Manethonisque libros falsi suspicione liberos demonstraret Scaliger, et quam ab Historicis postulant, eisdem ipse conferret fidem. Eos itaque secutus Eusebius vel Scaliger nusquam probabit prope mundi exortum Chaldaeorum et Aegyptiorum instituta regna, nec ante diluvium tot queunt excitari Dynastiae, tot creari reges, eorum referri tot nomina, quae validiores Georgii rationes ex scriptura depromptae non perdant, aut profligent.

Στοιχειωθήσεται ἐκ τῶν.] Quod exequitur ex Manethone inferius pag. 17. et 18.

Τῷ ͵αϡη'. τοῦ κόσμου.] Duplicem ex Authore cogor admittere descensum Egregororum: primum de quo iam pagin. 11. lit. B. et secundum hic memoratum. Descensus ille quis sit nuper exposuit.

Δύο κύκλοι τῶν φλβ'. ἐτῶν.] Prior pag. 10. D. celebratur. Spatium vero quo Luna ad signum idem signique punctum lucis suae principio vel plena copia recurrit, annis novendecim protenditur, et cycli lunaris insignitur nomine. Tempus iterum quo cunctae Dominicales litterae singulis annis distributae eo quo inceperant die per ordinem redeunt emetiendae annis non minus octo supra viginti absolvitur, quo cyclus solaris dictus emergit. V. 8
Alteruter autem per alterutrum ductus cyclum 532. componit, vulgo Methonicum: post quem semel ac iterum evolutum ad filias hominum transitus memoratur.

Καὶ συνῆξε σάρους ρκ'. διὰ βασιλέων δέκα.] Reges illos decem profert succedens pagina. Saros centum et decem ex novem aetatibus collectis, alios decem annis Daoni regis 99. (qui Iuliani sunt) in dies, diebus vero in Saros distributis conficies hoc pacto. Ex annis 99. in dies resolutis (ducto 99. per 365. numero) dies subducto 36135. dies istos in Saros, hoc est, per 3600. divide: Saros obtinebis 10. et dies insuper 135.

Τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶν.] Panodorus, et Anianus, quorum scripta magno rei litterariae damno perierunt: erant enim et Historiae et Chronologiae et Mathematicarum ἀκριβολογεῖν δοκοῦντες ait Georgius.

Pag. 18. *Εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρίου λόγου.*] Observa Christi natalem diem Africani (qui Antonino Heliogabalo imperante vixit) testimonio ἐπιφάνειαν vocari.

Χαλδαίων πρῶτος ἐβασίλευσεν.] Eorum nomina, temporum et gestorum Synopsim ex Abydeno promit Author pag. 39.

Ξίσουθρος σάρους ιη'.] Τὸ, σάρους ιη'. ex Authoris pag. nuper laudata ad calcem supplevi.

Ἐπὶ ἔτη χίλια ἐνvακόσια καὶ πε'.] Ἐπὶ ἔτη ᾱ ͵αϡπε'. (contractis enim figuris numerus in MS. scribitur) indubie legendum. Ita refert iterum Author pagin. 41. B. συνῆξαν σελήνια ᾱ ͵αϡπη'. vel quod numerum eundem iudicat. M'. ͵αϡπη'. Nisi legeris; quavis methodo regum septem primorum, vel omnium sexdecim sequentium aetates putaveris annos lunares 1985. vel 1988. nusquam colliges, qui loco, ut sum praefatus, emendato confestim occurrent. Eum porro numerum a primis 7. regibus petendum adverte: id te docent emendata Georgii verba haec: θεῶν μηδέποτε γεγονότων ζ'. οἱ διαγεγόνασιν ἐπὶ ἔτη ᾱ ͵αϡπε'. emendate ᾱ ͵αϡπη'. Reges, inquam, septem illi sunt, quorum nomina pag. sequens exhibet, et tempus ad 11985. vel potius 11988. annos Aegyptios (periodos lunares totidem intellige) prorogatum arithmetices ductu consequeris.

Συνῆξαν ἔτη ἑπτακόσια εἴκοσι ἑπτά.] Fateor ita legendum, et vocabulum ἑπτὰ, quod excidit, intactum hic omnino relinquendum. Lectio, inquam, haec ἔτη ψκζ'. aliam ψκδ'. sequentis paginae linea 1. occurrentem, corrigere debet, non hanc illa mutare. Tota itaque sententia in hunc modum restituatur. μερίσαντες τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος τῶν αὐτῶν θ'. σεληνίων παρὰ τὰς τξε'. τοῦ ἐνιαυτοῦ συνῆξαν ἔτη ψκζ'. ἥμισυ, δ'. id est ἔτη ἑπτακόσια εἴκοσι ἑπτὰ, καὶ ◡ καὶ τέσσαρας ἡμέρας: correcte ρμε'. ἡμέρας. Scaliger Animadv. pag. 248. qua haec refert ex eodem Regio nostro ita exscripsit. μερίσαντες τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος τῶν αὐτῶν (numerum θ'. hic omittit) σεληνίων παρὰ τὰς τξε'. ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ψκζ'. σδ'. ξένον τι etc. Paucis istis verbis falsitates duas insignes admittit, unam iam memoratam; alteram, quod medietatis Graecum characterem huiusmodi ◡ pro ducentum numero interpretetur. Eandem porro hallucinationem hic non omnino haesisse declarabunt sequentia. Ad textus adducti lucem subdit. *Ait horum Deorum Dynastiae colligi annos novies mille: quos quidem menses Lunares interpretantur.* Verissime: nisi quod una non est Deorum Dynastia, sed pro eorum diversitate multiplex ex Authore: περὶ δυναστειῶν ις'. inquit, ἤτοι θεῶν τῶν μηδέποτε γεγονότων. Subiungit. *Nos scimus no-*

vem millia mensium Lunarium componere annos Arabicos 750. *praecise.* Inutiles sunt anni Arabici ubi Solarium tantummodo fit mentio, qui, ait Georgius τὰς τξε΄. ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ concludunt. *Quare*, addit, *aut mendum Librarium*, est Scaliger, ac humanitate etiam tua dignum: *aut ἀλογιστία est*, certe tua; *quum colligat annos Solares* 727 illud tecum lego: *dies* 239. Georgium illos scripsisse aut collegisse inficias eo: scripsit enim Librarius breviato charactere *menses* 6. *et dies* 4. Lucis vero maioris comparandae gratia adverto menses, aut τριακονθημέρους Tricenarios esse semper plenos, aut alternis vicibus plenos et cavos. Horum millia novem (alii namque a summa hic requisita omnino sunt alieni) in dies 265500. dividi certum est: pleni quippe omnes dierum 270000. exigunt summum quare 4500. pleni, et cavi totidem praemissam 265500. reddent. Dies istos si per 365. distribueris, quid facilius quam annorum 727. dierumque 145. id est mensium ferme quinque, numerum colligas. Et hoc est mendum illud Librarium, haec ἀλογιστία, quae Scaligerum a Solaribus ad Lunares annos transeuntem impulit. Caeterum quod de Lactantio in mensium tricenariorum favorem subiicit, nihil suam vel Georgii rem iuvat, cuius computo menses soli alternis pleni et cavi agnoscuntur necessarii.

Pag. 19. *Πρώτη δυναστεία.*] Regum singulos Dynastiam propriam sibi vindicare intellige ex Authore pag. superiore consulendo.

Ἔτη ψκδ΄. ∽ δ΄.] Hoc est ψκδ΄. καὶ ἥμισυ, καὶ δ΄. ἡμέρας: a Librario erronee scripta, et erranter magis a Scaligero ψκδ΄. δ΄. pag. textus Eusebiani 7. reddita alterius in pag. praecedentem admissi causa. Legendo tamen MS. repono itaque ψκζ΄. ∽ δ΄. id est ψκζ΄. μετὰ ἡμίσεως, καὶ τεσσαρῶν ἡμερῶν. Perpende notae penultimae et superioris alterius minutias, quibus tandem ψκζ΄. καὶ ͵ρμε΄ ἡμερῶν legendum admoneris.

Ἥλιος Ἡφαίστου ἔτη πς΄.] *Ἔτη οζ΄.* lubens substituerem. 1. quod annos 77. Excerpta Latina Scaligeri ex his olim translata exhibeant pag. 60. 2. quia cum regum, sine Deorum sex Vulcano posteriorum anni Lunares sint 2988. ex observatis nota praecedente 4. id est anni duntaxat 241. dies 181. Soli Vulcani filio annis 86. attributis; eius et succedentium quatuor Deorum (innominatum cuius tempus incognitum praetereo) ad 247. et amplius ascendere sola numerandi ratio declarat. Annis itaque 9. P. 9 Solis regno ex vetusti Latini textus authoritate detractis, et 77. relictis, si Agathodaemonis 56. cum medio, et dies 10. Saturni 40. cum medio, Osiridis 35. Typhonis 29. adiunxeris, ex collecta exinde annorum 238. et dierum 10. summa, Deo anonyma (cuius nomen Ptoliarchus in Excerptis Latinis exprimitur) anni 3. et dies 171. regnando fient reliqui.

Ἀγαθοδαίμων ἔτη νς΄. καὶ ἥμισυ, καὶ ἡμέρας δέκα.] Habet MS. ἔτη νς΄. ἥμισυ ιω΄. quae emendate et expanse lego ἔτη πεν-

τήκοντα ἓξ, καὶ ἥμισυ καὶ ἡμέρας δέκα, vel ἕνδεκα. hoc quidem, si ιω΄. in ια΄. commutes: illud ι΄. μ΄. id est, ι΄. ἡμέρας censeas reponendum. Scaliger exscripsit pag. 7. ἔτη νς΄. ιω΄.

Κρόνος ἔτη μ΄. καὶ ἥμισυ.] Exhibet MS. Regium ἔτη μ΄. ἥμισυ. Reddit Scaliger ἔτη μ΄. Medietatis notam hanc ◡ esse dissimulavit.

Ἐβασίλευσεν Ὄσιρις καὶ Ἶσις.] Osiris Typhonis frater ab eo vita regnoque privatus ex Eusebio lib. 2. de Praep. Evang. cap. 1. ineunte, et ex Synesio lib. 1. de Providentia sub initium nullum habuit inter se fratremque Aegyptiaci regni successorem, quare Anonymi istius annos Isidis regno post viri mortem non imprudenter assignavero, vel post Saturnum regem quartum, Iovem quintum, sextum Osirim, et tandem septimum Typhonem collocare non dubitavero. Is est enim illorum ordo ab Eusebio loco citato relatus: et quamvis Iupiter memoretur infra sede decima sexta, nil tamen impedit, quin hunc diversum, et ut tempore, ita potestate, dignitate, honoribus maiorem aestimemus. Typhonem quoque Deorum catalogo expungo, quem tenent Aegyptii sceleratissimum: mendose quippe scripsit Librarius περὶ δυναστειῶν ις΄. ἤτοι Θεῶν τῶν μηδέποτε γεγονότων ζ΄. vice ζ΄. repono ς΄. Author enim habet inferius emendate. p. 41. B. τὰς βασιλείας τῶν παρ᾽ αὐτοῖς βασιλευσάντων θεῶν γενεῶν ς΄. ἐν δυναστείαις ς΄.

Αἰγυπτίων ς΄. ἐβασίλευσεν.] Eius nomen et annos in Excerptis Latinis Scaligeri reperio pag. 60. inter verba haec. *Post hunc Solem Ifesti* (τοῦ Ἡφαίστου) *an.* 77. *Post istum Osinosirim an.* 420. *Post hunc Oron Ptoliarchum an.* 28. *Post hunc*
V. 9 *Typhona annis* 45. Observa Oron Ptoliarchum inter Osirim et Typhonem recenseri medium: Qua ratione annorum numerum Graeca et Latina excerpta diversum reddant, investigare non est huius loci.

Τῷ ͵αμβ΄. ἔτει τοῦ κόσμου.] Emendata lectio ͵αρμβ΄.

Pag. 20. *Ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ιδ΄.*] Anno a mundi conditu 1287. Mathusala natum statuunt 70. Interpretes, exindeque annos 969. superstitem ad annum mundi 2256. egisse: diluvium itaque, quod ex eorum calculis anno 2242. mundum delevit, annis quatuordecim superavit. Absurdum sane commentum, quod olim famosae et omnium Ecclesiarum ore ventilatae disputationi dedit argumentum; quibusdam Graeci textus errorem asserentibus, aliis cum Graecorum tum Latinorum Mathusala diluvio ereptum contendentibus. Dissidii huiusmodi testes sunt Hieronymus quaest. Hebr. in Genesim, et Augustinus 15. de Civit. Dei cap. 11. et 13.

Ἔτη ιδ΄.] Quatuordecim duntaxat annos Mathusala diluvium excessisse, qui 70. Interpretum sequuntur textum, posuere, nec Africanus quintumdecimum potuit admittere: unde mirum, cur, cum in textu pag. 4. tum in Notis pag. 243. Scaligero pla-

cuerit quindecim numerare. Solis quatuordecim oneratur nostri textus ora, aliis haud dubie in textus eiusdem sensu desideratis, indice de Librarii defectu Lectorem admonente, et ad marginem desiderata reperturum amandante: Verum obliteratis characteribus et corrosa membrana potioribus oculos fugientibus, vix legi quidquam potest, aut etiam opinione coniici.

Εὑρεθήσεται ὁ Μαθουσάλα ϡμθ'. ἐτῶν τελευτήσας.] Ex propria, et ipsius Eusebii sententia, ducit eum Author, quod aiunt, in incommodum eiusmodi, ut se propriis armis conficiat. Authoris opinio, quae communis est, Mathusala publico totius orbis naufragio periisse statuit anno vitae 969. a mundi incunabulis 2242. ex quo Eusebium diluvii cladem eodem anno reponentem paralogismi convicturus, Mathusala non plures 949. annis vixisse hoc pacto colligit. Interiit Mathusala diluvii aquis, si publicae voci credimus, anno 2242. et Eusebius ipse fatetur: Eusebius tamen ducem Africanum in plerisque laudat et sequitur: Africanus autem diluvii casum ad annum 2262. submovet: Eusebius igitur, fixo ad annum mundi 2242. diluvio, totis viginti annis, id est 949. solummodo, vitam Mathusala minorem scripsisse declaratur. Qua ratione propulsaret iniuriam Eusebius, non ignotum. Sane Georgio, cum ex ea, quam ipse tuetur; tum ex opposita, quam adversarius sustinet opinione, ipsum adversarium aggredi, familiare: quod an plane legitimum, definire vereor.

Διὸ καὶ μᾶλλον ἄν τις τῷ ρνα'.] ρνα'. vice ρνγ'. restituendum. Ut enim Mathusala 969. annis natus diluvio interierit, mundi 2242. debuit prius anno 1273. in lucem prodiisse. Enoch vero pater eius solem primum aspexerat anno 1122. non potuit itaque alio quam vitae 151. filium Mathusala procreare. Textum utrumque Latinum ac Graecum Author conciliat: nec, ut Africanus Mathusala vitam supra diluvium prorogat, nec difficultatem in Septuaginta Interpretum textu occurrentem ad Hebraeam litteram confugio vitat, sed quo foedatus erat, Graecum textum expurgat mendo. Hoc Authoris est in Graecos beneficium. Qui porro sint annorum numeri in altera ex tribus linguis integriores, alii discutiunt: mihi penes Graecos commendatum Authorem reddere sit satis. Huius loci memoriam habens eruditissimus Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 8. Africani mentem expositurus erroris arguit 70. Interpretum textum: seipsum nihilominus confestim emendat, ubi diluvii anno 2242. consignandi assertores germanam et a 70. Interpretibus conceptam annorum summam tenere pronunciat.

Pag. 21. *Οὗτος ἅπαντα πλείονα χρόνον.*] Hanc Africani sententiam Scaliger Eusebio perperam imputat pag. 4. ut et sequentem. *εἰσὶ τρεῖς ὁμωνυμίαι.*

Ὁ δ' ὑστερεῖ τούτῳ.] Anno aetatis 31. crucis mortem Christum subiisse Africanus asserit Georgio teste pag. 325. C. Istos idcirco annos 31. aliis Mathusalae 969. additi, chiliados integrae complementum, et mysticum numerum arbitratur reserare.

Τῷ ͵αφλε'. ἔτει Καῒν ἀπέθανεν.] Eundem annos ante 605. obiisse Apocrypha Genesis testata est pag. 11. Repono itaque Cainan vice Cain: ille etenim anno 625. natus, annis 910. vixit, et communi mundi 1535. defunctus est.

Τῷ ͵αῳκε'. ἔτε Ἰάρεδ ἀπέθανεν.] Repone ͵αῳκβ'.

Pag. 22. Ἅ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ.] Imo in Armenia: nisi Librarius cunctis authoribus certior vaticinetur. Cedrenus ex Georgio: τὰ ὄρη Ἀραρὰτ ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ Ἀρμενίας. τινὲς δέ φασιν ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας. Author ipse inferius: ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἀραρὰτ, τοῦτ' ἔστι τῆς Ἀρμενίας.

Τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας.] Quod Phrygiae nigrae mons sit Ararat, ex quo Marsyas fluvius emanat, et Ortelio teste ex oraculis Sibyllinis dicatur in eo arca constitisse. Conciliatas de diversis quibus arca resedisse dicitur locis sententias lege inter Allatii notas ad Eustathii pag. 49.

Τῷ ͵βσϛ'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Correctior ͵βσζ' numerus scribitur pag. 21. A.

P. 10 Τῷ ͵βσλϛ'. Μαθουσάλα ἐτελεύτησεν.] Haec expungenda: vel ab ipso Authore cum superius scriptis pag. 20. D. et 114. A. in concordiam adducenda.

Ἐνιαυτοῦ καθ' ὃν εἰσελθὼν Νῶε.] Anni formam diluvii tempore usitatam coniicere, nullus, reor, audebit: ad menses tamen et annos sua aetate receptos antiquiora diluvio tempora Mosen accommodasse, non negabit nisi qui discrimen hactenus ignotum proferet: Iudaicos menses a Mose significatos censet Author, et ad eorum dies, memoratos Genes. cap. 7. et 8. dies et menses, eosdemque Romanis et Aegyptiacis compositos hic refert.

Τῇ κζ'. τοῦ δευτέρου μηνός.] Latini cum Hebraeis 17. scribunt: Graeci 70. Interpretes sequuti 27. de quo discrimine Geneseos Expositores.

Ἐπὶ ἡμέρας μ'.] Quorum terminus est 5. Thamnei, 4. Epiphei, Iunii 28. adeoque hebdomados quintus: ex quo correctio textus innotescit. Adeunda hic mensium concordia superius pag. 4. posita.

Pag. 23. Μετὰ τὰς ρκ'. ἡμέρας.] Ex variis mensium formis, et Graeca Latinaque sacri textus cum Hebraico collati versione, quadraginta inundationis dierum, tum aliorum viginti supra centum sequuturum notitiam, ac deinceps mensis septimi, quo arca requievisse creditur, ordinem, ut assolet, diligenter investigat, et uberrime exponit in re temporaria exercitatissimus Petavius lib. 9. cap. 10. A quatuor autem ac aliis viginti modis, quibus inter se

componuntur, diversus est omnino, quem Author hic profert et solerter explicat, quemque ad Hebraicorum mensium servatam ab eo normam brevius in medium adduco. Reseratis coeli cataractis per continuos quadraginta dies a Maii 20. die Dominico litera G. notato, ad Iunii 28. copiosis imbribus inundata est terra. *Facta est pluvia super terram 40. diebus et 40. noctibus.* Genes. 7. v. 12. Exinde, quae Authoris mens est propria, centum et decem dies numerati sunt, a Iunii nimirum 28. ad Octobris 16. vel ut scripturae convenientius loquar, a primo ruentis in terras imbris die Maii 20. ad Octobris 16. centum et quinquaginta sunt interiecti: post ultimum quorum limitem aquae coeperunt imminui ac subsidere. *Reversaeque sunt aquae de terra euntes et redeuntes: et coeperunt minui post centum quinquaginta dies.* Genes. 8. v. 3. Erat Octobrilis ille 16. dies hebdomados tertius, qui Martis litera B. signatus. Subiungit Moses v. 4. *Requievitque arca mense septimo, vicesimo septimo mensis, super montes Armeniae.* Mensem illum septimum, non a primo aquarum lapsu, sed ab ultimo post quadraginta dies casus earum termino putat Author Georgius. Is est Iunii 28. a quo ad Ianuarii 22. quo arca consedisse narratur, ducentis et octo diebus numeratis, et in tricenarios menses divisis, Ianuarii secundus et vigesimus, nec non septimi ab eodem momento numerandi mensis octavus V. 10
supra vigesimum esse comperitur, et eodem ineunte, completo videlicet vigesimo septimo, Geneseos verbis aperte celebrato, arcam ex Authoris sententia requievisse asseremus: vel certe hac expositione reiecta, cum a Iunii 28. non longe sit Aegyptiaci Epiphei principium, quem sequuntur Mesore Thot Phaophi Athyr Chaeac et Tybi, cuius vigesimus ac septimus dies concurrit in Hebraici Sabbat neomeniam et Romani Ianuarii 22. hic, inquam, Tybi Aegyptiacus, cum a 40. dierum diluvio sit mensis septimus, non insulse ponit Author eius die 27. in neomeniam Sabbat et Ianuarii 22. incidente arcam in Armeniae montibus haesisse, hebdomados, subdit ille, die secundo, Lunae nimirum dicto, cuius littera G. eodemque die detecta fuisse montium cacumina referuntur versu 5. *At vero aquae ibant et decrescebant, usque ad decimum mensem,* (Sabbat) *decimo enim mense,* (a Nisan primo) *prima die mensis* (Sabbat) *apparuerunt cacumina montium.* A Ianuarii porro secundo supra vigesimum, aliis 40. diebus exactis, emisit Noe corvum ex arcae fenestra Martii die tertio, hebdomados septimo, cuius littera B. est nota. Tum bis emisit columbam, Martii videlicet 10. et 17. ac postmodum 25. neomeniae Nisan comite illucescente conspexit aquas imminutas: *primo mense, prima die mensis,* (quae anno renovato hebdomados feria secunda est) *imminutae sunt aquae super terram.* Genes. 8. v. 13. Maii demum 20. qui notatus littera G. et hebdomados secundus, solitae suae siccitati vidit Noe restitutam terram. *Mense*

secundo, septimo et vigesimo mensis arefacta est terra. v. 14. revoluta ab ineunte diluvio solis annua periodo. Circa textum Authoris observandum, eum annui Kalendarii tabulas sibi proprias respexisse, nec Ianuario mense iuxta Iulianum morem, litterarum ferias indicantium mutationem fecisse: qua ex observantia contigit, ut eadem retenta littera, in iis quae post Ianuarii Kalendas accidisse narrat, in eandem quoque feriam coniiciat: alias non levis esset eius, vel Librarii error, anni Iuliani dies ad alterius anni Nisan Kalendis incipientis commetiendos non attendentis. Caeterum frequentiores marginis emendationes, velut adiunctae reliquae, ex Romanorum Aegyptiorum et Iudaicorum mensium laudata tabula comprobantur.

Pag. 27. *Ταῦτα μὲν ἐκ τῆς.*] Laudat Authorem Scaliger, et Augustino de Civit. Dei superius citato consentire scribit, et ad verbum transcribit pag. 245.

Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν.] Non in apocrypha modo Eliae revelatione, sed in probatis et receptis Isaiae vaticiniis praesens hic locus reperitur cap. 64. in quem Hieronymus. *Paraphrasin huius testimonii quasi Hebraeum ex Hebraeis assumpsisse Apostolum Paulum de authenticis libris in epistola, quam scribit ad Corinthios non verbum ex verbo reddentem, quod facere omnino contemnit, sed sensum exprimentem veritatem, quibus utitur ad id quod voluerit roborandum.* Quam Pauli epistolam cum quidam fide nutasse ob testimonium ex apocryphis eductum suspicarentur, merito succenset Hieronymus in Matthaei caput 2. v. 9. scribens. *Apocryphorum deliramenta conticeant, quae ex occasione huius testimonii ingeruntur Ecclesiis Christi.*

Ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τοῦ Ἱερεμίου.] Hieronymus iterum in illius epistolae cap. 5. *Ego certe secundum paupertatulam meam omnes editiones veterum scripturarum, ipsaque Hebraeorum volumina diligenter eventilans nunquam hoc scriptum reperi.* D. Thomas ad illa verba Isaiae 60. *Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum* etc. censet Apostolum allusisse. Hieronymus iterum. *Qui simplici responsione contentus est, dicet, in reconditis eum Prophetis, et his quae vocantur apocrypha, haec lecta in medium protulisse (sicut et in aliis quoque locis eum fecisse manifestum est) non quod apocrypha comprobaret: sed quod et Arati et Epimenidis et Menandri versibus sit abusus ad ea quae voluerat in tempore comprobanda. Nec tamen et Arati et Epimenidis et Menandri tota quae scripsere sunt sancta, quia vere eos aliquid dixisse testatus est.*

Pag. 28. *Βηρωσσὸς δὲ ἐν τῇ πρώτῃ.*] Alexandri, non Berosi scripta Authoris tempore, quod non huius, sed illius authoritate utatur, extitisse suspicor. Author ipse inferius. *Ταῦτα φησὶ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ φάσκειν.*

Pag. 29. *Κατὰ δὲ ἰσόψηφον Σελήνη.*] Ἰσόψηφα *Sunt*, ait Scaliger, *quorum literae secundum potestatem numerorum eandem summam conficiunt. At θάλασσα sunt* 441. (melius putasset 442.) P. 11
σελήνη autem 291. (reperio ego 301.) *quomodo igitur ἰσόψηφα esse ait? Sed fortasse Chaldaice sunt ἰσόψηφα. Ne sic quidem: et quo longius a vero recedetur, eo propius ad nugas accedetur.* Nugarum ergo metam Scaliger attigit, qui ἰσόψηφα in numeris, et non in sensus paritate quaerit.

Pag. 31. Ἐν τοῖς Κορκυραίων ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας.] *Τὸ, Κορκυραίων*, mendosum est, cuius vice reponendum ex Iosepho *Κορδυαίων*, ex Epiphanio *Καρδυέων*, et ex Petavio in Animadv. ad Epiphanium *Γορδιαίου*, quod Chaldaei pronunciant *Cordu.*

Διαμένειν.] Attestatur Iosephus lib. 1. cap. 4. οἱ ἐπιχώριοι Ἀρμένιοι τὰ λείψανα τῆς κιβωτοῦ ἐπιδεικνύουσι. λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τὶ εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. *Armeni incolae reliquias arcae demonstrant. Fertur enim et navigii huius pars ad montem Gordyaeorum superesse, et quosdam bitumen inde abrasum reportare: quo vice amuleti loci eius homines uti solent.* Epiphanius statim initio Panarii. ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦ Ἀραρὰτ ἀναμέσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυέων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ. *In Ararati montibus Armeniam inter et Cardieos in Lubare colle. Luban* prave scripsit Cedrenus. *Massis* moderni vocant incolae, et inter aggestas nives reliquias illas asservari praedicant: montis verticem, quaqua per gyrum eminet et conspicitur, illi venerantur: ab accessu loci secreta virtute, sic illi testantur, se prohiberi: solumque Iacob Mousponoë Catholicum, id est Armeniae Primatem, ligni fragmentum ab Angelo acceptum in oppido Aquiri ad montis radices deposuisse, me audiente, narrabant Armeni PP. Ordinis Praedicatorum soli fidei Orthodoxae usque hodie per Armeniam authoritate Apostolica praecones.

Pag. 32. *Διὸ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀπείρων.*] His inter Animadversiones pag. 246. a Scaligero relatis, Aniani et Panodori sententia non reprobatur penitus, Georgius vera validis rationibus eam insectatus laudatur.

Ποιεῖ ἔτος ἓν, καὶ μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδας τρεῖς.] Aliter Regium et obscure penitus, hoc pacto νῆρος χ΄. ἡμέραι ποιεῖ ἔτος ἓν ᔕ. γ΄. quae expanse et nonnihil correcte scripta referunt νῆρος ἑξακοσίων ἡμερῶν ποιεῖ ἔτος ἓν, καὶ ἥμισυ, καὶ τριμόριον. Notam quippe ᔕ τὸ, ἥμισυ significare soli notarum nesciunt ignari: τὸ, γ΄. τριμόριον, sive τρίτον μέρος repraesentare. Ita quippe comparantur numeri plures invicem se sequentes ut secundus sit primi, tertius secundi fractio: sic ὥρα μία, ια΄. δ″. η‴. hora una, 11′. 4″. 8‴. horam unam, minuta undecim, scru-

pula secunda quatuor, scrupula tertia octo dicit. *τὸ*, ◡*γ'*. itaque, *ἥμισυ μετὰ τοῦ ἡμίσεως τριμορίου* designabit; annum videlicet mensium duodecim tricenariorum, sive dies 360. tum annum medium, dies intellige 180. ac medii denique anni trientem, mensibus duobus tricenariis absolvendum: numeri vero, 360. 180. et 60. ad invicem iuncti reddunt 600. quot nerus dies continet. Emendavit et una exposuit laudatus Scaliger p. 246. *ἔτος ἓν, καὶ μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἡμέρας κε'*. Annus unus dat dies 365. menses 7. dies includunt 210. id est cum prioribus 575. quibus alii 25. adiecti neri numerum 600. absolvunt. *τοῦ, γ'*. ratione *ἑβδομάδας τρεῖς* reposui numerum rotundum pro accurato. Diceret alius *τὸ μῆνας ζ'*. excidisse Librario, cum scribere debuisset *ἔτος ἓν, μῆνας ζ'.*◡ *γ'*. id est *ἔτος ἓν, μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἥμισυ, καὶ τριμόριον τοῦ μηνός*. Annum unum dies 365. interpretor: menses septem, dies 210. cum medio mense, dies 15. et mensis partem tertiam, dies 10. Summa est 600. Haec
V. 11 argutia cum Scaligeri expositione convenit: dies enim 25. sunt mensis medius, et mensis pars tertia.

Καθ' ἕκαστον ποιοῦσιν ἔτη ͵αρπγ'.] Locus alter MS. obscurus et corruptus Arithmeticae opem, et notarum peritiam huc arcessit. Habet illud *ποιοῦσιν ἔτη ͵ατπγ'. μῆνας ϛ'.* ◡*γ'*. Repono *͵αρπγ'*. dierum etenim myriades 43. et 2000. per 365. distributa annos conficiunt 1183. $\frac{205}{365}$. dies porro illi 205. menses sunt sex, cum medio, et diebus decem. *μῆνες ϛ'.* ◡*γ'*. percipe *μῆνες ἓξ, μετὰ ἡμίσεως, καὶ τριμορίου*. Scaliger pag. Animadv. 246. *μῆνες ἕξ, καὶ ἡμέρας κε'*. clarior expressit: ad Librarii characteres ego vicinior accessi ex praeeunte nota.

Πληροῖ χρόνον τῶν ͵βσμβ'.] Ex 1057. et 1183. conflantur 2240. Menses sex et dies 25. in annum reputantur, cuius terminus est mundi 2242. quo ineunte diluvio terra submersa est. Alia lectio *͵ανη'*. probabilitate sua non caret, ut annis 1058. et 1183. simul iunctis, et inclinato iam mundi 2242. anno diluvium erupisse concipiatur. Hebdomadum enim 55167. numerus in dies 386169. resolutus, tum dies in annos compacti, menses fere tres supra 1058. annos relinquunt residuos: qui cum annis aliis 1183. et mensibus fere septem compositi, diluvium in anni 2242. finem (quod scripturae videtur adversum) remoratur.

Τὰ πρὸ παραβάσεως ἕως τοῦ ρξε'. Ἐνὼχ, ͵ασπζ'. ἔτη.] Haec propria praesentis loci depravati correctio. Etenim a mundi ortu 1287. Enoch aetatis 165. numerabat ex pag. 19. D. et 113. C. quo Egregorum transgressio annis 1000. 1058. et 1077. cepta, ad nequitiae supremum culmen provecta est.

Ἕως τῆς κ'. ἐτηρίδος Κωνσταντίνου.] Panodori Eusebium incusantis nomine haec scripta repraesentat Georgius, et observat Scaliger pag. 246. *εἶτα τὴν τῶν Χαλδαίων, φησὶν, ἀμφίβολον*.

Pag. 33. Ἐτῶν ,εϡδ'.] Ut Panodori anno a Christi incu-
nabulis 411. Chronologicum opus moliti lapsus reparet, ac pe-
riculis ex eius lectione emergentibus obviam ire videatur, ex
eius opere Chronico verba haec, ut sumus praefati, Author Geor-
gius referre perseverat. Et Berosi quidem Manethonisque sen-
tentiam, huius Aegyptiorum, illius Chaldaeorum imperia, per
annorum aliquot myriadas ante diluvium statuentium, quibus pot-
est oppugnaturus rationibus Anianum Panodorumque Monachos
Aegyptios, scriptorem utrumque benignius interpretatos, tacitis
licet eorum nominibus censuit confutandos. Iidem vero Theo-
philo sedem Alexandrinam sub Arcadio principe moderante, cum
in Aegypto Chronica sua conscripserint, quibus nonnihil authori-
tatis idololatriae vel haereseos cultoribus ob Berosi Manethonisque
mentem suavius expositam censet Author accessisse: hinc idolola-
triae, Arianorum, Manichaeorumque haeresibus refellendis Chro-
nologiam edere meditatus, ad laudati Theophili idololatrarum et
Arianorum adversarii aetatem ab orbe condito 5904. secus posito
praefatorum Aegypti Monachorum invento, ex ipsorum verbis
memoriam agere non veretur. Floruit ille Theophilus sub Arca-
dio, et exactis in Pontificatu annis 28. scribit Theophanes, Theo-
dosii iunioris septimo, reparatae salutis 407. diem extremum obiit.
Qua porro pietate turpium sacrorum execrandos ritus Alexan-
driae sustulerit, altaria deiecerit, ex metallicis simulachris num-
mos conflaverit in pauperes erogandos, unde sibi nomen εἰδω-
λοκτόνου promeruit, refert Theophanes brevi publici iuris facien-
dus anno magni Theodosii 12. De quo iterum in seqq.

Ἐπὶ Θεοφίλου κβ'. ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.] Hunc eun-
dem, vigesimum sextum Nicephorus numerat: sed falso. Post
Theonam enim, quem cum ipse, tum Georgius noster ad operis
calcem, tum Theophanes sub operis initium, sexto decimo locat
ordine, Petrus Martyr sedem obtinuit decimus septimus, cui de- P. 12
cimus octavus successit non Achillas qui λιτὸς ἱερεὺς, *et simplex
Presbyter* fuit, sed Alexander unus ex Nicaenae Synodi Patribus,
decimus nonus Athanasius Alexandrinam rexit Ecclesiam, cui vi-
gesimus alius Petrus suffectus est, deinde Timotheus vigesimus
primus, ac denique secundus supra vigesimum hic Theophilus.
Authoris catalogo aliis enumeratis adversatur Nicephorus. Theo-
nae namque ab ipso pariter et a Georgio in sextum decimum ad-
misso decimum septimum Petrum Martyrem substituit, decimum
octavum Achillam, 19. Alexandrum, 20. Athanasium, 21. Atha-
nasium eundem exilio revocatum, 22. Georgium Arianum, et
Athanasium tertio sedi restitutum, vigesimum tertium Petrum
supra memoratum, 24. Lucium Arianum, 25. Petrum iterato
suffectum, ac demum 26. Theophilum, de quo sermo. Verum
expuncto Georgio haereseos antistite per vim, legitimo Pontifice
adhuc vivente, in sedem intruso, omissis etiam Athanasii Petrique

reparatis Pontificatibus, Achilla pariter quem Eusebius et eum sequutus Baronius solo Presbyterii gradu provectum asserunt, superest Theophilus vigesimo secundo, non 26. loco reponendus. Quare licet Achillam inter Pontifices Alexandrinos recenseat Theophanes, ut nuda tamen Presbyterii dignitate insignis, quodque Arium incautus susceperit ab eorum albo videtur ab Authore expunctus. Abraham Ecchellensis, qui eum sub Archelai nomine decimum octavum recenset, et Theophilum tertia supra 20. sede locat, de eo ita scribit p. 116. *Archelaus sedem tenuit* 6. *mensibus tantum. Causa autem eius mortis fuit, quod Arium susceperit imprudenter: ideoque occidit illum Deus etc.*

Ἕως τοῦ ρξε΄. ἔτους τοῦ Ἐνώχ.] Praesens emendatio, et ͵ασπϛ΄. vice ͵ασπζ΄. numerus reponendus probant pag. praecedens, et nota superior quarta.

Γίνονται ἡμερῶν μὲν μυριάδες μϛ΄. καὶ ͵θτϟ΄.] Anno 1286. in dies 365. distribuenti emendatio ͵θτγ΄. vice ͵θγϟ΄. oculis patet. Vide notam sequentem.

Ἑβδομάδων δὲ μυριάδες ϛ΄. καὶ ͵ζνϛ΄.] Annos iterum 1286. in hebdomades 52. si diviseris singulos, hebdomades 66872. nullo negotio colligis. Annua vero periodus cum supra hebdomades 52. diem adhuc residuum relinquat: residuis illis diebus 1286. in hebdomades conversis, earum summam 183. et dies 5. reperis: hanc adiunge priori 66872. et hebdomadum 67055. numerum obtinebis.

Pag. 34. *Ἀπολλοδώρου.*] Photius de eius scriptis. *Βιβλιοθήκη αὐτοῖς ἡ ἐπιγραφὴ περιεῖχε τὰ παλαίτατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, ὀνομασίας ποταμῶν, καὶ χωρῶν, καὶ ἐθνῶν, καὶ πόλεων. ὅθεν καὶ τὰ πολλὰ ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἀνδρῶν τινῶν πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχων, καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνης τινὰς μάλιστα Ὀδυσσέως, εἰς ὃν αὐτῷ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει. Illis a Bibliotheca nomen erat. Continebant antiquas quasque Graecorum historias, et quae sive de Diis, sive de Heroibus temporis ratio dedit opinanda, cum appellationibus fluminum, regionum, gentium, et urbium. Hinc et pleraque antiqua ad ipsa Troiana tempora descendens refert. Virorum quoque nonnullorum inter se pugnas, resque gestas commemorant, et capta iam Troia errores quorumdam, praecipue Ulyssis, in quem priscarum rerum ratio terminatur.*

Pag. 35. *Ὀλόφωτον ἡμέραν.*] Quae a reparata creatura, et in lucem Dei filiorum translata, prima est, quam fecit Dominus: cuius nox, perpetua est *δαδουχία*, inquit Gregorius in ipsam novam Dominicam, lux vero sequens apud modernos prae cunctis diebus *λαμπρᾶς* sibi nomen promeretur.

Πασχουαλίῳ τῶν φλβ'.] E cyclo lunari annorum novemdecim, et solari annis octo supra viginti perficiendo in se se ductis exurgit ille magnus 532. annorum cyclus, secundum quem a reparata Christi per Resurrectionem a mortuis vita, Paschales suas tabulas digessit Annianus ante Cyrillum et Dionysium Exiguum opus simile sequutis temporibus molitos: Anniannaeas memorans Authors annis totidem pares duraturas pollicetur. Utrasque nobis deesse querimur; illas, quod perierint, has, quod ab Authore non fuerint editae.

Λειπομένην ἔτεσιν ἑπτά.] Quod a mundi conditu ad Christi natalem diem solos 5493. numerat Panodorus, Author septem alios adiungat annos. V. 12

Ἀμφότεροι δὲ αὐτῶν.] Leguntur haec apud Scaligerum pag. 246. partim emendata, et corrupta ex parte. Emendantur quidem haec MS. verba, ἤτοι τῶν ρκδ'. his aliis ἤτοι τῶν ρκ'. σάρων, a Scaligero repositis, et in Authoris textu superius lectis pag. 17. B. Alia vero καὶ ἀναλύσεως καὶ μερίσεως αὐτοὶ πεποιήκασιν, ad Authoris mentem et Librarii calamum fidelius mihi reparantur, οὗ (μυριαδισμοῦ.)] καὶ ἀναλύσεως καὶ μερίσεως αὐτοὶ πεποιήκασιν ἔκθεσιν, quae tandem sana et integra εἰδὼς Χαλδαίους μὲν ἀπείρους αἰῶνας τῆς κοσμογονίας εἰσάγοντας, in ista, εἰδὼς Χαλδαίους ἀπείρους αἰώνων τῆς κοσμογονίας transmutat.

Ἐν κε'. περιόδοις ἐτῶν.] Aegyptiacus annus ob diei intercalaris defectum singulis quadrienniis uno die principium suum antevertit in anno Iuliano. Mille tandem cum sexaginta supra quadringentos elapsis annis ad eam anni Iuliani sedem unde discesserat regreditur: quater quippe 365. reddunt summam 1460. Ea quinquies ac vigesies multiplicata, 36500. annorum colligitur periodus, qua syderum et caelorum ad primos carceres reditum, ac totius universi renovationem praedicant Aegyptii.

Ἐν τοῖς Γενικοῖς Ἑρμοῦ.] Mercurius is est, qui vulgo τρισμέγιστος audit: de cuius scriptis Eusebius de Praepar. Evang. lib. 1. cap. 9. et lib. 2. cap. 1. et in contrariam inclinans sententiam Genebrardus ad annum mundi 3830. Mercurii opera Astrologica Ioachimus Camerarius dicitur interpretatus apud Gesnerum. Poemander eius Gallice loquentibus familiaris est. Iathromathematica, et Centiloquium iam olim eius nomine (si tamen non ementitum) edita summam eius in Astrologicis eruditionem demonstrant. *Sed et Astronomi disciplinae suae ducem praedicant Hermetem:* scripsit Casaubonus in Exercit. de iisdem testatur Clemens Alexandrinus libro 6. Stromat. Eam ob rem *Γενικὰ* ab eo scripta reor, vel *generales* Astrologiae *regulas*, vel *Genethliacos tractatus*, hominum *γενικὰ* sive *γενεὰς*, eventus nimirum ac sortes eorum natalibus ex astrorum virtute alligatas

exponentes. Scaliger in adversum abit: et, *Puto*, ait, not. pag. 248. *in libro illo origines contentas fuisse, ut prima pars primi libri Mosis dicitur* ספר תולדות *βίβλος γενική*. *Imo per γενεὰς Manetho digessit tempora sua.* Haec apud me valerent, si Historiam, non Astrologiam τὰ Γενικὰ spectarent: verum fabularum ab Authore Georgio exsufflatarum etiam in fabuloso Mercurio Scaliger *Origines* perscrutatur.

Καὶ ταῖς Κυραννίσι.] *Omnino est verbum Arabicum* scribit Scaliger. Cur non Graecum, et nobis ex Herodoto lib. 4. cap. 19. notum? insulae videlicet ad Lybiam, ex qua Mercurius Aegyptius (ut Hippocrates Cous Coaxae) nomen operibus imposuit. Atenim meliora placet ex Allatii rescriptis producere. Memorat Hermetem Manetho in rebus Astrologicis, et annuo solis motui subiectis: Quocirca causas, effecta, signa Astrologica tractare suspicor τὰς κυραννίδας. Sicut itaque Γενικὰ καὶ Κυραννίδες Astrologica vocabula: non enim aliud mihi sonant quam *scripta*
P. 13 *de rebus generatis, et praedeterminantibus, scilicet stellis, in earum nativitate.* Ea siquidem est Astrologis materia familiaris. Taceo quid κύριος vel κυρὰ nostris significet. Ineptias proferimus, si ad Arabes hic recurrimus. Quid? Arabes qui vivunt hodie, qua lingua pristini Hermetis coaetanei utebantur, etiamnum loquuntur? Hodiernum *Coran* Scaligeri Hermetis operi nomen antiquissimum potuit indidisse? Quodnam, sodes, Arabico *Coran* et Hermetis Astrologi *Κυραννίσι* commercium? Unum tamen alteri comparavit Scaliger. Hinc ille mira, hinc antiqua et obsoleta revelat: non nova, utinam, et falsa.

Pag. 36. *Συνῆξεν χρόνον ἐτῶν ͵βτμβ΄.*] Ita exemplar Latinum quo Scaliger est usus: Pontanus in annum alterum vicennalia Constantini differt.

Ἐν τῷ κατὰ πλάτος.] Partes Chronici duas fecit Eusebius: priorem Author nuper appellabat ἀνακεφαλαίωσιν, secundam nunc, τὸ κατὰ πλάτος χρονικὸν vocat. Utriusque partem scopus est idem, regnorum videlicet et hominum, quorum praecipua superest in Chronicis memoria, origines ac terminos per certa temporum intervalla et series ordinatas recensere. Id prima pars ἀνακεφαλαιωδῶς breviter et summatim perstringit: posterior, κατὰ πλάτος, diffusius et ordinatius explicat. Ita Scaliger praesentem Authoris locum in Eusebianarum animadversionum prooemio referens. Partis utriusque ideam in Latina Hieronymi versione lector contemplabitur.

Πλὴν καὶ Εὐσέβιος καὶ Ἰώσηππος.] Ubi asseruerint non extat. Iosephus quidem Berosum, Hieronymum, Aegyptium, Mnaseam, et Nicolaum Damascenum de diluvio et arca scribentes adducit cap. 4. at de Chaldaeorum ante diluvium imperio, ne vestigium quidem.

Pag. 38. Ἐκ τῶν Ἀβυδινοῦ.] Abydeni fragmentum Scaliger reposuit in Eusebii Chronicon, quasi ab Eusebiŏ quondam scriptum, ut antiquis hisce fabulis eum fidem persuadeat adhibuisse: Recta simul nonnullorum hic memoratorum nomina depravat.

Μετὰ Εὐεδώρεσχον.] Haec quidem Eusebius ex Abydeno, at non in Chronico, sed de Praep. Evang. cap. 10. quae nihilo secius Chronicis Eusebianis inserit Scaliger pag. 8. pleraque vero verba depravat, alia in Regio corrupta restituit, reliqua nos ex citato de Praepar. Evang. loco.

Pag. 40. Ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ.] *Quae nobis ignota:* scribit Scaliger pag. 248. Plinio nota Seres, oppidum nimirum inter Aethiopiam et Aegyptum, lib. 6. cap. 29. notus quoque mons Seridos, quo Arphaxad columnas duas, lapideam unam, alteram latericiam figuris et astrorum nominibus signatas reperit, quas a posteris Seth cladium per aquam et ignem toti orbi eventurarum praesciis positas ex Ioanne Historico refert Eustathius in Hexamero. *ἥ τις στήλη μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εὑρέθη εἰς τὸ Σηριδὸς ὄρος, καὶ ἔστιν ἕως ἄρτι. Utraque columna post diluvium in monte Seridos inventa, et hucusque perseverat:* An ab eo *Σηριδικὴ* vel *Σηριαδικὴ γῆ* nullus dubitaverit, qui *κατὰ τὴν Συριάδα* verba Iosephi vitiata, pravamque adeo versionem, *in terra Syria* ad caput 3. libri 1. Antiquit. Iudaic. calcem mecum observabit. Non occulta pariter Pausaniae ad lib. 6. metam Seria insula, nec Heliodoro Seres Aethiopes Aegypto vicini, de quibus hic Aethiop lib. 9. *γινώσκεται δὲ ἡ Σηρία νῆσος ἐν μυχῷ θαλάσσης κειμένη τῆς ἐρυθρᾶς. ἤκουσα δὲ ὡς, οὐχ ἡ ἐρυθρά, ποταμὸς δὲ, ὃν Σῆρα ὀνομάζουσιν, οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν νῆσον αὐτὴν, ὥσπερ καὶ Αἰγύπτου τὸ δέλτα ὑπὸ τοῦ Νείλου, καὶ οὐχ ὑπὸ μιᾶς περιέχεσθαι θαλάσσης. τοιαύτην ἑτέραν, καὶ τὴν Σηρίαν νῆσαν εἶναι. οὗτοι μέν τοι καὶ τοῦ Αἰθιόπων γένους αὐτοί τε εἰσὶν οἱ Σῆρες. Satis constat Seriam insulam sitam in rubri maris recessu. Audivi vero qui dicerent, non mare rubrum, sed Serem omnem insulam illam facere, non aliter quam Nilus, eam, cui Delta nomen, neque enim mari ulla ex parte cingitur: et hanc quoque Seriam insulam pari modo constitui. Hic quidem Seres ad Aethiopum genus revocantur.*

Κειμένων στειλῶν.] Ad Erythraei littoris Pylas insulas columnas sive stelas lapideas literis insculptas quondam visas narrat Plinius loco nuper laudato, quo sculpendarum litteris columnarum in ea regione morem extitisse non obscurum.

Θὼθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ.] Thoth Alexandrinorum est Mercurius, ait Eusebius de Praepar. Evangel. lib. 2. cap. 1. reliquis Aegyptiis Thoyth dictus (quam lectionem amplectitur his Scaliger) idem Plato in Phaedro, et Cicero 3. de Nat. Deo. affirmant: a quo primus mensis Aegyptiacus nomen sortitur.

Ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθεος.] Ut Mercurii Genica Scaliger exponit primas Aegyptiacae gentis *Origines* aperuisse. ita τῆς Σώθεος βίβλον τοῦ Μανεθῶ a Sothiacae periodi initio regum Aegyptiorum Dynastias Manethonem deduxisse indubitanter affirmat pagina 248. Est autem ipsi Sothis, Io filia Inachi, a cuius peregrinatione in Aegyptum annorum suorum certissimam epocham Aegyptios iniisse tenet. Tantus inest viro suppositis etiam fabulis et libris primaevarum originum iudicandarum ardor. Quid
V. 13 certo Sothis, Aegyptius Horus Hieroglyphico 3. manifestat. ἐνιαυτὸν δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι, Ἶσιν τοῦτ' ἔστι γυναῖκα ζωγραφοῦσι. τῷ δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν. Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων. *Porro annum demonstrare volentes, Isin, hoc est mulierem pingunt: quo etiam signo Deam significant. Est autem apud eos Isis sydus, quod Aegyptio quidem nomine Sothis, Graeco vero Astrocyon dicitur, qui et inter reliqua sydera principatum videtur obtinere:* quod circa canis ortum Aegyptus annorum suorum periodi posuerit principium: de quo tum authores alii, tum Porphyrius apud Allatium de Mensura Temporum cap. 16. Αἰγυπτίοις ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ κάρκινος πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν κυνὸς ἀστέρα οἱ Ἕλληνες φασίν· Νουμηνία δ' αὐτοῖς ἡ Σώθεως ἀνατολή. *Aegyptiis anni principium non Aquarius est, velut Romanis, sed Cancer: prope cancrum enim Sothis est, quem Graeci canis stellam dicunt. Neomenia vero canis exortus est ipsis.* Si quid ibi de Aegyptiacis Dynastiis observat Scaliger caecutio.

Θεῶν καὶ ἡμιθέων νεκύων καὶ θνητῶν.] Quos reges Aegyptii Deos existimarint exponit Manetho apud Eusebium lib. 2. de Praepar. Evang. cap. 1. homines nimirum mortales eiusdem cum caelitibus nominis, propter sapientiam et communia in hominum genus merita, et in Rempubl. felicius administratam beneficia, immortalium honoribus et aris donatos; Semideos, homines animas caelestes habere creditos sacrasque mentes, in totius mundi commoda procreatos, Deorum tamen nominibus haud insignitos (ut scribit Eusebius) opinata est antiquitas apud Gyraldum de Diis Gentium Syntagmate 1. νεκύας, Heroas Semideis, eodem Gyraldo teste, minores interpretor, quorum Manes (eos quippe vox νεκύες indicat) post mortem sacri: θνητοὺς tandem mortales homines reliquis conditione, virtutibus animo non impares. Melius Semideos Author inferius pag. 51. D. eosdem censet quos et νεκύας.

Τοὺς ,τψ'.] Haec parenthesi inclusa, me iudice, redundant: eorum vice particula ἤγουν substituta planum reddit sensum. οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι, ἤγουν μηνιαίους τοὺς ἐνιαυτούς. Scaliger expuncto τοῦ, μηνιαίους pag.

textus 6. legit. οἱ γὰρ παρ' αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐξ ἡμερῶν λ'. Fides et reverentia erga MS. servat τὸ, μηνιαίους.

Ὥρους ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτούς.] Horum Aegyptium eundem cum Apolline, et Apollinem pro Sole usurpandum, Solem tandem Horarum Mensium Annorum parentem habendum contendit Pierius Valerianus. *Qui Apollinem dicit*, (verba eius sunt in limine Commentariorum ad Horum Apollinem) *dicit Horum: et qui Horum, Apollinem. Nam Horus apud Aegyptios gloriosum nomen, idem erat quod Apollo apud Graecos: et Horus et Apollo idem quod Sol. Ab Horo, hoc est Sole, Horae viginti quatuor. etc. Horas etiam hic intelligendum* (scribit Pierius ad Hieroglyph. lib. 33. calcem ultimam) *tres eas anni partitiones, quae suo quaeque tempore singula maturant: ver quippe aestatem autumnumque, quae tempora Aegyptii, quatuor unumquodque mensibus nostris complexi sunt, ex Hori regis partitione, a quo his etiamnum Horis nomen inditum, ut quadrimestris esset eorum annus unusquisque, etc.* Trimestrem proponit hic Eusebius. *An non quatuor anni tempestates suo quaeque tempore singula maturantes?* Trimestribus porro sive quadrimestribus annis positis, numerus eorum 700. ab Eusebio subiunctus ducentis et quatuordecim, ut vult Panodorus iam iam referendus, colligendis solaribus annis nusquam idoneus numeranti iudicatur; quocirca, prout prius Scaligero, sic mihi pariter videtur expungendus. P. 14

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐσέβιος μεμφόμενος αὐτοὺς τῆς φλυαρίας.] Si Aegyptios τῆς φλυαρίας accusat Eusebius, qua ratione Scaliger cuncta haec in Not. pag. 247. transportans temere de Georgio pronunciat? *Immerito Georgius convertit caninam declamationem in ipsum Eusebium, quem ideo reprehendit, quod putaverit reges ullos ante diluvium fuisse.* Nam si immerito reprehensum putat Eusebium, merito sane ipse Scaliger cum Manethone Beroso Alexandro et aliis Chaldaeorum et Aegyptiorum regna ante diluvium stabilita docentibus Georgii oratione reprehendendus. Georgius autem nusquam aperte tam absurdae opinionis Eusebium insimulavit, sed dubius et haesitans scripsit superius pag. 36. D. πλὴν καὶ Εὐσέβιος καὶ Ἰώσηππος καὶ ἄλλοι περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας ἱστορικοὶ φαίνονται λέγοντες, ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐβασίλευον: dubium vox ipsa φαίνονται declarat.

Συνῆξαν σελήνια πρῶτον ᾱ ͵αϡπε'.] Scaliger ubi haec habet pag. 247. *Sane*, inquit, *anni Iuliani* 969. *sunt menses Lunares* 11985. *proinde legendum.* σελήναια ᾱ ͵αϡπε'. *hoc est*, μυριάδες δέκα. χίλια ἐννεακόσια ὀγδοήκοντα πέντε.

Pag. 41. Ὠνη' ὥρων.] Emendationem τοῦ ὠνιώρων iuvat penul-

tima in praecessu nota, qua ex Eusebio et Pierio annum Aegyptiis ὧρον olim dictum exposuit. Summam porro ωνη΄. id est, 858. Hororum quadrimestrium anni solares ducenti quatuordecim et medius efficiunt.

͵αρπγ΄.] Anni 969. aliis 214. et medio iuncti summam 1183. cum medio componunt. Lego igitur ͵αρπγ΄. non ͵αρνγ΄. His affinia pag. 32. consules.

Κατὰ τὴν Ἑβραΐδα Μεστραΐα λεγομένη.] מצרים Hebraica vox tam Aegyptios quam Aegyptum refert. *Μεστραΐν* vulgo reposuerunt LXX. *Mesra* et *Mesiri* dicunt hodie Turcae et Arabes a primo possessore Mesraim, de quo Genes. 10. Cedrenus. *ἕως τοῦδε παρ' Ἑβραίοις καὶ Σύροις καὶ Ἄραψι Μεστραΐα καλεῖται. Ad haec usque tempora ab Hebraeis Syris et Arabibus Mestraea nominatur* Aegyptus.

Ἐπὶ τῆς ιθ΄. δυναστείας.] Decimum quintum Dynastiae 18. numerabis Aegyptum regem inferius pag. 72. B. et 73. A. ibi Rammeses, hic Ammeses dicitur: vide pag. 160.

Pag. 42. *Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη φλδ΄.*] Habet haec eadem Cedrenus editionis Regiae fol. 11. a tergo, quo φλδ΄. et φλγ΄. numerat. Dissonantiae rationem ipse subiungit. *ὁμοῦ ἔτη φλγ΄. τῆς ἀρχῆς τῶν ἄλλων ἐν τῷ τετάρτῳ χρόνῳ λαμβανομένης. Summa est annorum* 533. *aliorum imperio anno quarto exordium nacto.* Ea ratione dissensus inter Authorem ͵βψοε΄. et Cedrenum ͵βψος΄. scribentes conciliatur: Ipsum Authorem utraque lectione usum inferius discutiemus.

Τῷ καθολικῷ ͵βψλς΄. Praesentem 2736. annorum epocham, qua Babylonicum opus ceptum, cum firmatam et stabilitam velit Author, aliae cunctae relatae in eam desinerent, nisi a Librario nonnullae forent depravatae. Quae vitium passae, et quae suae integritati relictae, ex cunctarum supputatione dignoscentur. Cum itaque orbis universi imperio exciderit Arphaxad anno mundi 2775. obeunte, et triginta tribus illud tenuerit, consequens est anno 2742. pariter obeunte illud primo assequutum: ac ideo cum septem annis ante huiusmodi ceptum imperium Babylonicae turri prima manus sit imposita, scribit Author, debuit huiusmodi opus anno 2736. suscipi: nec reprehensionem huiusmodi supputatio patitur. Difficiliorem subit ex ipsius Authoris sibimet adversi verbis pag. 115. A. quibus Arphaxad anno a mundi conditu 2732. integro ante Sem patrem, qui 2742. obiit, decennio mortuus diserte referetur: aliud quoque periculum sustinet ex versione Latina Graeci textus LXX. Interp. in quatuor linguarum Bibliis Antverpiae anno 1616. editis, eademque ad editionem Graeci textus Parisiis 1627. sive Morini sive alterius opera factam apposita, qua haec illam oscitanter sequens ducem annos Arphaxad ante susceptam prolem 135. post natum Cainan

trecentum solos ex Georgii computo ad mundi 2677. alligandos
statuit: adeoque sive 2677. sive 2732. vita decesserit, longe fuit,
qui mundi 2775. in orbem universum potestatem exerceret. De-
mus tamen Georgium repugnantiae in semet tum hic, tum
pag. 115. reum; Latinae quoque LXX. versionis Authorem et po-
stremum editorem oscitantiae moneamus, modo Arphaxad, quod
asserit Georgius, mundi 2775. attigisse, et ad eum orbis impe-
rium deposuisse probemus. Nullo negotio id firmat, (obstre- V. 14
pente licet versione Latina *trecentum*) Graeci textus editionis
Paris. 1627. veritas annos Arphaxad cunctos 535. colligens, quae
hac causa vitae illius terminum (computo Authoris utor) in mun-
di 2777. seponat necesse est: idem asserit, Eusebii codex et
manus pag. 86. D. qui Arphaxad vitae alios tres annos superin-
gerit, eiusque natalem diem 2244. ut suo dicetur loco recen-
sens, anno mundi 2782. vita functum testatur.

Τοῦ τε Καϊνᾶν τνη΄.] Variis ad manum sumptis codicibus,
et abeuntibus in diversa Chronologorum opinionibus, varios ea
de causa circa viri eiusdem aetatem numeros Author Georgius
observavit: quodque praesens institutum spectat, fixo quando-
que ad annum 2242. Arphaxad natali die, et nonnunquam eo-
dem ad annum 2243. seposito, eius posteros anno uno citius in
seriem advocat, et altero anno tardius saepe removet. Quo fit
ut Arphaxad ortu, ad annum hunc ab orbe condito 2243. hic
devincto; aetatis 135. quo Cainan genuit annus mundi 2378. oc-
currat: Cainan 130. quo Sala filium suscepit, mundi 2408. te-
neatur, ac mundi tandem 2736. Cainan eiusdem 358. Sala 228.
Heber 98. numeretur: parte vero ex alia Arphaxad eiusdem
(quod tabulae nostrae observant) ad 2242. iuxta computum Afri-
cani ortu posito, Cainan vitae annus 358. Sala 228. Heber 98.
in mundi 2735. incurrere conspiciantur.

Καὶ τοῦ Φαλὲκ ἔτος δ΄.] Haud ante turrim inceptam anno
mundi 2737. sed ante natam linguarum varietatem annum Phalec
4. vel etiam 5. Author sibimet contraria loquuturus numerabit P. 15
pag. 89. D. praesenti errori consentiunt quae ad pag. 46. margi-
nem scribuntur.

Pag. 43. *Μανεθῶν ὁ τῶν Αἰγυπτίων.*] Videndus Cedrenus
loco ante unam vel alteram notam exposito.

Pag. 44. *Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος.*] Quae Alexandro
velut Authori Georgius ascribit, Eusebius de Praeparat. Evang.
lib. 9. cap. 15. refert in Iosephum: hic lib. 1. Antiquit. cap. 5. a
Sibylla primo prodiisse testatur: Iosephus itaque et Alexander ex
eodem Sibyllae fonte hauserunt, quae deinceps Eusebius ex Iosepho,
et Georgius ex Alexandro refuderunt. Videsis Eusebii cap. 17.
memorato libro.

Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμόν.] Memorat haec ex Abydeno Eu-
sebius de Praepar. Evang. lib. 9. cap. 14. quae Author ab Ale-

xandro fatetur desumpsisse. Ex Abydeni fonte deduxit rivus originem.

Ἀβυδινοῦ περὶ τῶν αὐτῶν.] Extant etiam haec apud Eusebium loco laudato, ex quo Regii menda reparantur.

Pag. 45. *Διεμέρισε Νῶε ὁ δίκαιος.*] Partes orbis tres aequis portionibus divisas a Noë filiis tribus separatim, et a singulis seorsim occupatas refert Iosephus toto cap. 7. lib 1. Antiquit. Berosus, vel eius nomine Chaldaicarum Antiquitatum author lib. 4. Ianum, libro superiore Noam vocatum, Asiam Europam et Africam tribus filiis, ceu principibus earum, partitum scribit. Sortibus a generis humani reparatore terrarum factam divisionem narrat Epiphanius his verbis. *Νῶε διαιρῶν τὸν πάντα κόσμον τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ τῷ Σὴμ καὶ Χὰμ καὶ Ἰάφεθ διεῖλε, βαλὼν τοὺς κλήρους ἐν Ῥινοκορούροις, ὡς ἡ ἀκολουθία ἔχει, καὶ οὐδὲν κενόφωνον, οὐδὲ παραπεποιημένον. Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ. καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν. ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται κλῆροι. ἐπειδήπερ ὁ Νῶε ἐκεῖ ἔβαλε τοὺς κλήρους τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ. Noe solus in tres liberos Sem Cham et Iapheth totum orbem universum partitus est, cui nihil vanum subest, aut temere confictum: iecit enim, uti consentanea fama vulgatum est, sortes apud Rhinocorurum oppidum. Nam Rhinocorura Neel interpretari possis, et ita ab incolis appellatur. Hebraicum autem vocabulum sortes significat, quoniam Noe tribus ibi filiis sortes suas assignavit..*

Τῷ ͵βφοϛ΄. ἔτει τοῦ κόσμου.] Noe ab orbe condito 1642 natus, aetatis propriae, mundo sibi 2576. vindicante, numerabat 934. prout fert textu emendatior versio. Filiorum Noe aetates prave hic positas, ad eorum dies natales (si tamen vera est historia) reperiendas Lector comparabit.

Χρυσοῤῥόας.] Non proprio, sed appellativo vocabulo, ob agrorum foecunditatem, et mercium divitiarumque copiam per totam Aegyptum distributam, Nilus fluvius nuncupatur. Proprii nominis Chrysorrhoas Damascum, Geographis testibus, praeterlabitur.

Γαλλικῆς Σπανικῆς τε.] *Γαλλιῶν Ἰσπανίας τε*, placuit Scaligero legere, ut et *Γεῶν* ante unam vel alteram lineam. Mihi rudis et incultus arridet Author, *Γεῶν*, ut et Theodoretus in 3. Reg. 3. quaest. *Γηῶν* reponens. Sub *Γαλλικῆς* autem et *Σπανικῆς* vocibus, *τὸ*, *γῆς* vel *χώρας* mente capiendum etiam tiro divinaverit. *Σπανίαν* tandem ab antiquo scribens Epiphanius Haeresi 66. Georgium vocem eandem reddentem ab intempestiva correctione vindicat. De voce *Ἰσπανία* et *Σπανία* ab antiquis authoribus usurpata tractat Maluenda noster Opere de Antichristo.

Καὶ ἐκοιμήθη ἐν ὄρει Λουβάρ.] Quo post diluvium sedem videtur fixisse, scribente Epiphanio statim sub lib. 1. principium.

μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖ ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ ἀνάμεσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυίων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ, ἐκεῖσε πρῶτον κατοίκησις γίνεται μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἀνθρώπων. κἀκεῖσε φυτεύει ἀμπελῶνα Νῶε ὁ προφήτης, οἰκιστής τε γίνεται τοῦ τόπου. *Post diluvium cum in Ararat montibus, Armeniam inter et Cardyeos in Lubare colle Noe arca constitisset, illic prima hominum secundum diluvium habitatio fuit, ibidemque Noe Propheta vitem consevit, ac domicilium constituit.*

Pag. 46. *Διὰ γενεῶν λη'.*] Generationes illae octo supra triginta, quarum vel paterno, vel deinde belli iure propria facta est Palaestina, ad devastatam Chaldaeorum armis Hierosolymam, hoc recensentur ordine. 1. Arphaxad. 2. Cainan. 3. Sala. 4. Heber. 5. Phalec. 6. Ragau. 7. Saruch. 8. Nachor. 9. Thare. 10. Abraham. 11. Isaac. 12. Iacob. 13. Iuda. 14. Pharez. 15. Esron. 16. Aram. 17. Aminadab. 18. Naasson 19. Salmon. 20. Booz. 21. Obed. 22. Iesse. 23. David. 24. Salomon. 25. Roboam. Hinc Abias 26. Asa 27. Iosaphat 28. Ioram 29. Ozias 30. Ioatham 31. Achaz 32. Ezechias 33. Manasses 34. Amon 35. Iosias 36. Ioachas 37. Ioacim 38. Ioachim 39. Sub Sedecia regnum extinctum est: hic 40. potest numerari et emendandi numeri 38. in 40. causam dare: nisi forsan iuniorem Cainan censeas expungendum: quo praestito, Salomon, ut hic scribit Author, locum 23. obtinet. Authoris itaque calculis, quibus expunctus erat Cainan, Georgius usus est.

Καὶ ἐτῶν ͵αχπζ'.] Templum a Salomone inchoatum regni secundo, et octavo perfectum; deinde aetatis duodecimo rempublicam suscepisse administrandam, ac proinde vitae vigesimo templi molem ad culmen aduxisse Georgius opinatur. Id non obscure testantur eius de Salomonis regno scripta, ut et ibidem a Librario in margine annotata pag. 181. C. Post annum itaque mundi 2791. numeratis 1687. cum anni consurgant 4478. (quae est prima textus castigatio) numeratur pariter Salomonici regni annus octavus et aetatis eius vicesimus (quae est secunda emendatio) ad regnum quippe admotus est a natali anno duodecimo.

Ὁ καὶ ἔφθασεν εἰς τὸ δυοη'. ἔτος, ἤτοι τὸ κ'. τῆς ἡλικίας.] Ex Georgii scriptis, Eusebii scripta, et ex eius computo, huius computum instauraturus Scaliger verba praesentia in suum Eusebium pag. 10. lin. penult. transtulit. Qua nunc ratione Eusebii calculis adaptet videsis Lector, et hominis iudicium mirare. A mundi ortu ad Abraham diem natalem annos 3184. Eusebius numerat, Salomonem vero post Abrahami ortum et annos 980. ad regium solium ascendisse refert, id est a mundi conditu 4164. adde condendo templo annos 8. requisitos ad Salomonis annum 20. (eum etenim ut nota superior testis est, requirit aetatis ratio, quae causa est ut *ἡλικίας* non *βασιλείας* hic lectum velim) annum

habes a mundi exordio 4172. Eusebii calculis congruentem. Ec-
V. 15 quid Scaliger Eusebium εἰς τὸ ͵δυοη΄. ἤτοι τῷ etc. scribentem inducit? Eusebii an Georgii excerptum huiusmodi sit ipse exponat. Exponit certe et errorem admissum fatetur Animad. pag. 250.

Τῶν ο΄. γλωσσῶν.] Linguarum numerum a SS. PP. nonnullis ex Gentibus 72. collectum Scriptura tacet. Eius meminit Eusebius in Chronico, Epiphanius sub Panarii exordium, et Haeresi 39. Augustinus lib. 16. de Civit. Dei cap. 3. et 11. Prosper lib. 2. de Vocat. Gent. et alii.

Καὶ τοῦ υἱοῦ τούτου Καϊνᾶν ͵τνη΄.] Eusebiani textus reparatorem Scaligerum benevolus Lector contempletur pag. 11. linea 5. Viden' ut solis ipsius radiis scribat *καὶ τοῦ υἱοῦ τούτου Καϊνᾶν ͵τνη΄*. At certe Cainan istum Chronico non inseruit Eusebius, ex quo tantae de illo passim apud Georgium querelae, ex eius inquam, omissione stupiditatis, negligentiae, erroris Eusebius adeo
P. 16 frequenter damnatus, ut nonnihil in eo ad poenam trahendo importunus et inclemens Georgius Syncellus esse videatur. Eusebii tamen interpolator Scaliger Cainan in Eusebii textum quasi ex eius verbis refert. Sapit Georgius Eusebium omissionis incusans, an desipit Scaliger Eusebio invito et stupiditatis nomine damnato pag. 54. 79. 85. 169. Cainan secundum in eius scripta ἐμβροντήτως intrudens? Quae hic observanda superius praemissa reperies ad pag. 42. notas.

Εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην οὕτως.] Alium divisionis ordinem in Chronico Alexand. animadvertes statim in limine.

Τῶν οβ΄. ἐθνῶν ὀνόματα.] Illa desumpsit Author ex Iosephi Antiq. lib. 1. cap. 7. quo cuncta nationum capita exponuntur: Graecae pronuntiationi viciniora post Iosephum Author reddidit. A Georgio mutuatus est Cedrenus editionis Regiae pag 12. a tergo: hiat tamen iisdem in locis exemplar utrumque et editum Cedreni et Georgii MS. et Vaticanum Cedreni opera amicissimi Allatii consultum iisdem lacunis deforme est; communique testimonio primi Georgii Autographi defectum arguunt. Nonnullas ex Iosepho suis locis replevi lacunas, reliquas reparare Iosephus ipse non potuisse testatur notis sequentibus.

Ἀφ' οὗ Λύδοι.] Chronicon Alexandrinum. *Λοὺδ*, scribit, *ἐξ οὗ Μαζῶνες, καὶ Μῆδοι, καὶ Πέρσαι.* Raderus restituit *Μάκωνες*.

Σύροι] Idem. *Ἐκταί.*

Τράχωνες.] Idem *Μαδιναῖοι.* Raderus improprie *Madianitae* reddidit.

Μαγαρδοί.] Idem. *Λυδοί.*

Ἀρμένιοι.] Idem. *Γαρφηνοί.*

Μεσήνιοι.] Idem. *Ἀλασσηνοί.*

Καϊνᾶν.] Quem tacet Eusebius, memorat iterum Scaliger in ficto Eusebii textu.

Γασφηνοί.] Chronicon Alex. *Σαρμάται.*
Κοσαῖοι.] Idem. *Σαλαθιαῖοι.*
Ἑβραῖοι.] Idem. *Ἀλβανοί.*
Μαδιναῖοι.] Idem. *Αἰθίοπες.*
Καμήλιοι.] Idem. *Ἀῤῥιανοὶ, καὶ Φερεζαῖοι.*
Pag. 47. *Κεδρούσιοι.*] Addit, *οἱ καὶ Ἀμοῤῥαῖοι.*
Σκύθαι.] Illud. *Ὑρκανοὶ, οἱ καὶ Εὐαῖοι.*
Ὑρκανοί.] Idem. *Σκύθαι, οἱ καὶ Γεργεσαῖοι.*
Οὐαρναῖοι.] Idem. *Ἀρμένιοι.*

Τοῦ Δερὰ vero et *Ἰεζιὰ* vice, a quo Medi, et Ariadni processerunt scribit *Σάλεφ, ἐξ οὗ Βακτριανοί.* et *Ἰαρὰχ, ἐξ οὗ Κάμπλιοι,* (qui Authori Georgio *Καμήλιοι*) *οἱ καὶ Χαναναῖοι.* Quod autem Semo filios 27. asserat, istis viginti quinque a Georgio numeratis addit *Ἰωβὰβ, ἐξ οὗ Φοίνικες,* et *Καϊνᾶμ* (a Cainan diversum) *ἐξ οὗ Ἄραβες.*

Οὗτοι πάντες ἐκ τοῦ Σήμ.] Eadem totidem verbis affert Chronicon Alexandrinum: in quo tamen cum regionum, tum Gentium nomina plura licet percurrere.

Ἔθνη λβʹ. οὕτως.] Nationes sive tribus unam tantum et triginta, Cham nimirum excluso, Chronicon Alexandrinum recenset.

Χαναναῖοι.] Chronicon Alexandrinum. *Ἄφροι καὶ Φοίνικες.*
Σαβάς.] Illud. *Ἰταβηνοί.*
Γαγγινοί.] Idem. *Ἰχθυοφάγοι.*
Σαβῆνοι.] Idem. *Ἑλλανοί.*
Ἰχθυοφάγοι.] Illud idem. *Αἰγύπτιοι.*
Σεβατακά.] Iterum. *Σαβαθακὰ, οὗτοι Αἰθίοπες Λιβύες.*

Φοίνικες.] Idem *Κᾶροι.* Nationum ac principum earum nominibus, quibus hic lacunae solae tribuuntur, propriae tribus in eodem Chronico assignatae leguntur hoc pacto.

Λουδιεὶμ, ἐξ οὗ Λυδοί.
Αἰνεμετιεὶμ, ἐξ οὗ Πάμφυλοι. Al. *Νεμεστιείμ.*
Λαβιεὶμ, ἐξ οὗ Λιβύες.
Pag. 48. *Νεφθαλιεὶμ, ἐξ οὗ Φρύγες.* Al. *Νεφθαβιείμ.*
Πατροσσονιεὶμ, ἐξ οὗ Κρῆτες.
Χαλσονιεὶμ, ἐξ οὗ Λύκιοι.
Φιλιστιεὶμ, ἐξ οὗ Μαριανδηνοί.
Καφθονιεὶμ, ἐξ οὗ Κίλικες.

Καναναίων δὲ εἰσὶ πατριαὶ σὺν Χαναὰν τῷ πατρὶ αὐτῶν ιβʹ. λέγει γάρ: Χαναὰν ἐγέννησε τὸν Σιδῶνα πρωτότοκον.

Σιδῶνα, ἐξ οὗ Μοῦσοι.
Χετταῖον, ἐξ οὗ Δαρδανοί.
Ἰεβουσαῖον, ἐξ οὗ Ἰεβουσαῖοι.
Ἀμοῤῥαῖον, ἐξ οὗ Γερμανοί.
Γεργεσαῖον, ἐξ οὗ Σαρμάται.
Εὐαῖον, ἐξ οὗ Παννώνιοι.
Ἀρουκαῖον, ἐξ οὗ Παίονες.

Ἀσενναῖον, ἐξ οὗ Δαλμάται.
Ἀράδιον, ἐξ οὗ Ῥωμαῖοι, οἱ καὶ Κιτιαῖοι, Λατῖνοι.
Σαμαραῖον, ἐξ οὗ Λίγυρες.
Ἀμαθεῖς, ἐξ οὗ Ἀμαθούσιοι.
Λουδιεὶδ, ἐξ οὗ.] De nationum capitibus istis octo Iosephus supra memoratus. *τῶν δὲ ἄλλων Λουμαίου, καὶ Ἐναμία, καὶ Λαβίμου, τοῦ μόνου κατοικήσαντος ἐν Λιβύι, καὶ τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ καλέσαντος, Νεθέμου τε, καὶ Φαθρωσίμου, καὶ Χεσλίμου, καὶ Χερθώμου, περὶ τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἴσμεν. ὁ γὰρ Αἰθιοπικὸς πόλεμος, περὶ οὗ δηλώσομεν ὕστερον, ἀναστάτους τὰς πόλεις αὐτῶν ἐποίησεν. Lumaei, Enamiae, Labini, qui solis coloniis in Libyam ductis regionem a se dominavit, tum Nethemi, Phethrosimi, Cheslimi, Chephthomi, tam res, quam nomina sunt in obscuro. Bello enim Aethiopiae, de quo suo loco dicetur, urbes eorum sunt eversae.* Iosephus hucusque. Sobactenos, Chettaeos, Aracaeos, et Sinaeos locis suis desideratos ex eodem in margine supplevi: reliquas varias ex edito Cedreno editionis Regiae desumpsi.

Pag. 49. *Καππάδοκες.*] Chronicon Alexandrinum reponit *Κελταῖοι.*

Κέλτοι οἱ καὶ Γαλάται.] Idem. *Ἀκυρτάνοι:* Restituto. *Ἀκυτάνοι. τινὲς ἐκ τοῦ Μαγὼγ τοὺς Γόθους λέγουσι, καὶ τοὺς Σαρμάτας, καὶ τοὺς Σκύθας γεγενῆσθαι.*

Μῆδοι.] Idem. *Βρεττανοί.*

Ἕλληνες.] Idem. *Σπάνιοι, καὶ Τυράννιοι.*

Θετταλοί.] Idem. *Μακουακοί.*

Ἰλλύριοι.] Idem. *Γετουλοί.*

Θρᾶκες.] Idem. *Ἄφροι.*

Χετταλεὶμ, ἐξ οὗ Μακεδόνες.] Scribit illud. *Ἐρκᾶ, ἐξ οὗ Βελτίονες.*

Ῥηγῖνες.] Illud idem. *Μάζικες.*

Σαυρομάται.] Idem. *Γαράμαντες ἐξώτεροι.*

Ἀρμένιοι.] Idem. *Βοράδες.*

Σικελοί.] Idem. *Μαῦροι.*

Ἴβηρες.] *Γαράμαντες ἐσώτεροι.*

Ῥόδιοι.] *Ῥωμαῖοι, οἱ καὶ Λατῖνοι.*

Nationes, regiones, insulas cunctas habes in Chronico Alexandrino, cum quo etiam comparanda quae de nationibus post diluvium in terras dispersis, et regionibus ab eisdem occupatis Eustathius Eusebii *σύγχρονος* scripsit in Hexaemero.

Pag. 51. *Οὕτως οὖν ὑπὸ τοῦ Νῶε τῆς ὅλης.*] Pauca quae sequuntur sacris consona litteris, et Aegyptiorum Chaldaeorumque fabulosas origines oppugnantia praeterit Scaliger, alia de Deorum apud Aegyptios regno commenta pag. 6. et 7. resumpturus.

Αὐριτῶν.] Eusebius de Praepar. lib. 10. cap. 12. *Αὔαριν,* Iosephus *Ἄβαριν* memorat: a qua forsan Auritae.

Θεῶν βασιλεία.] De quibus ex Eusebio lib. 2. cap. 1. supe-

rius et lib. 3. cap. 3. Chronicon illud παλαιὸν ab Authore citatum non est Manethonis, ob numerorum et annorum conflictus inter utrumque declarandos in sequentibus. V. 16

Ἡφαίστου χρόνος οὐκ ἐστίν.] Manethonis Chronicon Vulcani aetatem exhibet superius pag. 18. et 19.

Ἥλιος Ἡφαίστου ἐβασίλευσεν.] Etiam pro diebus sumptis hisce annis alium 86. annorum Soli Aegyptio a Manethone concessorum numerum portentosa haec summa excedit. P. 17

Θεοὶ δώδεκα] Maiorum gentium: quorum sex duntaxat Manetho in suum diagramma retulit.

Ἡμίθεοι βασιλεῖς ὀκτώ.] Totidem, expuncto scelerato Typhone. pag. 19. numerat Manetho, et eorum aetates ad solos 214. annos provehit Scaliger ἡμίθεοι ν′. scripsit, characterum η. et ν. similitudine delusus.

Γενεαὶ ιε′.] Repono δυναστείαι ιε′. Confestim siquidem sexta decima memoratur: et cum plures sint γενεαὶ in quavis Dynastia, pro singulis Dynastiis non videntur singulae generationes assignandae. Author infra τῶν γὰρ ἐν τοῖς τρισὶ τόμοις ριγ′. γενεῶν ἐν δυναστείαις λ′. scribens, generationem et Dynastiam aperte discriminat.

Κυνικοῦ κύκλου.] Ut sacrificia Diis offerri solita, non uno tempore statisque dierum horis, sed per varias anni tempestates, ac singulos, non dies tantum, sed et diei quadrantes persolverent, solis 365. diebus absque quadrantis appendice annum componi voluerunt Aegyptii: quo fiebat ut omisso intercalari die, singulis trienniis vertentibus anni Aegyptiaci caput Iuliani principium uno die praeverteret, ac tandem post 1460. annos utriusque principium ad metam unde primum excurrerat, reverteretur: quod Censorinus paucis exhibuit. Aegyptiorum annus civilis habet dies 365. sine ullo intercalari. Itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quam naturale quadriennium: eoque fit ut anno 1461. ad idem revolvatur principium. Quia vero periodus annorum huiusmodi 1460. circa Canis ortum primis temporibus coepit institui; Canicularis quoque periodus sive Κυνικὸς κύκλος audivit, a Cane sydere exoriens, et in Canem desinens: de quo videndus Allatius de Mens. Temp. cap. 14. et Petavius de Doct. Temp. prioribus lib. 3. capp. et quinto sextoque lib. 5. Auctarii: quibus locis uterque in Scaligerum de Sothiaca sive Caniculari periodo falso disserentem pagina Notarum 248. his verbis. *Σῶθιν τὴν Ἰῶ Ἰνάχου vocabant Aegyptii: item Σωθιακὴν περίοδον, Ἰοῦς, sive Isidis peregrinationem, quae etiam refertur a Prometheo apud Aeschylum. Videntur Aegyptii annorum certissimam epocham ἀπὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου repetivisse, ut manifesto colligitur ex Clemente Alexandrino:* quae mere anilia.

Ἐν ἔτεσιν υμγ′.] Annorum centuriam unam vel alteram hic

deesse indubium est: summam enim 443. quindecim Dynastias non excedere a verosimili procul est alienum. Dynastiarum earumdem homades a pag. 54. ad 78. positae id evincunt, et quid amplius, quod in pagina seq. nota tertia requiret.

Γενεῶν η'. ἐτῶν ρϟ'.] Calculos huius Chronici sequutus Eusebius in istis Dynastiis *κατὰ ὄνομα* recensendis varietates nonnullas arguit, et defectus hic occurrentes emendat. Inferiori itaque pag. 61. littera D. quinque solos huius Dynastiae principes summatim enumerat, praesens Chronicon octo. Africanus libris aliorum Amanuensium opera scriptis usus, alios principes et alios calculos cum in hac, tum aliis in Dynastiis memorat.

Διοσπολιτῶν.] Diospolis duplex in Aegypto superiore: magna, et parva. Eusebius de Praepar. Evang. lib. 3. cap. 3. *κατὰ μόνην τὴν Αἴγυπτον εἶναι πόλεις πολλὰς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων θεῶν ἐκτισμένας (λέγουσιν) οἷον Διός, Ἡλίου, καὶ τὰ ἑξῆς. In una Aegypto plurimas urbes ab antiquis Diis erectas dicunt, quales Diospolis, Heliopolis*, etc.

Pag. 52. *Κη'. δυναστεία.*] Repletur lacuna ex pag. 76. et 77. his verbis: *Ἀμυρτέως*, vel *Ἀμυρτάνος ἔτη ϛ'.*

Δυναστειῶν ἔτη ϡγ'.] Error figurarum numeralium ϡγ'. vice forsan M. γ'. id est *Μυριάδες τρεῖς*. nuper quippe scripsit *Ἥλιος Ἡφαίστου ἐβασίλευσεν ἐτῶν μυριάδας γ'.* et iterum: *χρόνον ἄπειρον ἐν μυριάσι τρισὶν ἐτῶν.* Errorem Scaliger praeteriit pag. 7.

Καὶ ͵ϛφκε'.] Minor est summa hic collecta centum et octoginta quatuor annis. Ex 36341. quippe hic redditis totidem desunt ad expetitam 36525. annorum summam. Repetendos arbitror ex annis 6. Dynastiae 28. hic omissae, et ad quindecim priorum summam aequo minorem, prout ante quinque notas observavimus, centum et septuaginta octo annos arbitror addendos.

Ἀποκατάστασιν τοῦ Ζωδιακοῦ.] Qua cuncta sydera ad eundem, quo creata sunt, situm redire concipiuntur: imo *μυθολογοῦσιν* nonnulli, eo quo iam elapsa sunt, vel fluunt cursu, et eodem ordine reditura omnia. Interim planetae et firmamenti stellae per 49000. iuxta Ptolemaeum per 36. annorum millia novos ac novos sulcant orbes, donec ad eosdem quibus emissi sunt carceres simul et coniunctim redeant.

Ὅ ἐστι πρῶτον λεπτόν.] Scaliger. *ὅ ἐστι ἓν λεπτόν.* prave. Lapsui dedit causam numeralis character α'. utrique lectioni ex sese aptus, iudicio tantum huic vel illi accommodandus.

Διαφωνεῖ περὶ τοὺς χρόνους πρὸς ταῦτα.] Totis, quod aiunt, numeris dissonant Africani ex Manethone calculi, ab iis quos vetus Chronicon profert: minus disseutit ex eodem Manethone compositus ab Eusebio computus; dissensus tamen ex praecedentibus annotatis non est obscurus: Scaliger unum alteri coniungens calculum pag. textus 7. *ἑαυτῷ ἀσύμφωνος* arguitur.

Εἰς τὸ ͵ερμα'. κοσμικὸν ἔτος.] In eundem lapidem bis offen-

dit Librarius ,ερμζ'. vice ,ερμ'. reponens. Tribus coniecturis eius lapsus manifestatur, ac simul emendatur. 1. Triginta Dynastiarum primam sit Manetho anno ab exortu mundi 1586. instauratam, reliquas deinceps per annos 3555. protractas: anni itaque 5140. non 5147. limitem attigerunt. 2. Author ipse Alexandrum Macedonem anno 5156. imperium obtinuisse testatur pag. 260. D. hic vero Dynastias Aegyptiorum et earum principes sublato Nectanebo testatur extinctos annos quindecim ante regnum ab Alexandro occupatum, et ex consequenti anno 5140. 3. Ponatur Dynastia prima ex Manethonis calculo vulgari mundi anno 1586. coepisse, reliquas annis 3555. continuatas, ex quibus Author ad incolumem scripturarum tuendam authoritatem 656. diluvio antepositos et alios 534. subsequentes annos Dynastiae primae anno duntaxat 2776. stabiliendae praecipit subtrahendos: iunctis hisce 2775. aliis 2365. quibus Aegyptiorum Dynastiae steterunt, nonnisi 5140. colligas.

Pag. 53. *Τοῦ καὶ Μηναῖος.*] *Μήνεος* legendum recta vocum constructio declarat, et Africani Eusebiique testimonium, quo *Μήνης* rex Aegypti primus asseritur: Author ipse inferius *ἐβασίλευσεν*, inquit, *πρῶτος Μεστραΐμ, ὃς καὶ Μήνης. Μῆνα* tamen scribit Herodotus in Euterpe cap. 99. *τὸν Μῆνα πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου οἱ ἱερέες ἔλεγον. Menem primum Aegypti regem dicebant Sacerdotes.*

Φαλὲκ τῆς ζωῆς ἦν ε'.] Duplici calculo, quod sequentia declarabunt uberius, utitur Author, uno videlicet alterum anno antevertente, quo fit ut praeponantur vel submoveantur aetatum numeri. Ubi quintum Phalec annum ad nationum dispersionem colligit, eum qui praevenit calculum usurpat, qui nempe mundi 2242. natum Arphaxad statuit: at si 2243. vitae participem Arphaxad factum statueris, nationes dispersas Phalec anno quarto, prout textus exigit emendatus, reperies. Secundum priorem rursus Heber anno 2637. natus aetatis 134. agens, mundi 2771. generat Phalec, cuius anno quarto mundi 2775. confusa linguarum idiomata: ex quo iuxta linguarum discrimina anno, qui sequutus est, Phalec quinto, Heber 139. (ita namque verba haec *τοῦ δὲ Ἔβερ τοῦ πατρὸς Φαλὲκ ἔτος καὶ αὐτοῦ τῆς ζωῆς ρλθ'.* componenda) mundi 2776. divisas per orbem familias ponit hic Author; qui, castigatiore calculo nonnunquam observato, Heber natalem diem mundi 2638. filii Phalec post 134. annos mundi 2772. ascribit, et Phalec denique quarto, mundi 2776. confusas linguas ac simul dispersas nationes testatur. Priorem, ut praemisimus, calculum eius hic verba respiciunt, nos pariter ad illum Librarii lapsus in textu erigimus, qui alias ipsam linguarum confusionem perturbatis numeris superat.

P. 18

V. 17

Τοῦ δὲ Ἔβερ τῆς ζωῆς ρλη'.] Patriarcharum aetates dimetiens binus apud Authorem computus, maior et brevior, eidem

in hac sententia usurpatur. Minorem in reliquis adhibitum nota superior animadvertit; Arphaxad etenim anno mundi communi 2242. natus aetatis propriae 135. (cuius ratio ad pag. seq. notas expenditur) filium Cainan anno 2377. genuit: hic deinde anno vitae 130. filium Sala suscipit, mundi 2507. huic quoque annos 130. nato filius Heber nascitur mundi 2637. Heber tandem 134. annis provectus mundi 2771. filium Phalec generat. Phalec autem mundi 2776. annum 5. numerante pater ρλθ'. 139. numerare debuerat, nisi Author maiori computo, quoad privatum hunc Heber annorum numerum, usus, ipsum Heber anno mundi 2638. natum, patrem Sala mundi 2508. eius iterum patrem Cainan 2378. Arphaxad denique 2243. ortum supposuisset. Ab hoc autem in computum alterum Authorem transire correctiones marginales, vel notarum animadversiones commonent frequentius.

Ἀφρικανὸς κ'. ἔτη προστίθησιν.] Africanum sequitur Chronicon Alexandrinum his verbis. *τῷ ,βσξβ'. ἔτει γενέσεως κόσμου ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. τοσαῦτα δὲ μέχρι τῶν ἐνταῦθα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἐπήγαγεν. ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀκριβῆ τῆς γενέσεως βιβλία ρπζ'. φαίνει τοῦ Μαθουσαλὰ ἔτη, καὶ οὕτως αὐτὸν γεννῆσαι τὸν Λάμεχ. Anno 2262. ab orbe condito cataclysmus fuit in terris. Tot annos Africanus hucusque numeravit, quando et accurata Geneseos volumina ostendunt a Mathusala* 187. *nato annos Lamech creatum fuisse.* Africani calculos suis approbantes Epiphanium, Nicephorum Patriarcham, Anastasium Bibliothecarium, Chronicon Pisidae, Cyrillum, Honorium Augustodunensem, et opinionis eiusdem protectorem acerrimum Antonium Contium profert Raderus in Notis.

Pag. 54. *Ἕως Ἀβραὰμ πρῶτον ἔτους ,γσβ'. ἱστοιχείωσε.*] Quasi diluvii anno natus fuerit Arphaxad, ita sequentium Patriarcharum annos digessit Africanus. Diluvium ex ipso mundi 2262. contigit, quo et Arphaxad natum debet astruere ut Abraham 3202. lucis consortium accepisse profiteatur, hoc calculo. Arphaxad natus anno 2262. generat Sala aetatis 135. Sala post 130. annos generat Heber. Heber annorum 134. generat Phalec. Hic aetatis 130. generat Ragau. Ragau a die natali 132. generat Seruch. Seruch deinde annorum 130. generat Nachor, qui 79. anno generat Tharra, qui demum vitae 70. fit pater Abraham. Huiusmodi computo ab Adam ad Abraham exortum 3202. annorum summam Africanum collegisse testatur Author. Ipsius Africani sententia pag. 86. B. dignoscitur. Et diluvio quidem exacto Arphaxad patre Sem procreatum ibidem conspicio: anno tamen eodem obeunte lucem primum aspexisse coniicio, quod annis 135. natus non nisi 2937. vulgarem mundi annum, qui a diluvio ex Africani mente mundi 2262. alligato, quintus ac tricesimus est supra centesimum, attigisse scribatur. Diluvii anno exeunte Arphaxad ortum forsan credidit Africanus, quod

Sem eius pater anno Noe 500. productus ex Genes. cap. 5. v. ult. centenarius ei vitam contulisset Gen. cap. 11. v. 10. *Sem erat* 100. *annorum quando genuit Arphaxad:* quare non alio quam diluvii obeuntis anno. Quamvis porro μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Arphaxad diem natalem asserat pag. 86. citata, privati tamen cuiusque Patriarchae aetatem filiorumque ortus ad mundi annos comparans ab ipso diluvii anno et Arphaxad ortu tanquam epocha certissima seriem omnem cum loco praefato tum pag. 99. disertis verbis deducit.

Γσπβ'. ἕως πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ Εὐσέβιος ἐξέδωκεν.] Ad annos 3202. a mundi exordio ad Abraham diem natalem ab Africano collectos, annis Cainan debitis 100. et decem additis, aliam annorum summam 3312. quae ad Authoris mentem est, componere facillimum: ex qua rursum summa detractis Cainan annis 130. soli supersunt 3182. quibus ex Eusebio natum Abraham oscitantius Author asserit. At cum non eo quo diluvium contigit anno, velut Africanus, ita Eusebius genitum Arphaxad, sed integro post illud biennio probet: hinc non 3182. natum Abraham posuit, sed 3184. cuius Eusebiani numeri accuratius perpensi Author ipse testem se profert pagin. 87. B. 89. D. 111. B. et aliis: quae numeri ͵γρπδ'. 3184. in margine supponendi ratio fuit.

Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγύπτου δυναστειῶν.] Regum Aegypti et Dynastiarum eius 31. latercula duo ab Africano et Eusebio ex Manethonis operibus digesta separatis locis profert Scaliger in excerptis: illius pag. 355. alterius pag 14. illius rursum laterculo titulum hunc adinvenit. *βασιλέων Αἰγυπτίων δυναστεῖαι κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν* (qui aliam non exhibuit, quinimmo diversam ab eo et secundam Eusebius edidit) *ἐκ τῶν τόμων Μανεθῶ τοῦ ἱερέως Αἰγυπτίου,* (quasi ex ipso Manethone collegerit, et non ex Georgii Syncelli Chronographico syntagmate) *πρώτη δυναστεία Θεινιτῶν βασιλέων ὀκτώ.*

Μετὰ νεκύας τοὺς ἡμιθέους.] Semel ac iterum Semideos ac νεκύας diversos refert Author pag. 40. D. hic sublato discrimine eosdem statuit. Semideos et Heroas quis diversos habeat, nisi qui nomine Deorum, quos maiorum gentium; Semideorum, quos minorum gentium; *νεκύων*, quos Heroas, *θνητῶν*, quos mortales dicimus, intelligat?

Θεινίτης.] *Θεινίτης*, et *Θενίτης* infra legitur, a Thena forsan Nomadum oppido a Plinio lib. 6. cap. 19. celebrato.

Οὐσαφαῖδος ἔτη κ'.] Divinavit Scaliger ἔτη ε'.

Ὁμοῦ ἔτη σνγ'.] Raro consentiunt partiales cum totalibus, et ipsae totales ad se se invicem colligendae, in his Africani et Eusebii Aegyptiorum regum diagrammatibus, summae. Quid agerem, diu dubius haesi: has an illas emendarem, et qua componerem ratione non semel attentus perpendi: tandem ne non

adeo interpolatum, quam nova ex incude prodeuntem textum viderer deprompturus, cum contractis ex MS. defectibus potius quam nova et forsan non cunctis placitura Minerva partem Syncelliani operis praecipuam arte nimia transmutare, vel ipsi Authori non agnoscendum foetum producere statui. Quos porro sinceriores et integriores numeros probem si quaesieris; totales, ceu qui sibi magis consentiant, et unus alteri additus
P. 19 expectatum ordinem teneant, probatiores, de quo te monendum duxi, respondeo. Reliqui annis a mundi conditu, imperiis, aetatibus, personis comparari, debitae possunt integritati restitui.

Τὰ τῆς πρώτης δυναστείας οὕτω πως.] Aegyptiorum regum Dynastias aetates aetatumque summas ex Manethone primum depromptas secundum geminam Africani et Eusebii editionem relaturus Author Georgius, non uno nexu et consequente ad priores voluit exponendas ordine, adeo ut cunctas simul, prout ab Africano vel Eusebio prodiissent, proferret; quinimmo ad se se mutuo comparatas, et modo unam vel plures secundum Africanum, cum altera vel pari numero ab Eusebio editis, et unam velut alteri e regione appositam nobis exhibuit. Quam porro perturbatus, ne dicam confusus, exinde textus evaserit, ubi ab unius authoris ad alterius scripta mente manu oculis migrandum, et alienis quibusdam intermixtis alia prioribus cohaerentia inferius vel alibi quaerenda, textus idem suo conspectu manifestat. Sequendus tamen Author, et quale peperit opus curandum, et omnium oculis evulgandum. Sane levis negotii erat ob interruptum Africani vel Eusebii ordinem, ut laterculi eiusdem partes inter se connexas quaereres, ab hac in illam pagina legendo pertransire, nisi Li-
V. 18 brarius insuper, post interscissos textus, partes eorum ad invicem tanta confusione sua deque posuisset, ut sine gravi molestia, temporis iactura, et taedioso labore, tot scissuris varietatam vestem vel componere vel consuere iam pene non valeas. Primae difficultati tollendae, quod aequi bonique consultum a te Lector velim, fuit satis, uno characterum genere, quod unius authoris est exprimere, quod ab altero prodiit iterum diverso reddere, et tandem quod Georgius de suo intermiscet solitis typis exhibendum curare, quo mens ipso visu citior diversitatem percipiat animadvertendam. Verum reparandae sententiarum eiusdem authoris, vel etiam utriusque, confusioni a Librario variis locis respersae, quae typorum vel characterum varietas, quae monita frequentius ingesta repetitaque sensum ordine quaesitum, ubi nullus ordo, restituissent? Quocirca quem ex Georgii mente verbisque percepi servandum, audens in eiusdem textus partibus ordinem restituo: ac textum quidem, prout in MS. extat, perturbatum et confusum prius, alium subinde correctiorem et in meliorem ordinem digestum producturus expono. Itaque post verba a nobis in praesenti lucubrata et ad primam secundum Africanum Dynastiam spectan-

tia, secundam, non ab Africano, quin potius ab Eusebio (quis eam ferat oscitantiam?) scriptam Dynastiam subiungi, Lector, animadverte. Quae sequitur, inquam Thinitarum novem regum Dynastia secunda non Africani, prout ordo postulat, sed Eusebii est: Eusebii eiusdem prima retro sequitur. Utrumque declarant argumenta suis locis posita.

Δευτέρα δυναστεία Θεινιτῶν βασιλέων ἐννέα. ὧν.

Πρῶτος Βοηθὸς ἔτη λη΄. ἀφ᾽ (ἐφ᾽) οὗ χάσμα κατὰ Βούβαστον ἐγένετο, καὶ ἀπώλοντο πολλοί.

β΄. Καιάχως ἔτη λθ΄. ἐφ᾽ οὗ οἱ βόες Ἆπις ἐν Μέμφι, καὶ Μηνεὺς ἐν Ἡλιουπόλει, καὶ ὁ Μενδήσιος τράγος ἐνομίσθησαν εἶναι θεοί.

γ΄. Βινωθρὶς ἔτη μζ΄. ἐφ᾽ οὗ ἐκρίθη τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν.

δ΄. Τλὰς ἔτη ιζ΄.

ε΄. Σεθένης ἔτη μα΄.

ϛ΄. Χοίρης ἔτη ιζ΄.

ζ΄. Νεφεχέρης ἔτη κε΄. ἐφ᾽ οὗ μυθεύεται τὸν Νεῖλον μέλιτι κεκραμμένον ἡμέρας ἕνδεκα ῥυῆναι.

Interrupta secunda Dynastia (ultimos enim duos reges non adiecit) ad primam eiusdem Eusebii Dynastiam stylum consequenter revocat pagin. 55. A.

Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγυπτίων δυναστειῶν, ὡς Εὐσέβιος.

Μετὰ νεκύας καὶ τοὺς ἡμιθέους πρώτην δυναστείαν καταριθμοῦσι βασιλέων ὀκτώ. ὧν.

α΄. Γέγονε Μήνης, ὃς διασήμως αὐτῶν ἡγήσατο· ἀφ᾽ οὗ τοὺς ἐξ ἑκάστου γένους βασιλεύσαντας ἀναγραψαμένων ἡ διαδοχὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Μήνης Θεινίτης, καὶ οἱ τούτων ἀπόγονοι ιζ΄. ἐν ἄλλῳ δὲ ζ΄. ὃν Ἡρόδοτος Μῆνα ὠνόμασεν, ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ξ΄. οὗτος ὑπερόριον στρατείαν ἐποιήσατο, καὶ ἔνδοξος ἐκρίθη. ὑπὸ ἵππου δὲ ἱπποποτάμου ἡρπάσθη.

β΄. Ἀθῶθις ὁ τούτου υἱὸς ἦρξεν ἔτεσι κζ΄. καὶ τὰ ἐν Μέμφι βασίλεια ᾠκοδόμησεν, ἰατρικήν τε ἐξήσκησεν, καὶ βίβλους ἀνατομικὰς συνέγραψεν.

γ΄. Κενκένης ὁ τούτου υἱὸς ἔτη λθ΄.

δ΄. Οὐενέφης ἔτη μβ΄. ἐφ᾽ οὗ ὁ λιμὸς κατέσχεν τὴν χώραν, ὃς καὶ τὰς πυραμίδας τὰς περὶ Κωχώνην ἤγειρεν.

ε΄. Οὐσαφαὴς ἔτη κ΄.

ϛ΄. Νιεβὲς ἔτη κϛ΄.

ζ΄. Σεμέμψης ἔτη ιη΄. ἐφ᾽ οὗ πολλὰ παράσημα ἐγένετο, καὶ μεγίστη φθορά.

η΄. Οὐβιένθης ἔτη κϛ΄.

Οἱ δὲ πάντες ἐβασίλευσαν ἔτη σνβ΄.

Huic primae Eusebii Dynastiae adnectit Amanuensis Africani Dynastiam secundam, pag. 55. D.

Δευτέρα δυναστεία βασιλέων ἐννέα.

Πρώτου Βόχου, ἐφ' οὗ χάσμα κατὰ (Βούβαστον) Βουβάστων ἐγένετο, καὶ πολλοὶ ἀπώλοντο. Et reliqua. Tertiam deinde quartamque persequitur ad finem, quo scribitur pagina 57. A.

Ὁμοῦ τῶν τεσσάρων δυναστειῶν τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵αμϛ'. κατ' Ἀφρικανόν.

His imperfectam secundam Eusebii Dynastiam post pag. 55. A. verba ista *μέλιτι κεκραμμένον (κεκραμένον) ἡμέρας ια'. ῥυῆναι.* consequenter adiungit.

Μεθ' ὃν Σέσωχρις ἔτη μη'. ὃς λέγεται γεγονέναι ὕψος πηχῶν πέντε παλαιστῶν, γ'. τὸ μέγεθος.

θ'. . . . . . Ἐπὶ δὲ τοὺς ἐννέα οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ὑπῆρχεν.

Οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτεσι σϟζ'.

Ὁμοῦ πρώτης καὶ δευτέρας δυναστείας ἔτη φμθ'. κατὰ τὴν ἔκδοσιν Εὐσεβίου.

Τρίτη δυναστεία Μεμφιτῶν ὀκτώ.

Ναχέρωχις, ἐφ' οὗ Λιβύες ἀπέστησαν Αἰγυπτίων, καὶ τῆς σελήνης παρὰ λόγον αὐξηθείσης, διὰ δέος ἑαυτοὺς παρέδοσαν.

Μεθ' ὃν Σέσορθος, ὃς Ἀσκλήπιος παρ' Αἰγυπτίοις ἐκλήθη διὰ τὴν ἰατρικήν. οὗτος καὶ διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομὴν εὕρατο, ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπεμελήθη.

Οἱ δὲ λοιποὶ ἓξ οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἔπραξαν, οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη ρϟη'.

Ὁμοῦ τῶν τριῶν δυναστειῶν κατὰ τὸν Εὐσέβιον ἔτη ψμζ'.

Τετάρτη δυναστεία βασιλέων ιζ'. Μεμφιτῶν συγγενείας ἑτέρας βασιλείας. ὧν.

Τρίτος Σοῦφις, ὃς τὴν μεγίστην πυραμίδα ἐγείρας, ἥν φησιν Ἡρόδοτος, ὑπὸ Χέοπος γεγονέναι· ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς θεοὺς γέγονεν, ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι βίβλον, ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι.

Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἀνεγράφη, οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη υμη'.

Ὁμοῦ τῶν τεσσάρων δυναστειῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ͵αρϟε'. κατὰ Εὐσεβίου.

Κατὰ Ἀφρικανὸν ε'. δυναστεία βασιλέων ἐξ Ἐλεφαντίνης.

Exinde textus ordine suo digestus videtur procedere. In hunc autem modum emendatior Amanuensis vere *καλλιγράφος* exprimere debuerat: ac primo quidem Africani Dynastiam primam.

Μετὰ νεκύας τοὺς ἡμιθέους πρώτη βασιλεία καταριθμεῖται βασιλέων η'. ὧν.

Πρῶτος Μήνης Θεινίτης ἐβασίλευσεν ἔτη ξβ'. ὃς ὑπὸ ἱπποποτάμου διαρπαγεὶς διαφθάρη.

P. 20 *β'. Ἀθῶθις υἱὸς ἔτη νζ'. ὁ τὰ ἐν Μέμφει βασίλεια οἰκοδομήσας· οὗ φέρονται βίβλοι ἀνατομικαί. ἰατρὸς γὰρ ἦν.*

γ'. Κενκένης υἱὸς ἔτη λα'.
δ'. Οὐενέφης υἱὸς ἔτη κγ'. ἐφ' οὗ λιμὸς κατέσχεν τὴν Αἴγυπτον μέγας. οὗτος παρὰ Κωχώμην ἤγειρε πυραμίδας.
ε'. Οὐσαφαῖδος υἱὸς ἔτη κ'.
ϛ'. Μιεβιδὸς υἱὸς ἔτη κϛ'.
ζ'. Σέμεμψις υἱὸς ἔτη ιη'. ἐφ' οὗ φθορὰ μεγίστη κατέσχεν τὴν Αἴγυπτον.
η'. Βιηνάχης υἱὸς ἔτη κϛ'.
Ὁμοῦ ἔτη σξγ'.
Τὰ τῆς πρώτης δυναστείας οὕτω πως καὶ Εὐσέβιος, ὡς ὁ Ἀφρικανὸς, ἐξέθετο.

At si Eusebius quoad regum ordinem et annorum summam ea qua Africanus ratione Dynastiam primam exposuit: proferatur iam ipsa iuxta Eusebii calculos. ex pag. 55. A. B.

Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγυπτίων δυναστειῶν, ὡς Εὐσέβιος.

Μετὰ νεκύας καὶ τοὺς ἡμιθέους πρώτην δυναστείαν καταριθμεῖ βασιλέων η'. ὧν.
α'. Γέγονε Μήνης, ὃς διασήμως αὐτῶν ἡγήσατο. ἀφ' οὗ. καὶ τὰ ἑξῆς, prout pag. 55. B.
β'. Ἄθωσθις ὁ τούτου υἱὸς ἦρξεν ἔτεσιν κζ'. ἐν Μέμφει βασίλεια ᾠκοδόμησεν, ἰατρικήν τε ἐξήσκησεν, καὶ βίβλους ἀνατομικὰς συνέγραψεν.
γ'. Κενκένης ὁ τούτου υἱὸς ἔτη λθ'.
δ'. Οὐενέφης ἔτη μβ'. ἐφ' οὗ ὁ λιμὸς κατέσχεν τὴν χώραν· ὃς καὶ τὰς πυραμίδας τὰς περὶ Κωχώνην ἤγειρεν.
ε'. Οὐσαφαὴς ἔτη κ'.
ϛ'. Νιεβὲς ἔτη κϛ'.
ζ'. Σεμέμψης ἔτη ιη'. ἐφ' οὗ πολλὰ παράσημα ἐγένετο, καὶ πολλὴ φθορά.
η'. Οὐβιένθης ἔτη κϛ'.
Οἱ δὲ πάντες ἐβασίλευσεν ἔτη σνβ'.

Primae huic Eusebianae Dynastiae secundam ad Eusebii calculos, et id, quo usus est, exemplar utinam subiecisset in hunc modum ex pag. 54. D.

Δευτέρα δυναστεία Θεινιτῶν βασιλέων θ'. ὧν. V. 19
Πρῶτος, Βῶχος ἔτη λη'. ἐφ' οὗ χάσμα κατὰ Βούβαστον ἐγένετο, καὶ ἀπώλοντο πολλοί.
β'. Καιαχῶς ἔτη λθ'. ἐφ' οὗ ὁ βοῦς Ἄπις ἐν Μέμφει, καὶ ὁ Μνεῦις ἐν Ἡλιουπόλει, καὶ ὁ Μενδήσιος τράγος ἐνομίσθησαν εἶναι θεοί.
γ'. Βινωθρὶς ἔτη μζ'. ἐφ' οὗ ἐκρίθη τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν.
δ'. Τλᾶς ἔτη ιζ'.
ε'. Σεθένης ἔτη μα'.
ϛ'. Χοίρης ἔτη ιζ'.

ζ'. Νεφερχέρης ἔτη κε'. ἐφ' οὗ μυθεύεται τὸν Νεῖλον μέλιτι κεκραμένον ἡμέρας ια'. ῥυῆναι.

Reliqui duo hic desiderati ex pag. 57. A. mutuandi.

η'. Μεθ' ὃν Σέσωχρις ἔτη μη'. ὃς λέγεται γεγονέναι ὕψος πηχῶν ε'. παλαιστῶν γ'. τὸ πλάτος.

θ'. Χενερὴς ἔτη κθ'. ex eadem Dynastia 2. ad mentem Africani pag. 56. A. posita.

Ἐπὶ δὲ ἐννέα οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ὑπῆρχεν. οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτεσι σϟζ'.

Sequatur deinde Africani Dynastia 2. pag. 55. D. Dynastiae eiusdem 3. et 4. ex pag. 56. tum Dynastia tertia ad Eusebii mentem ex pag. 57. B.

Georgii Syncelli textum Librarii vaecordia perturbatum praefata ratione interpolandum, cum Scaliger confusionem vel errorem, Excerptorum p. 14 et 355. quibus Dynastias Eusebianas et Africanaeas exscribit, nullum observet, si quispiam Scaligeri peritiae plus aequo confisus detrectaverit, sequentium argumentorum robore convictus textus castigationem, et reparatum ordinem, tantum pertinax non fuerit, lubens mecum admittet. 1. Scaligerum deceptum nemo mirabitur, qui corruptum codicem, quem expressimus, sequutum sibi persuaserit. 2. Post Africani Dynastiam primam pagina 54. extantem, Eusebii pariter primam ex pag. 55. subiungendam solus is inficietur, qui unam alteri comparatam nolit. 3. Occurreret nunc, ais, Dynastia Africani secunda ex ordine inter Authores reciproco supponenda: Ita quidem: nisi pro libito sibi diversum ordinem Georgius Author praefixisset: Adducatur itaque in seriem post Eusebii primam secunda eiusdem Eusebii Dynastia ex pag. 54. D. et, prout in superioribus interpolata est, loco secundo consistat. Eusebii an Africani sit dubitas? Aliam pariter secundam pag. 55. D. Africano vel Eusebio num sit ascribenda diffidas. Priorem Eusebii, alteram Africani his ductus indiciis decerne. 4. Regum octo Dynastiae primae Eusebianae summa est annorum 252. pag. 55. C. Regum rursus aliorum novem Dynastia secunda locatorum aetates ad annos 297. productae sunt pag. 57. A. summam utramque compone 252. et 297. aliam annorum 549. subduces: quae certe est eadem quam ibidem his verbis colligit. *ὁμοῦ πρώτης καὶ δευτέρας δυναστείας ἔτη φμθ'. κατὰ τὴν ἔκδοσιν Εὐσεβίου.* Haec itaque Eusebii non Africani Dynastia est. 5. Africani quoque iura tuenda. Dynastiae eius primae et regum octo in ea memoratorum summa est 253. pag. 54. D. Dynastiae secundae summam pag. 56. A. vides esse annorum 302. Una alteri copulata summam 555. mihi procreat: eaque est quam Africani verba mihi suggerunt ibidem. *ὁμοῦ πρώτης καὶ δευτέρας δυναστείας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη φνε'. κατὰ τὴν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ.* 6. A summis nuper expositis ex prima secundaque Dy-

nastiis diversas omnino colligens Scaliger pag. 14. et 355. errantes numeros sequutum se, et inductos a Cacographo errores non animadvertisse declarat. Ecquid igitur, inquiet, reges septem Dynastiae Eusebii secundae ad Africani primam adnexae characteribus Africano addictis fuerat depingenda? Nequaquam: sed ut ordinis, ita pariter characteris perversio est.

Πρῶτος Βοηθός.] Emendationes affixas debet haec Eusebiana Dynastia, alteri, quae Africani est pagina seq. D.

Κατὰ Βούβαστον.] Bubastin urbem ad Pelusiacum Nili ostium memorat Herodotus in Euterpe.

Καὶ Μηνεὺς ἐν Ἰλιουπόλει.] Lego cum Scaligero Excerp. pag. 355. *καὶ Μνεῦις ἐν Ἡλιουπόλει.*

Pag. 56. *Κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ.*] τὸ, *δευτέραν* mihi redundat: ante Eusebium quippe scripsit Africanus. Africani mentio, et numerorum concordia Dynastiam hanc ab Africano scriptam et priori pag. 54. reperiendam convincunt.

Pag. 57. *Μεθ' ὃν Σέσωχρις.*] Qualiter textus ordo reparandus, et quibus haec adiungenda docent notae ad pagin. 54. Regis porro novi in lacuna desideratum nomen ex priori pag. 56. A. habetur. *Χενέρης ἔτη λ'.* Regem hunc Dynastiae 4. Africanaeae (cuius reges octo solos asserit) nonum addit Scaliger Excerp. pag. 355. errorem a Librario passus.

Ἱερὰν βίβλον.] *Ἱερὸν λόγον* scribit hic Scaliger Animadv. pag. 251. Hermetem scripsisse. Ecquid ex literis plurimis insanit, et a Suphis *ἱερᾷ βίβλῳ* ad Hermetis *ἱερὸν λόγον* migrat?

Ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι.] Quod librum possedisse gaudeat Africanus pag. praecedente *Eusebium* praesentibus verbis *solemniter hallucinantem* asserit Scaliger citatus, qui librum in pretio apud Aegyptios esse scribit: quasi videlicet Eusebii sententiae Africanaei dicti perversa sit consequutio. Numquid Africani et Eusebii adeo dissita tempora, ut quem habuit Africanus librum, Eusebius Aegyptiis charum et tempestate sua adhuc extantem vidisse non potuerit?

Pag. 58. *Ῥαθουρὶς ἔτη μδ'.*] Scaliger characterum α'. et δ'. similitudine deceptus μα'. vice μδ'. reddit Excerp. pag. 356. linea 2. Errorem arguit summa 218. ex regum 9. istorum aetatibus alteri 1046. annorum summae componenda, quae solos licet 1264. reddat, non in monadibus, sed in decadibus pravitatem admissam fateri cogit. Ubi vero error locandus sit, incertum penitus, nec otiose inquirere iudicio dignum censet Scaliger Animad. pag. 250. P. 21

Ὁμοῦ ἔτη σμη'.] At non σιη'. ex numeris praecedentibus summa colligitur. Scaliger apposite. *Nominum et annorum discrimen magnum occurrit vitio Librariorum, quae iam professus sum me non persequuturum: quod ea Lectoris arbitrio inter se*

conferenda, forsan quoque divinanda, *relinquimus*. Haec ille Animad. pag. 250.

Ὀθώης.] Addit Scaliger *ἔτη λ'*. Haud inepte. Succedentes enim reges quinque annorum 173. suis aetatibus explentes primum hunc Othoem annis 30. regnasse significant. Sex tamen supra 30. mallem assignari. Nam cum Phiops sexennis regnum assequutus ad annos centum pervenerit, non nisi 94. regnum tenuisse deprehenditur: ex quo anni sex alii Othoi regno desiderari coniiciuntur.

Φιὸς ἔτη νγ'.] Scaligeri Typographum pagina Excerpt. 356. errare censerem, ubi Scaligerum *ἔτη γ'*. Authoris summam *σγ'*. reponentem animadverto. Scaligeri tamen emendationem *ρνγ'*. conspicatus, Scaligerum ipsum annis totis 50. aberrasse decrevi.

Ἐξ Ἐλεφαντίνης.] De qua Heliodorus in Aethiopicis abunde.

Οἳ καὶ ἐβασίλευσαν.] De Nitocri sola textu loquente, lectio multitudinis numerum citans vix sustinetur. Dubius ideo repono: *ἣ καὶ ἐβασίλευσεν*: quamvis numerus *σιγ'*. annorum scilicet trium supra ducentos in regno exactorum a quibusdam assertus, nonnisi de pluribus, qui forsan eius filii, concedi possit affirmandus. De Nitocri Herodotus lib. 2. cap. 100.

Pag. 59. *Σημειωτέον ὁπόσον*.] Authoris sententiae Africani vel Eusebii dictis admixtae, typis nullo signo coniunctis, vel varietate conspicuis, exprimuntur.

Κατὰ Ἀφρικανόν.] Verba haec in Dynastiae sequentis titulum praefigantur: nec Latina versio de Africani calculis memoriam habeat.

Ἡρακλεωτικῶν.] Mutat Scaliger Excerp. pag. 356. in *Ἡρακλεοπολιτῶν*, non male: sed neque necessario. Non inquam, male: *Ἡρακλεοπολιτῶν* enim (etiam emendatius) successura pag.
V. 20 scribet Author: at superflue: cum Heracleotica Aegypti regio sit quae Heracleopolim includit. Est ostium Nili Heracleoticum, idem quod Canopicum: ad illud est Heracleopolis civitas, ut et nominis eiusdem altera ad Pelusium. Consule Stephanum, Plinium, Ptolemaeum, Strabonem, et ex his Ortelium. De Heracleote Nomo privatim Ptolemaeum.

Καὶ ὑπὸ κροκοδείλου διεφθάρη.] His de suo Scaliger Excerpt. pag. 356. addit. *ὁμοῦ τῶν ἐννέα δυναστειῶν ἔτη ͵βλδ'*.

Οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρπε'.] Subiungit his rursum. *ὁμοῦ τῶν δέκα δυναστειῶν ἔτη ͵βσιθ'*.

Σέσωστρις.] Quae hic corrupta ex paulo inferioribus emendantur: et hic integra alia inferius non sana reparant. De Sesostri et gestis eius hic memoratis Herodotus lib. 2. cap. 102. *ὁτέοισι μὲν ἐθνέων ἀλκίμοισιν ἐνετύγχανε, καὶ δεινῶς γλιχομένοισι περὶ ἐλευθερίης, τούτοισι μὲν στήλας ἀνίστη εἰς τὰς χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τό, τε ἑωυτοῦ, καὶ τῆς πάτρης, καὶ ὡς δυνάμει τῇ ἑωυτοῦ κατεστρέψατο σφέας· ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως*

καρέλαβε τὰς πόλεις, τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν τῇ στήλῃσι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι· καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς προσανέγραφε, δῆλα βουλόμενος ποιέειν, ὡς ἦσαν ἀνάλκιδες. Quascumque nationum oppugnabat feroces et vehementer studiosas libertatis, in eorum terris cippos statuebat inscriptos litteris sui nominis et patriae, et quae referrent ipsum illos vi subegisse; quarum vero urbes nullo praelio, nulloque prorsus negotio cepisset, his cippos inscripsit, tum eisdem litteris quas scripserat eisdem gentibus, quae viriles extiterant, tum muliebria pudenda: planum facere volens illos haudquaquam viriles extitisse. Eiusmodi cippos in Syria se vidisse fidem facit idem Herodotus cap. 106. De Sesostris pyramidibus, et virilium muliebriumque, tum in Hieroglyphicis, tum in somniis significatu, plura Ioannes Pierius Valerius Hierog. lib. 34. cap. 20.

Ἐν Ἀρσινοΐτῃ.] Subintelligo *νομῷ*, qua ratione dicitur *Σεθροΐτης* et *Σαΐτης νομός*. De Arsinoe Aegypti civitate Ortelius, et Plinius lib. 5. cap. 9. Arsenoites nomus emendat quae de Arsenoeto Aegypti, ut putat, urbe scripsit Vossius de Histor. Graecis pag. mihi 240.

Λαβύρινθον.] Quem vidisse se prodit et ample describit Herodotus in Euterpe cap. 148.

Pag. 61. *Πεντεκαιδεκάτη δυναστεία.*] Deest in Africani laterculo quartadecima Dynastia, potest tamen ex Eusebii scriptis inferius resarciri, frequentius enim Africanum *κατὰ λέξιν* sequitur. Ita scribit ille *τρισκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ξ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη υνγ΄. τεσσαρεσκαιδεκάτη δυναστεία Ξοϊτῶν βασιλέων οϛ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ρπδ΄. ἐν ἄλλῳ υπδ΄.*

Ποιμένων.] Pastores istos reges memorat ex Manethone Iosephus, in Apionem pagin. 1040. et ex utroque Eusebius de Praep. Evang. lib. 10. cap. 13. et in Chronico. *Reges Aegyptiorum Pastores coniicimus nuncupatos propter Ioseph et fratres eius, qui in principio Pastores descendisse in Aegyptum comprobantur.* At non Memphim cepisse, sed in terram Gessen secessisse, et nedum imperitasse, quin potius Aegyptiis serviisse constat. Pastorum regum, quos vocat Hycsos historiam ex Manethone refert Iosephus lib. 1. in Apionem pag. 1039. De Pastoribus Aegypti Heliodorus Aethiopi 1. nec non ex eo Scaliger Animad. pag. 18.

Ἐν τῷ Σεθροΐτῃ νομῷ.] Errant in Grammaticae leges MS. Librarius et Scaliger barytonam dictionem *νόμος* reddentes: pro significatu quippe gravem accentum requirit in ultima. Suidas. *νομὴ* et *βοσκὴ*, *pastio*, *pascuum*, a quo Nomades et Numidae Africae populi: de quibus ad rem nostram Turnebus Advers. lib. 1. cap. 27. *Numidarum nomen Latinis, non eos tantum populos, qui certam Africae partem, Numidiam vocatam, significat: quod, qui initio Pastoritiam vitam colebant, hoc nomen*

obtinuerunt: verum etiam alios populos, qui pecuarii erant. Suidas rursum. *νομὸς καὶ χώρα διὰ τὸ ἕκαστον ἔθνος ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι.* Est etiam *νομὸς regio, provincia, praefectura: eo quod singulae nationes ac provinciae propriis legibus utantur.* Ex gemina significantia si colligas unicam: *νομὸς* erit regio pascuis abundans a Nomadibus habitata et privatis legibus sub uno principe gubernata, qualis est Sethrois e qua Pastores reges in reliquam Aegyptum irruperunt. Solam tamen praefecturam frequentius significat. Plinius lib. 5. cap. 9. *Dividitur Aegyptus in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant.* Et infra. *Quae iuxta Pelusium est regio nomos habet Pharbaetitem, Bubastiten, Setroiten, etc.* Strabo Geogr. lib. 17. *ἔστι δὲ καὶ νομὸς Σηθρείτης (ita legit ille) παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην. Est quoque nomus Sethreites ad alium lacum.* De nomis Aegyptiis passim Herodotus lib. 2. cap. 164. et seqq. *κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται. In nomos Aegyptus tota dividitur.* Heliodorus statim sub Aethiopic. exordium legendus.

P. 22 *Ὁ νομὸς Σαΐτης.*] Habet verba de illo relatus Herodotus, et ab urbe Saï toti tractui nomen imponente nuncupatur. Principem huius nomi primam vocat Iosephus Salatim lib. 1. cont. Apionem pag. mihi 1039.

Θηβαῖοι Διοσπολῖται.] Vetera Homeri Scholia. *Θῆβαι πόλις Αἰγύπτου, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις.* Vide Diodorum.

Ξοΐτῶν.] Ortelius. *Ξόης* insula et urbs Aegypti apud Stephanum, in mari mediterraneo ad Sebenniticum et Phatniticum ostium: inde Xoites nomus. Plinius lib. 5. cap. 9. *Quae iuxta Pelusium est regio nomos habet Pharbaetiten, Xoiten etc.*

Pag. 62. *Βνῶν.*] Iosephus contra Apionem *Βνῶνα* posuit sequentem *Ἀπαχνᾶν*, 4. *Ἄφωφιν*. 5. *Ἰανίαν*. 6. *Ἄσσιν*.

Σημειωτέον πῶς ὁ Εὐσέβιος.] Scaliger ad Georgii mentem Not. pag. 251. relati pronunciat in Eusebium. *Nemo hoc Eusebii factum, nisi qui veri osor est, laudare possit.* Nec his contentus, Eusebium laesae maiestatis reum agit. *In reges*, inquit, *ipsos manus iniecit Eusebius, et pro sex quatuor posuit:* cuius ipse rationem investigat et adducit pag. Animadv. 15. *Ut Pastorum Dynastiam temporibus Ioseph Patriarchae accommodaret: propter Apionem et Iosephum, qui Pastores*, 16. *Dynastiae interpretantur Israelitas.* De regum istorum ordine videnda retro hanc nota ad pagina 70. secunda.

Κολοβώσας τὰ ἔτη αὐτοῦ ξα'.] De quibus constat pag. 61. B.

Εἰς ιδ'.] Ut paulo superius A.

Τὰ δὲ τῆς ὅλης δυναστείας ρνα'.] Quae summa est decimae septimae Dynastiae secundum Africanum.

Κατ' Ἀφρικανόν.] Maioris lucis ergo titulos addidi: *κατ' Ἀφρικανὸν, κατ' Εὐσέβιον.*

Πρῶτος Ἀμῶς.] Addit Scaliger lucis gratia (*Ἄμωσις*) nec

iniuria: non Eusebium enim modo pag. 69. sed et Africanum pag. seq. B. et 70. A. de Amosi scripsisse Georgius ipse testatur. Haec porro Africani totidem verbis exarata repraesentat iterum Author pag. 69.

Ὡς ἡμεῖς ἀποδεικνύομεν.] Haec Africani verba.

Ὡς δ' ἡ παροῦσα Ψῆφος.] Cum istis Amosis annis comparanda Moysis iuvenilis aetas in tabulis Chronologicis.

Ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία.] Scaliger in haec Animad. pag. 25. *Recte quidem in hoc Eusebium reprehendit* Georgius. Et infra. Hanc etenim Dynastiam pessimo exemplo, neque religiosis scriptoribus imitando deformavit Eusebius, ut eam Manetho, si reviviscat, non possit agnoscere.

Κἀνταῦθα δύο βασιλεῖς ὁ Εὐσέβιος παρέκρυψεν.] Frivole, ut quidem videtur, Georgium nostrum impetit Scaliger Not. pag. 31. *Ipse quoque Georgius, dum Eusebium insectatur, imprudens reprehensioni se se obiicit loquens de* 18. *Dynastia, dicit Eusebium duos reges ex hac Dynastia sustulisse. Africanus* 16. *recenset* (pag. nimirum 72. B.) *totidem Eusebius* (pag. 72. D. et 73. A.) *non igitur mutilavit, sed alios totidem pro veris supposuit.* Ecquid aliud, vir erudite, Georgius opposuit Eusebio? παρέκρυψεν, non ut prius, ἐκολόβωσεν, obiecit ille, hoc est occultavit, et quos hic saltem recensere, et huc transferre debuerat παρέκρυψεν omnino tacuit: quare nec hallucinatur, nec culpam in se Georgius committit, prout Scaliger Animadv. p. 251. obiicit. Sincerius multo de Eusebio pronunciaverat Scaliger. *Non potest dici quantum sibi permiserit Eusebius in hac* 18. *Dynastia temeranda. Nam non solum reges comminiscitur, qui neque* V. 21
apud Africanum, neque apud Iosephum extant, sed et eorum annos mutilat, et extendit, ut illi visum est. Georgium tamen mordendi prurigine sollicitatus, subdit. *Praeterea quod dicit apud Africanum colligi annos* 18. *Dynastiae* 263. (ex pag. 72.) *manifestum est codicum mendum, cum sint* 287. (datis nimirum ex Eusebii et proprio Scaligeri diagrammate primo Dynastiae regi Amos annis 28. cui solos 4. tacite tribuit Africanus) *quos Eusebius auxit annis* 61. *ut expleat intervalla temporum suorum.* At cum Africanus Amos primi regis non recensuerit annos, quod obiicit Georgius pag. 70. B. his verbis: τοῦ γὰρ Ἀμῶς οὐδ' ὅλως εἶπεν ἔτη: errori vel oscitantiae propriae permisit eum adhaerere, et ex privati cuiusque regis annis summam 263. collegit cum Africano eodem annos Amosis quatuor supponendos ex aliorum regum summa, quae 259. est annorum, significante. Eusebius deinde annos 85. addidit: nec in numero codices proferunt mendum: nec Georgius Africani laterculum interpolare tenebatur, ubi eum errasse contendebat: de his iterum in sequentibus cum Authore. Instat Scaliger. *Alia deliria apponit Georgius, quod alius sit* Ἀμῶς, *alius* Ἄμωσις: *et quidam rex* Ἀσσὴθ, *quem*

cum ipse apud Africanum et Iosephum extare neget, mirum unde expiscatus sit. Haec Scaligeri sinceritas, ut quo crimine Georgius onerat Africanum, ipse Georgius a Scaligero falso accusetur. Exprobrat Africano Georgius personarum vel nominum inscitiam; quod nimirum idem sit Amos, qui Amosis vocatur, et Tethmosis: οἶμαι τὸν Ἀφρικανὸν ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ ὁ παρ' αὐτῷ Ἀμῶς, Ἄμωσις ἐκαλεῖτο, ὁ αὐτὸς καὶ Τέθμωσις, υἱὸς Ἀσσὴθ: *et delirat Georgius*, ait Scaliger, *sentiens quod alius sit Amos, alius Amosis:* proh viri fidem et diligentiam! Unde porro Georgius expiscatus sit Asseth patrem Amos fuisse respondet ore proprio et verbis propriis. ἐκ τῶν ἀκριβεστέρων τῶν ἀντιγράφων, et infra: ὅπερ ἡμῖν εὕρηται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας: ubi de Amos, et an sit ab Amosi diversus, exponit: Ἀμῶς μὲν κατὰ Ἀφρικανόν· κατὰ δὲ Εὐσέβιον Ἄμωσις. Habuit porro Georgius praeter Iosephum et Africanum vetus de rebus Aegyptiorum Chronicon, cuius extat mentio pag. 51. Aliae Scaligeri obiectiones in haec eadem verba pag. Not. 251. propositae ex iam scriptis solvuntur.

Ἔτη δὲ προσέθηκεν κε'.] Referenda haec ad Eusebii diagramma inferius pag. 73. A.

Κατὰ τὸ με'. ἔτος.] Correctionem hanc tabulae Chronologicae ex Georgii scriptis digestae confirmant.

Pag. 63. Ἀπίων Ποσειδωνίου.] Apionem Posidonii filium disertis verbis exprimit Author pag. succedente D. Posidonius quoque scriptor a Iosepho ipso memoratur lib. 2. Plurima de Apione Vossius de Hist. Graecis pag. mihi 190. etc.

Ἐν τοῖς πρὸς ἔλεγχον Ἀπίωνος Ἰωσήππου δυσὶ λόγοις.] Asseth nomen apud Iosephum non extare falso Scaliger exprobravit Authori Animadv. pag. 33. disertis siquidem verbis Assis sexti Hycsorum, sive Pastorum, regis nomen, imperium, anni memorantur primo in Apionem, ex quo Asseth huiusce asserendi vel fingendi forsan desumpsit Author occasionem. Verba Manethonis sunt apud Iosephum pag. mihi 1039. exeunte. οἱ ποιμένες βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν ᾧ ὄνομα Σάλατις. καὶ οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν: et post pauca: εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, ταύτην ἔκτισε: et inferius: ἄρξας δὲ ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. *Pastores unum ex se fecerunt regem cui nomen Salatis* (Saitem bis scribit Author) *Hic Memphim veniens superiore inferioreque provincia tributaria facta, inventa Saite opportunissima civitate, eam extruxit:* Vides ex horum Manethonis verborum fonte Africani 15. Dynastiam pag. 61. et Eusebii 17. pag. 61. et 62. effluxisse? Subdit Manetho. μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσεν μδ'. καλούμενος Βηών· μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς λς'. ἔτη καὶ μῆνας ζ'. ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπωφις ξα'. καὶ Ἰανίας ν'.
P. 23 καὶ μῆνα ἕνα. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις μθ'. καὶ μῆνας δύο. *Post hunc autem regnavit alter 44. annis Beon nomine. Post quem*

alius Apachnas 36. *annis*, *et mensibus* 7. *Deinde Apophis* 61. *et Ianias* 50. *et uno mense. Post omnes autem Assis* 49. *et mensibus duobus.* Reges numero pares, iisdem fere sub nominibus, et vix impares aetate referunt Africanus ex Manethone, et apud Iosephum ipse Manethon: quocirca de iisdem utrumque loqui nulla superest dubitandi causa. Assis insuper nomine ultimus clarescit apud Manethonem, quem vocat Author Ἀσσήθ: cuius tamen causam uno non promovet asse Assis ille, cum ad Dynastiae senarium regum numerum ab Africano productum nihil addat, nec a Manethone primus sequentis Dynastiae, quod contendit Author, percenseatur: nisi, quod suggerit Georgius, suos codices aliter exhibere affirmat.

Σύγχρονον Μωσέως δεῖξαι Κέκροπα ἐπειγόμενος.] Quae praecipua fuit in Chronicon libri posterioris limine Eusebii mens, ut eius verba sonant. Quapropter ingenue Scaliger. *Haec quidem vere obiecit Georgius.*

Pag. 64. *Εἰ δὲ ἀναφέροι τις.*] Scaliger ex Africano refert haec Not. pag. 20. non ab Ogygo, sed a filio Eleusine, conditam Eleusinam demonstraturus.

Μοῖρα τοῦ Αἰγυπτιακοῦ στρατοῦ.] Repono emendatius. *μοῖρα τοῦ Αἰγυπτιακοῦ στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ ἐν τῇ* etc. vel, *μοῖρα τοῦ Αἰγυπτιακοῦ στρατοῦ ἔφυγεν ἐξ Αἰγύπτου· οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ* etc.

Pag. 65. *Οὐκοῦν τῶν α καὶ κ'. ἐτῶν.*] Africani est praesens computus, ut tum sequentia tum praemissa pag. 65. C. indicant. Author ab Israelitica profectione anno 3816. consignata ad primam Olympiadem ad annum 4726. fixam solos 910. annos numerat. Centum igitur et decem annorum unius ad alterum est discrimen: uterque licet ab eodem mundi anno recenseat Olympiades. At quos ante Abraham et Moysen Cainan iuniori Georgius noster centum et triginta tribuit, hos nonnisi retro Moysen putat annos Africanus. Hinc centum et decem annis quam apud Authorem legas priorem statuit Israelis exitum, a quo proinde ad primam Olympiadem mille et viginti requiruntur anni. Alios viginti Cainan annos qua methodo compenset Africanus scribit Author pag. 79. D. ut haec legenti manifestiora fiant omnino consulendus.

Pag. 66. *Ὅςτις ποτὲ ὢν ἀνήρ.*] Impii Porphyrii nomen prodit Latina versio Hieronymi.

Ἀβραὰμ Χαλδαῖον μὲν τὸν γένος.] Scaliger Not. pag. 12. *De Patriarcha Abrahamo*, inquit, *multa omisit Hieronymus, quae in Graecis leguntur: τὸν Ἀβραὰμ Χαλδαῖον μὲν τὸν γένος, ἄλλως δὲ ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τὸν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον. haec certe omittenda non erant.* Quinimmo tam inverecundus erga sanctum Patrem versionem concinnantem insultus fuerat Scaligero praetermittendus. Quam, o

Deus, ex illis verbis Historicae rerum sacrarum cognitioni accessit!

Ἀμφὶ τὰ τν'.] Scribit Hieronymus in versione Cecropem vel Mosen antecedere bellum Troianum annis 375. Latinus numerus primos Cecropis annos terminat, alter Athenarum ab eo posita fundamenta. Eustathius ab Allatio editus ex Eusebii verbis loquens annorum τν'. MS. Regium eiusdem Eustathii Codice 1027. ἐτῶν διακοσίων intervallum ponit.

Pag. 67. *Ὅτι μὲν οὖν αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀτοπίαν.*] Adeo insolentem Georgii reprehensionem non fert Eusebii vindex Scaliger. *Hic*, inquit Not. pag. 12. et 13. *more suo Georgius manus cum Eusebio stolide conserit, quod adversus tot scriptorum, tam Christianorum, quam Iudaeorum sententiam Mosen infra Inachi tempora ponit. Duo itaque obiicit: quod nova proferat, quod ἀναπόδεικτα. De priore, inique facit. Nam quod omnium consensu receptum est, et tempore fidem meruit, non sequitur necessario verum esse. De altero, neque iure id expostulat. Nam eo magis haec demonstrare debebat Eusebius, quo magis hominum haereret animis de immensa vetustate Mosis sententia, quod facit in sequentibus.* Adversus haec paucis Author ipse respondet. Periculosum est sapientibus ἀντιπεσεῖν, ἀμάρτυρόν τε τὴν παρ' ἑαυτοῦ γνώμην παρεισαγαγεῖν. 2. Si Cecrops Mosi coaetaneus, sane Moses non est antiquior Iove, cum Iuppiter aetate
V. 22 longe superet Cecropem: et Eusebius ipse ad Abraham annos Iovem inducat accedentem, ubi ad eius annum 205. Niobe primae omnium mulieri mixtum Iovem ex Graecorum relatione narrat. 3. Non potuit adeo propriam firmare sententiam Eusebius, ut hominum animis haereret inconcussa: cum Chronologiam παρανοθεῦσαι Eusebium fateatur Scaliger ad pag. 62. notas a nobis relatus: quod Author pariter exprobat in sequentibus. ὅθεν καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίων τῶν λεγομένων δυναστειῶν παρενόθευσεν χρονολογίαν etc. pag. seq. B. Rationem quartam reperies in Notis eruditissimi Allatii in Eustathii Hexahemeron.

Ὅτι δὲ ἐξ ἑτέρων τριῶν.] *Multa*, inquit Scaliger, *adiicit Georgius consulto omittenda.* Feliciter: consulit ipse saluti. Concludit paucis. *Georgius hac in parte contumeliosissime Eusebium accipit.* Quinimmo promissi non soluti arguit, et memoriae lapsus monet immemorem.

Πρῶτον μὲν διαψεύδεται.] Iniuriam repellit Scaliger pag. Not. 12. *Petulanter et praeter decorum homini insultans haec subiicit.* ὅτι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς. *Multa alia inepta adiicit, quae consulto omittimus. Dicit igitur in hoc peccasse, quod cum professus sit se Hebraicos numeros Iudaeorum sequuturum fuisse, numeros tamen 70. sequatur in priori parte: quod quamvis verum est* (ita patronum agit, ut admittat crimen) *tamen Eusebius intelligit se ab Abraham ad templi excidium Iudaeos, qui*

breviorem numerum annorum ponunt, quam 70. ut in annis Iudicum et aliis, se sequutum fuisse. Alioqui verum est Eusebium ab Adam ad diluvium annos putare 2242. secundum 70. Hinc ad Abraham eosdem quoque 70. sequutus est praeterquam in minore Cainan. Vana vel falsa Eusebii promissa non negat, vel excusat: de illatis contumeliis dumtaxat conqueritur, et inculcat sollicite *non necessario verum esse, quod omnium consensu receptum est, et tempore fidem atque authoritatem meruit:* quam tamen necessarium Georgii demonstrant rationes, a quibus referendis Scaliger abstinuit.

Διαμαρτάνει δὲ ἀληθοῦς.] *Georgius durus Eusebii persecutor:* deflere videtur Scaliger Not. pag. 26. in haec verba. at non innocentem et a culpa liberum insequi ipse fateatur.

Ὥστε ἐκ πάντων δείκνυσθαι.] Scaliger aequas Georgii querelas in haec verba meditatus pag. Animadv. 15. *De hoc facto Eusebii, quod nemo veritatis amans laudare possit: scribit Georgius. Regum* quippe *Assyriorum et Dynastiarum Aegyptiarum tempora ab Eusebio esse temerata* queritur: *quod verum est.*

Κατὰ ιζ'. ἢ ις'. ἔτος αὐτοῦ.] Asseth regno solis viginti annis concessis sextus aut septimus supra vigesimum de eiusdem regno absque Librarii culpa non potuerunt hic scribi. Repono igitur emendate *κατὰ ιζ'. ἢ ις'. ἔτος τοῦ αὐτοῦ Ἀσὴθ:* a mundi quippe conditu qui numeratur 3732. de quo mox Author in Asseth 17. incurrit: quamvis hi numeri nullatenus sibi constent, de quibus ad seq. pag. notas.

νε'. δὲ Ἰνάχου.] Haud Inachi 45. sed 41. reperitur cum mundi 3732. pari gradu procedens. Quae hic corrupta post tertiam notam castigabuntur.

Pag. 68. *Ἐν τῷ τέλει τοῦ κανονίου τῶν Ἀσσυρίων.*] pag. 168.

Μετὰ δὲ ἔτη π'.] Quae sequuntur in textu corrupta sequen- P. 24
tibus notis emendationem commodius admittunt.

Pag. 69. *Πρῶτος Ἀμῶς, ἐφ' οὗ.*] Verba sunt Africani eius mentis testes.

Ὡς δ' ἡ παροῦσα ψῆφος.] Haec Authoris: quorum veritas Chronologicae tabulae intuitu statim conspicitur. Eadem superius pag. 62. C. *κατὰ λέξιν* posita reperias.

Οἶμαι τὸν Ἀφρικανὸν ἀγνοεῖν.] *Georgius*, inquit ad haec Scaliger Animad. pag. 251. *in his non praeter solitum levis.* De his Scaliger gravem praeter solitum protulit sententiam.

Κατὰ τὸ ,γψλβ'. ἔτος τοῦ κόσμου.] Insignis, et qui tegi vel excusari nequit Authoris error, qui natalem Mosis diem anno vulgari mundi 3732. consignare meditatus, eum deinceps non observaverit, quinimmo in 3736. et quandoque in 3737. commutarit. Immunis est a tanti erroris noxa Librarii manus, haud etenim semel et iterum perversorum numerorum se se reum ex-

hibuisset; supra vero pag. 68. C. videmus eosdem exaratos his manifestis verbis *συντρεχόντων ,γψλβ'. ἐτῶν τοῦ κόσμου*, circa quae posita praecedens animadversio quinta mundi 3732. annum cum Asseth 17. concurrere declarat: isque idem mundi 3732. est qui Amos sive Amosios regnum annis quatuor antevertit: *πρὸ τεσσάρων τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐτῶν, κατὰ τὸ ,γψλβ'. ἔτος τοῦ κόσμου*: quo cum Moses haud natus sit, sed anno sequente 3736. ut habet pag. 126. C. vel correctiores calculi in tabulis, quid superest nisi praecipitis et levius perpensae sententiae reum Authorem fateri, qui, calculis mutatis, numeros, sententiam, scripta propria pervertat et confusa ostentet? Quapropter mendas tertia quarta et quinta notis superioribus obiter tantum indicatas praetervolabit Lector, et ex primae emendatione alias facile corriget ad pag. praecedentem D. pertinentes: *μετὰ δὲ ἔτη π'. κατὰ τὸν Ὤγυγον καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῦ κατακλυσμὸν, Ἄπιδος τοῦ Φορονέως Ἀργείων βασιλεύοντος, ἔτει θ'. Αἰγυπτίων δὲ Μισφραγμουθώσεως ἔτει ις'. Ἀσσυρίων δὲ Ἀσκατάδους ἔτει ε'. Σικυωνίων δὲ Ἐχυρέως ἔτει λζ'. ἐξήγαγεν ὁ Μωσῆς τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου.* Excusandus in hoc solum videtur Author, quod nondum plene digestis calculis errorem admiserit, et incertus an primo Amos anno, mundi 3736. vel Asseth 21. ante quatuor nimirum annos mundi 3732. respondente natalem Mosis diem figeret, ubi scribit hic *κατὰ μὲν τὸν πρῶτον Ἄμωσιν, ἤτοι Ἀμῶς παρ' αὐτῷ, ἢ πρὸ δ'. τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐτῶν Μωσῆς γεγέννηται.*

Ἐξῆλθεν ἀπ' Αἰγύπτου σὺν τῷ λαῷ ,γωιβ'. ἔτει.] Erroris nota praecedente manifestati continuatio. Ipse Author profectum ex Aegypto in annum a mundo condito 3816. in suum locum submovet pagin. 126. C.

Πρὸ τοῦ Ἀμώσεως τέταρτον καὶ τελευταῖον.] In haec pagin. Not. 251. posita Scaliger exclamat. *Haec quidem calumnia est. Tertium enim non quartum decimae septimae Dynastiae Eusebius constituit* (Aphophim) *et non Amosin, ut iste latrat, sed Ἄρχλην, quem Ἄρχλην vocat; sub quo Iosephum Aegypto praefectum fuisse dicit, non ut Georgius sub Amosi.* Quasi vero scripserit Georgius, *πρὸ τοῦ Ἀμώσεως τετάρτου καὶ τελευταίου τῆς ιζ'. δυναστείας Ἄφωφιν Εὐσέβιος παρέθετο. ante Amosin, qui Dynastiae decimae septimae quartus et postremus extitit, Apophim Eusebius interseruit*: ac non manifestius multo eius verba sensum istum reddant. Aphophim quartum et ultimum Dynastiae 17. regem ante Amosim praeter rationem ordinavit Eusebius. Perturbat Scaligeri iudicium praeceps in Georgium indignatio, quapropter nec quid obiiciat Georgius, nec quid ipse decenter respondeat, advertit. Verius ac prudentius dixisset. *Tertium* (prout pág. 62. A.) *non quartum decimae septimae Dynastiae Eusebius constituit Aphophim, Archlem autem quartum, sub quo Ioseplum Aegypto praefectum fuisse dicit, non ut Geor-*

gius sub Aphophi. His verbis Georgii calumnias, si quae sint,
discuteret; et Eusebii sententiam sincerius expositam videretur
in tuto reponere. Licet enim Chronico Latino Eusebii decima
septima, quam versamus, Aegyptiorum Dynastia non sit ascri-
pta, quod tamen decimam octavam anno post natum Abraham
294. incepisse, Ioseph autem anno 282. Ducem Aegypti consti-
tutum scribit: solis duodecim annis ante Amosim primum 18.
Dynastiae regem eam dignitatem adeptum facile colligimus. A
quo rege Amosim istum praeeunte, num ab Aphophi, cuius re-
gnum annis, ut vult Eusebius, 14. num ab Archle cuius 30. annis
protractum fuit, regios honores consequutus est Ioseph, inter
Georgium et Scaligerum non constat. Superior pag. 62. A. de-
monstrat oculis Archlem ultimo loco decimae septimae Dynastiae
ab Eusebio positum: Georgius, non Archlem, sed Aphophim,
quartum et ultimum ab Eusebio positum contendit. Quis verior,
de Eusebii mente testis, aut decimae septimae supra extans ca- V. 23
talogus, aut quem mendacem fingit Scaliger, praesens Georgii
textus? Sede, Lector, dissidii arbiter, et Georgium in se ipsum
scribere non potuisse mecum decerne. Scripsisset autem, si hic
Aphophim ultimum, superius ex Eusebio postremum pariter
Archlem exhiberet. Regum igitur ordo in descripta superius
decima septima turbatus est, inquies: et Archles tertius, quar-
tus Aphophis referri debuerat? Ita sane mecum senties, si errore
in Librarii oscitantiam reiecto, Georgii verba, quae te in sen-
tentia firment, adverteris. Eusebius, subiungit ille pagina lo-
coque praefatis, privatum finem sectatus decimae quintae Dyna-
stiae reges in decimam septimam transtulit; et senarium eorum
numerum duobus minorem fecit. Cuius autem gratia mutilati
illius catalogi se praestitit Authorem, nisi ut communis Chro-
nologorum sensus fierit ipse particeps, et Iosephum a reliquo
coetu sub Aphophi regiam dignitatem assequutum vulgo assigna-
tum, ipse mentis eiusdem concors Aphophis temporibus redde-
ret? Pensitanda in hoc propositum Authoris verba: *ἐπὶ γὰρ πᾶσι
συμπεφώνηται, ὅτι ἐπὶ Ἀφώφεως ἦρξεν Ἰωσὴφ τῆς Αἰγύπτου.*
*Una cuncti voce Iosephum sub Aphophi Aegypto imperitasse
praedicant:* In currentem aquam solus contranitetur Eusebius?
Quinimmo, pluribus istis consensurus ab Africano discedit, de-
cimam quintam eius Dynastiam sibi septimam ac decimam erigit,
sex regum ad quatuor numerum redigit; Aphopheos annos trun-
cat; quem tamen putari reperit ultimum in Africani Dynastia
15. pag. 61. B. ipse quoque debuit ultimum licet quarto tantum
loco reputare, et sub eius imperio, ne caeteris Chronologis se
opponat, Iosephi principatum recensere: *μὴ ἔχων ὁπωσοῦν ἐπὶ
ἄλλου τινὸς αὐτὸν παραθέσθαι, μετήγαγεν τὸν Ἄφωφιν ἀπὸ τῆς ιε΄.
δυναστείας εἰς τὴν ιζ΄. κολοβώσας τὰ ἔτη αὐτοῦ ξα΄: ὑπάρχοντα εἰς
ιδ΄.* Vindex igitur Authoris, ipsius verbis, uno solo dempto, con-

cludam. *πρὸ τοῦ Ἀμώσιος, τέταρτον καὶ τελευταῖον τῆς ιζ. δυναστείας Ἄφωφιν Εὐσέβιος παρέθετο εὐλόγως, καθ᾽ ὃν πάντες ὁμολογοῦσι τὸν Ἰωσὴφ ἄρξαι Αἰγύπτου.*

Κατὰ τὴν κ´. δυναστείαν.] *Κατὰ τὴν ιε´. δυναστείαν* legendum, et emendationem *ιε´.* marginalem probat pag. 61. B.

Pag. 70. *Ἀμενωφθὶς ἔτη κα´.*] Mutandum *κδ´.* in *κα´.* ob characterum similitudinem positum evincunt rationes succedentes. 1. Inter Amosin et Misphragmuthosim anni 69. ait Georgius numerandi: illi vero ex Chebros, Amenophthis, Amersis, et Misaphris aetatibus colliguntur, igitur Amenophthi unus et vi-
P. 25 ginti anni tribuendi. 2. Amenophthi eidem sub Amenophis nomine Eusebius solos 21. annos concedit pag. 71. C. 3. Ex Amosis annis 25. Chebros 13. Amenophthis 21. Amersis 22. Misaphris 13. Misphragmuthosis 26. anni colliguntur 120. iidem vero sunt numero cum iis de quibus in pagina hac eadem disserit Author Georgius: superest itaque Amenophthim, prout in margine expressimus, solos 21. expetere.

Pag. 70. *Ὁμοῦ ἀπὸ Ἀμώσιος τοῦ καὶ Μισφραγμουθώσεως.*] Totus hic Authoris discursus obscuritatum tenebris condensatus, et in Africanum Deucalionis diluvium Misphragmuthosis Aegypti regis temporibus statuentem argumenta contorta perplexis difficultatum nodis involuta proponuntur. Age, nodos exsolvamus, et, si vires animusque suppetant, prolata luce tenebras et caliginem omnem discutiamus. Quae tempore dissita, inquit, qualia sunt Ogygi Deucalionisque diluvia ducentis et octo supra quadraginta annis a se invicem remota, in brevem annorum periodum quaeque viginti supra centum non exsuperet summam nequeunt coarctari: eiusmodi vero est Ogygaeum et Deucalionaeum diluvium, ut 200. et 48. annis a se invicem dissidere etiam ex Africani computo declarentur: nusquam igitur fiet secundum Africani mentem, ut Thessalicum sub Deucalione diluvium ad Misphragmuthosis annos revocetur; alias Atticum sub Ogygo visum, aetate pene eadem contigisse concederetur. Singularum unius huius argumenti propositionum dicta his aliis ab Authore relatis firmantur. Et quam brevis sit quidem temporis ambitus, quo diluvium utrumque comprehendit Africanus, ex eius verbis et sententia depromo. Ogygaeum diluvium passa est Attica regio sub Inacho Moysis coaetaneo, Thessalia pariter sub Misphragmuthosi Moysis iam senis coaequali parem cladem est experta: spatium itaque disterminans utrumque ad centum et viginti duntaxat annos ascendit, quae annorum summa vix mediam ducentorum et quadraginta octo ab ipso Africano concedendorum emetitur. Addam amplius: ne forsan quidem inter utriusque diluvii limites annos 120. numerari posse. Incertus est enim Africanus de Moysis et Amos Aegyptiacae 18. Dynastiae primi regis aetatibus: et cum modo velut affirmans ponat Moysen Amos tempore

populum captivum liberasse, et Aegypto excessisse; modo dubius natalem Moysis diem ad eiusdem regis primordia revocare audeat: posteriori quidem Africani dicto assentientes ab Amos initio ad Misphragmuthosis finem centum et viginti annorum summam colligemus, Amos enim ille nullis licet ab Africano donatus annis, ab Eusebio 25. regnasse dicitur, cui Chebros 15. Amenophthis 21. Amersis 22. Misaphris 13. Misphragmuthosis tandem 26. successisse dicitur; atque adeo regum istorum aetates eam quam exegit Moyses annorum summam exaequat: prius autem dictum amplexati nequidem annorum quadraginta spatium commode poterimus eruere, quo terminum utrumque dispungamus. Nunc quam coactus inter Ogygi Deucalionisque inundationem annis 248. teneatur Africanus admittere, brevi ratione cum Authore declaro. Deucalionis diluvium Cranao secundo Atheniensium rege imperante Atticam regionem obvolvit: regnavit Cranaus novem annis, praecesserat Cranaum Cecrops, et annis 50. regnaverat; ante Cecropem retro Ogygi diluvium ob campos urbesque devastatas incolis regibusque regio deserta remanserat annis 189. totis igitur 248. separantur ab invicem Ogygi Deucalionisque nomine vocata diluvia. Hic Africani discursus, haec eius argumentorum pondera, quae licet apud me magni momenti sint: ex eo nutare fide persentio, quod subtiliter pro more, ne dicam dolose, ex adversarii et propria sua sententia impetens Georgius adversarium, ut argumento ad hominem, quod aiunt, composito conficiat hominem, quod partim admittatur, partim ab adversario debeat negari, proponat. Lector mentem et dolum advertet, mihi de illo monuisse satis. De Georgii argumentandi consuetudine redibit iterum sermo. Caeterum Amosim cum Misphragmuthosi confundi posse monet Author pagin. 69. B. Huius etiam Dynastiae ad Amosim hunc, qui etiam Misphragmuthosis anni solummodo 69. numerantur. Chebros 13. Amenophthis 21. Amersis, qui pag. 71. Amenses legitur, 22. Misaphris 13. summa 69. Ex verbis tamen pag. 71. D. clarius et correctius expressis fateor hic legendum. ὁμοῦ ἀπὸ Ἀμώσιος ἕως Μισφραγμουθώσεως. *Annorum summa ab Amos usque ad Misphragmuthosim etc.* His Georgii argumentatio commodius adaptatur.

Κατὰ Ἀφρικανὸν καὶ Εὐσέβιον.] Nec Africanus nec Eusebius ex primorum sex vel quatuor Dynastiae 18. regum aetatibus annorum 120. summam compingit: quartum enim omisit Eusebius, postremo detraxit unum: Africanus primi nullos posuit annos. Eusebius tamen primi Amosios 25. recensuit, reliquos Africanus: et ex utriusque privatis calculis una 120. annorum summa collecta est.

Ἔτη ρκ'.] Emendandum κ'. in ρκ'. privati annorum cuiusque regis calculi probant. Secundi Amenophthis Librarius posuit

κδ'. reposui *κα'*. quos solos attribuit infra. Trium aliorum excessus, ne ex quatuor mediorum regum aetatibus anni 69. superius memorati praecise colligantur, prohibet.

Χρόνοις ὕστερον σμη'.] Ex Africani, non proprio supputo.

Pag. 71. *Μετὰ Ὤγυγον.*] Textus vitium Authoris menti re-
V. 24 pugnans sola dictionum transpositione tollitur. *Κέκροψ ὁ δι-
φυὴς καὶ Κραναὸς, ἐφ' ὃν καὶ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος γέγονε κατα-
κλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, μετὰ Ὤγυγον καὶ μετὰ Μισφραγμούθωσιν
ἐγένοντο, ἤγουν χρόνοις ὕστερον τοὐλάχιστον ρν'.*

Μισφραγμούθωσις ἔτη κε'.] Ita suprema pagina Author *κατὰ τὸν Εὐσέβιον τῆς ιη'. δυναστείας μόλις κε'*. etc. et nisi tollatur unitas superflua, excedet numerum 71. mox reperiendum.

Βασιλεῖς πέντε.] Sistit hic Scaliger, ne cum Georgio in Eusebium scribat *ἄντι τῶν ἕξ*. textus Eusebiani pag. 16.

Pag. 72. *Οἱ λοιποὶ τῆς ιη'. δυναστείας.*] Quorumdam regum
hic memoratorum breviarium ex Manethone profert Iosephus in
Apionem lib. 1. ex quo ad Manethonem elucidandum, haec. *ἐπὶ
δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλασφραγμούθωσις, ἡττωμένους φη-
σὶ τοὺς Ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ, ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης
ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ' εἰς τόπον ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων
τὴν περίμετρον, Ἄβαριν ὄνομα τῷ τόπῳ.* Et infra. *τὸν δὲ Ἀλισ-
φραγμουθώσεως υἱὸν Θούμμασιν, ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πο-
λιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος· ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω,
ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες, ὅπῃ βού-
λωνται, πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσιν.* Et inferius iterum. *μετὰ
τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν Ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα,
ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις ἐβασίλευσε με-
τὰ ταῦτα ἔτη κε'. καὶ μῆνας δ'. καὶ ἐτελεύτησε, καὶ παρέλαβε τὴν
ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς Χέβρων ἔτη ιγ'. μεθ' ὃν ὁ Ἀμένωφις κ'. καὶ μῆ-
νας ζ'. τοῦ δὲ ἀδελφὴ Ἀμεσσὴς κα'. καὶ μῆνας θ'. τῆς δὲ Μήφρης
ιβ'. καὶ μῆνας θ'. τοῦ δὲ Μισφραγμούθωσις κε'. καὶ μῆνας ι'.
τοῦ δὲ Θμῶσις θ'. καὶ μῆνας η'. τοῦ δὲ Ἀμένωφις λ'. καὶ μῆνας ι'.
τοῦ δὲ Ὧρος λς'. καὶ μῆνας ε'. τοῦ δὲ Ἀκεγχρὴς ιβ'. καὶ μῆνα ἕνα·
P. 26 τῆς δὲ Ῥάθωσις ἀδελφὸς, θ'. τοῦ δὲ Ἀκεγχήρης ιβ'. καὶ μῆνας ε'.
τοῦ δὲ Ἀνεγχήρης ἕτερος ιβ'. καὶ μῆνας γ'. τοῦ δὲ Ἁρμαῖς δ'. καὶ
μῆνα α'. τοῦ δὲ Ῥαμέσσης α'. καὶ μῆνας δ'. τοῦ δὲ Ἀρμεσσῆς Μια-
μοῦν ξς'. καὶ μῆνας β'. τοῦ δὲ Ἀμένωφις ιθ'. καὶ μῆνας ς'. τοῦ
δὲ Σέθωσις καὶ Ῥαμέσσης ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν.
οὗτος τὸν μὲν ἀδελφὸν Ἁρμαῖν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστη-
σεν, καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν ἐξού-
σιαν, μόνον δὲ ἐνετείλατο διάδημα μὴ φορεῖν, μηδὲ τὴν βασιλίδα
μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν. ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασι-
λικῶν παλλακίδων. αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην, καὶ πά-
λιν Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν δό-
ρατι, τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυνάμεως ὑποχειρίους
ἔλαβε. καὶ μέγα φρονήσας ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι δὲ καὶ θαρσ-*

λεώτερον ἐπορεύετο τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις καὶ χώρας καταστρεφόμενος. χρόνου τε ἱκανοῦ γεγονότος, Ἁρμαΐς ὁ καταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ πάντα τοὔμπαλιν οἷς ἀδελφὸς παρῄνει μὴ ποιεῖν, ἀδεῶς ἔπραττεν. καὶ γὰρ τὴν βασιλίδα βιαίως ἔσχεν, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσι ἀφειδῶς διετέλει χρώμενος. πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων διάδημα ἐφόρει, καὶ ἀντῇρε τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ τεταγμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου, γράψας βιβλίον ἔπεμψε τῷ Σεθώσει δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀντῇρεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἁρμαΐς παραχρῆμα οὖν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλούσιον, καὶ ἐκράτησεν τῆς ἰδίας βασιλείας. ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος Αἴγυπτος. λέγει δὲ ὅτι ὁ μὲν Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος. Ἁρμαΐς δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δαναός. *Sub rege vero cui nomen erat Alisphragmuthosis, victos dicit Pastores,* (de quibus supra pag. 61. C. et D.) *et aliam quidem universam Aegyptum perdidisse: inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Avaris: Filium vero Alisphragmuthoseos Thummasim conatum eos vi expugnare. Cum vero obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relinquentes, quo vellent innoxii omnes abirent. Et postquam egressus est ex Aegypto populus Pastorum Hierosolymam, expulsor eorum rex Thethmosis regnavit post haec annis viginti quinque et mensibus quatuor, et defunctus est. Assumpsit regnum filius Chebron annis tredecim: post quem Amenophis viginti et mensibus septem: huius autem soror Amesses annis* 21. *et mensibus.* 9. *Mephres autem* 12. *Misphragmuthosis* 25. *et mensibus.* 10. *Thmosis autem* 9. *et mensibus* 8. *Amenophis autem* 30. *et mensibus* 10. *Orus vero* 36. *et mensibus* 6. *Huius autem filia Acenchres annis* 12. *et mense uno. Huius frater Rathosis annis* 9. *Achencheres annis* 12. *et mensibus* 5. *Achencheres alter* 12. *et mensibus.* 3. *Armais vero* 4. *et mense uno. Ramesis autem uno et mensibus* 4. *Armesesmiamun* 66. *et mensibus* 2. *Amenophis* 19. *et mensibus* 6. *Sethosis autem equestres et navales copias habens, fratrem quidem Armaim procuratorem Aegypti constituit, et omnem ei aliam regalem tribuit potestatem, tantum diademate uti prohibuit, et ne reginam matrem liberorum opprimeret, imperavit, et ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipse vero ad Cyprum et Phoenicem, et rursum contra Assyrios atque Medos castra metatus, universos quidem, alios ferro, alios sine bello terrore magnae virtutis sibimet subiugavit. His vero felicitatibus invitatus elevatius incedebat, Orientales urbes ac provincias subvertendo; multoque tempore procedente Armais, qui in Aegypto fuerat relictus, omnia contra quam frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam et reginam violenter compressit, et aliis concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: persuasusque ab amicis et diademate utebatur, et fratri rebellabat. Sacrorum autem antistes codicillos Sethosi misit, cuncta*

significans, et quia rebellaret frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinavit, et proprium tenuit regnum. Provincia vero vocata est ex eius nomine Aegyptus. Dicit enim quod Sethosis Aegyptus vocabatur: Armais autem eius frater Danaus. Haec Manetho.

Θούωρις ὁ παρ' Ὁμήρῳ Πολύβους.] Praesentem locum una corrumpit et interpolat Scaliger Excerpt. pag. 357. interpolat scribens ς'. Θούωρις ὁ παρ' Ὁμήρῳ καλούμενος Πολύβιος Ἀλκάνδρας ἀνὴρ ἐφ' οὗ τὸ Ἴλιον ἑάλω: quem eundem locum pari corruptione foedatum pag. seq. B. ipse quoque simili arte expurgat Excerpt. Euseb. pagina 16. linea 37. depravat autem Polybi sive Thuoris eiusdem mutilatis annis et septem vice 6. duntaxat repositis dicta pag. 357. cui pag. 16. septem integros restituit: de quo Latinus Eusebius. *Thuoris rex Aegypti ab Homero Polybus vocatur, maritus Alcandrae, cuius meminit Homerus in Odyssaea dicens: post Troiae captivitatem Menelaum et Helenam ad eum divertisse repetentes Graeciam post bellum Troiae.* Ibi vero annos Thuoris septem enumeratis Scaligeri vitium nobiscum expurgat.

Ἄθωρις ἔτη λθ'.] Scaliger pag. Excerpt. 357. (θ'.) quasi Athoris regni alteruter numerus offerretur probandus, priore nimirum falsitatis suspecto, vel secundo hoc a nonnullis authoribus asserto. Nec perperam omnino. Ex margine quippe sola, in qua θ'. numeri noni index est et character Achencherai numerali nota carenti hoc pacto adiungitur: θ'. Ἀχενχέρσης *rex* 9. *est Achencherses*, Scaliger in textum transtulit, et ex eo charactere extra sedem posito, non ordinem modo, sed et Athoris annos significari coniecit, qui re vera non 39. sed 9. ex dicendis post notas septem colligentur.

Μόνος Εὐσέβιος.] Scaliger Animad. pag. 32. *Hoc unum,* inquit, *obiicit* (Georgius) *Eusebio, quod sub hoc rege Exodum Hebraeorum ponat: quum alii sub Amosi. Quae ratio non est unius assis.* Imo quam ingentis pretii, cum in dubia re plurium, quam unius praevaleat testimonium. Nullo interiecto subdit. *Sed his omissis vide quomodo Eusebius annos huius Dynastiae interpolando id affectavit, ut principium Acherris praecise in tempus Exodi incideret, quasi sub eo rege voluisset Exodum contigisse, nihil agere videretur, nisi in principio eius regni Exodum ipsam statueret.* Quis in Eusebium clementior, Georgius an Scaliger? Vel cuius Georgii an Scaligeri validius Eusebium impetat ratio: iudicet aequus Lector.

Pag. 73. Θούωρις ὁ παρ' Ὁμήρῳ.] Quae de loci istius corruptela et emendatione nota superiore tertia scripsimus consule. Hoc animadverto: Scaligerum Excerpt. pag. 16. annos 7. Thuori, cui pag. 357. sex tribuit concedere.

Εἰκοστὴ δυναστεία βασιλέων Διοσπολιτῶν ιβ'.] Repraesentat haec Scaliger Excerpt. pag. 357. et una regum istorum duodecim depravat homadem scribens οἱ ἐβασίλευσαν ἔτη ρκε'. Insuper addit. ὁμοῦ τῶν κ'. δυναστειῶν ἔτη ‚δχα'. quae ut pleraque ab eodem in Dynastias istas intrusa non extant in MS.

Βασιλέων Τανιτῶν ζ'.] Regum duntaxat septem series νζ'. in ζ'. recte mutatum commonstrat.

Ψουσέννης ἔτη μς'.] Scaliger Excerpt. pagin. 357. ἔτη μβ'.
quae ratio est, ut iuxta proprium computum ex Dynastiae prae- V. 25
sentis homadibus annos duntaxat 110. colligat.

Σουσέννης ἔτη ιδ'.] Lubens alios 16. apponerem annos et Susennis istius ultimi, cui Eusebius 35. impertitur, conficerem triginta: ut collecti omnium numeri 130. summam una componere legerentur.

Pag. 74. *πρώτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία βασιλέων Τανιτῶν ζ'.*] Titulus hic a Scaligero Excerpt. pag. 16. praetermissus Dynastiam 20. et 21. discrimine sublato confundit. Ecquid Eusebii versio Latina cum Graeco textu Aegypti Dynastiarum concordiam teneat studiosus Lector si interpellaverit, quae hunc cum illa conferenti sunt observata, non illubens subiicio. In Latina interpretatione Dynastias quindecim priores desiderari. Sexta et decima anno Abrahae primo exorditur, et, prout hic pag. 61. D. annos 190. viguisse scribitur. Septima supra decimam regum
nominibus et aetatibus orba, ad 100. et tres annos, hic ad sex P. 27
et 100. regum singulorum signatis temporibus, producta demonstratur. Octava et decima, quae cum hic, tum apud Hieronymi versionem annis 348. terminatur, reliquis regibus tempore inter se paribus Athorim solum exhibet hic annis triginta alios novem in Eusebii Chronico concessos excedentem: ex quo tricenarium illum velut superfluum omnino expungendum nullus non videt: quare ad λθ'. Scaliger excessum resecturus apposuit solos θ'. quo partiales summae totali congruant, et priori reiecto, secundum numerum iudicaret probandum textus Eusebiani pag. 16. de quo iam supra ante notas 7. Sexta supra vicesimam Dynastia non Graeca haec modo, sed et Hieronymi Latina ad annos 168. utrobique protenditur, Regium licet MS. annis quinque totalem summam breviorem attestetur ρξγ'. vice ρξη'. scribens: quae ratio fuit, ut ad latus ρξγ'. sicut Scaligero ρξη'. scribere licuit pagin. textus Euseb. 17. ita 168. in versione Latina legendum proponere a me praesumptum est. Privati porro Dynastiae huius numeri inter se dispares parem unam summam offerunt: ubi namque Psammitichus rex 5. annos 45. Psammuthis 7. annos 17. Vaphres 8. annos 25. Amosis 9. annos 42. in Graeco exemplari obtinent, primus in Latina Hieronymi interpretatione 44. alter 12. tertius 30. ultimus 43. referunt et utrobique annorum 129. componunt summam, quae reliquis adiuncta 168. memoratam

exhibet. Septima et vicesima Latina annis 8. hac Graeca brevior est: quod anno nimirum Darii Xerxis filii 11. obeunte Aegyptiorum regnum reparaverit Nepherites: qua pariter ratione Cambysis annus primus Amosis Aegyptii Dynastiae superioris regis 8. annum postremum occupet contemplare apud Eusebium Latinum. Dynastia 29. in versione Hieronymi solius est Nepheritis annis 5. (qui 6. hic) duntaxat regnantis. Dynastia 30. reges tres solum continet, Achorim annis 12. (qui 13. hic) Psammuthim 1. et Anapheritem mensibus 4. imperantes. Additur Nectanebus, expuncto Muthi, annis 18. Teos 2. et Nectanebus alter duobus iterum regnans: qui regum trium posteriorum numeri sunt ipsi qui regibus iisdem in Africani Dynastia 30. accommodantur: ex quo Africani Dynastiam tricesimam cum Eusebiana commutandam existimo. Caeterum Graeca Latinaque regum nomina prolatione nonnunquam diversissima inter varias lectiones literis penitus iisdem referri quandoque conspiciuntur.

Pag. 78. Ἔτη φ΄.] Uno dempto: vel certe 2243. ineunte Sem genuit Arphaxad.

͵βτοη΄. ἔτει τοῦ κόσμου.] Nascitur Arphaxad anno post creatum orbem 2243. trigesimo deinde et quinto supra centesimum prolem suscipit: non igitur alio quam aerae mundi 2308. Hic autem non Librarii, sed ipsius Authoris error parvus, ut aiunt in principio et in immensum crescens; diversis enim variorum scriptorum codicibus usus, inter quos Africani Chronicon Arphaxad epocham uno anno quam exigat ratio superiorem, id est ipso diluvii anno statuens, ab eo, ubi eum sequitur, falsi, et anno uno minoris computi desumit frequentius causam. Quo fit ut duobus etiam coniunctissimis locis de eadem re loquutus, modo in unum, modo in sequentem, eam coniiciat annum: de tam gravi hallucinatione passim occurrente in textu, passim notarum eadem monita coget repetenda.

Ἕως τοῦ ͵βωη΄.] Confirmat hic numerus praecedentem emendationem, et exinde tres subsequentes expetit.

Ἐν τρισμυρίοις ἔτεσιν καὶ ͵δπ΄.] Novem per 3600. ducta novem saros componunt, hoc est dierum 32400. summam. Duo per 600. ducta reddunt 1200. duos nimirum neros: Octo denique per 60. ducta 480. conficiunt, octo videlicet sossos. Tribus porro summis istis ad invicem iunctis exurgunt dierum, quos Polyhistor annos vocat, myriades tres, quater millia, et octoginta. Decem redundantes de suo Librarius apposuit.

Ἔτη ἡλιακὰ ϟδ΄. καὶ μῆνας η΄.] Nisi solares annos, de quibus ex Alexandro Polyhistore Authoris sermo, ex tricenum dierum mensibus 12. velis compositos, hoc est diebus solis 360. in dies 34080. nusquam resolves, id est in saros 9. neros 2. sossos octo. Nonaginta siquidem quatuor per 360. ducta, 33840. ex-

habent, his adiunge menses octo tricenarios in dies 240. resolvendos confestim elicis 34080. summam priori parem.

Καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ζ'. Χαλδαίων βασιλεῖς.] De quibus pag. 90. Quos hic septem citat, cum Chosmabelo, non post eum, numerum huiusmodi componere intellige: quinque etenim duntaxat eum in regno excepere.

Pag. 79. *Τὰ λοιπὰ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ϱν'.*] A diluvio ad instaurata Chaldaeorum et Aegyptiorum regna numerantur anni 534. quorum 34. postremus totius orbis imperator Arphaxad, 350. priores eiusdem orbis reparator Noe sibi vindicant. Sem regno 150. reliqui fiunt. Vide pag. 53.

Τοῦ Φαλὲκ ἔτος ε'.] Qualiter Phalec quartus vel quintus annus in nationum dispersione accipiendus, discussum superius in pag. 53. Notis.

Τῷ ͵βφη'. ἐγέννησε τὸν Σαλᾶ.] Numerus ͵βφε'. in ͵βφη'. emendandus. Nascitur quippe Cainan ab edito mundo 2378. aetatis vero 130. hoc 2508. intellige, prolem suscipit.

Pag. 80. *Τούτῳ τῷ ͵βφδ'. ἔτει Νῶε διέθετο.*] Testamentum illud anno mundi 2576. ex correctiore numero (Graecus enim ͵βφοβ'. errat annis 4.) conditum cum Authore exposuimus pag. 45. A. Eo vel isto, nullius momenti res est.

Τῷ ͵βχλη'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Natus Sala post orbem conditum anno 2508. ex nuper dictis, aetatis 130. mundi 2638. numerabat: superstes deinde annis 330. mundi 2968. excessit e vivis.

Τῷ ͵βψμβ'. ἔτει Σὴμ ἐκοιμήθη.] Venerat enim in lucem anno 2142. qua potitus annis 600. ea privatus est 2742.

Τῷ ͵βψοα'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Arphaxad epocha ipso diluvii anno non succedente posita, prout Africanus, et Author eius exemplari usus, numerant, sanos esse praesentes numeros sentiam: alias Heber editus anno communi 2638. et 134. provectus, sobolem procreat 2772. et ex Geneseos cap. 11. superstes annis 270. mundi 3042. moritur. Ex his numerus ͵γμα'. in ͵γμβ'. mutandus in textu.

Pag. 81. *Ἀφρικανοῦ.*] Quatuor sequentia Canonia, Africani nimirum unum, Eusebii secundum iuxta 70. interpretationem, tertium eiusdem Eusebii ad Hebraeorum codicum normam, et postremum ab eodem rursus ad Samariticum exemplar composita in suum Eusebium derivat Scaliger, et ab eis (omisso, ut par fuit, proprio Georgii Canonio) principium duxisse Eusebium sibi fingit pag. 1. textus Eusebiani.

Ἐνὼς ὑπάρχων ϱϟ'.] Error Librarius est ϱϟε'. ut lineis superioribus σλε'. Graecis codicibus ϱϟ'. et σε'. legentibus.

Μαθουσάλα ἐτῶν ϱπζ'.] Ita legendum ex Authoris testimonio suadeo. Scribit enim pag. 20. B. *Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ϱξζ'. ἐγέννησεν τὸν Λάμεχ, τῷ ͵αυνδ'. ἔτει τοῦ κόσμου. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τῷ ϱπζ'. ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσιν τὴν γέννησιν*

V. 26 P. 28 *Λάμεχ, οἷς ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας τῷ βσξβ΄. τοῦ κόσμου τὸν ἐπὶ Νῶε κατακλυσμὸν ἐστοιχείωσεν.*

Pag. 83. *Μέχρι τοίνυν τοῦ κατακλυσμοῦ.*] Ex istis, scribit Scaliger Animadv. pag. 243. *hallucinationem Georgii Syncelli animadvertere licet, qui* 70. *seniorum excessum supra Samaritas colligit annorum* 930. (saltem 935. cum Authore scripsisset,) *Samaritarum autem supra Iudaeos* 349. Tum productis, quae elucubramus, verbis, *Sed est hallucinatio*, inquit, *putat enim ab Adam usque ad diluvium, mendose: quum isti anni sint ad natum Noe, non ad diluvium usque deducti.* Hallucinatur certe Georgius, at non in quo Scaliger arbitratur: hallucinatur autem Scaliger ipse, etiam in quo Georgius hallucinatur. Rem paucis prodo. Anni Adam 130. Seth. 105. Enos 90. Cainan. 70. Malaleel 65. Iared 62. Enoch. 60. Mathusala 67. Lamech 53. ad *τεκνογονίαν* usque simul collecti 702. summam componunt: Lamech insuper ad diluvium annos 600. numerante iuxta Samaritici codicis verba, *καὶ ἐπέζησεν ἔτη χ΄. μέχρις αὐτοῦ τοῦ κατακλυσμοῦ*: ex 702. et 600. summa 1302. colligitur, quae ad 2242. complendos, non 935. sed 940. exigit copulam: Vere igitur Georgius hallucinatur, ubi Samariticum codicem a septuaginta Interpretum numero 2242. solis 935. deficere statuit, et ab Hebraeo diluvium ad mundi vulgarem 1656. annum alligante solis 349. minorem ponit, cum hic 354. ibi 940. inferior habeatur. Hallucinatus est itaque Scaliger, nec Georgium ita hallucinari advertit. Georgium hallucinari concedam? Non ita: sed ex ipsius Scaligeri iudicio Librarium eius leviter errasse. Enoch annos 60. vice 65. scribentem fatebor. Scaliger ipse numerum emendandum suggerit in haec verba *Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ξε΄. in Samaritarum*, inquit citata pagina, *autographo ξε΄.* Bene est numeri sani omnes, sane omnis Georgii sententia. Resumptis ideo calculis pone Adam 130. Seth 105. Enos 90. Cainan 70. Malaleel 65. Iared 62. Enoch 65. Mathusala 67. Lamech 53. summam 707. consequeris; adde annos 600. a Lamech natali die ad diluvium summam 1307. colligis: An non illa, prout Georgius asserit, a septuaginta Interpretibus posita ad diluvium 2242. summa aliis 935. minor reperitur? An non eadem iterum summa 1656. quae penes Hebraeos diluvii epocha est, aliis 349. vere inferior decernenda? Quam nunc ex propriis Scaliger hallucinetur expendo. Ad annos *παιδοποιίας* Malaleel *ἐτῶν ξε΄.* vice, *reponendum*, paulo superius inquit, *ex autographo Samaritarum* οε΄. inferius nonnihil: ad annos Mathusala ξζ΄. vice *in Samaritico autographo*, quod ipsimet nobis communicarunt Samaritani legimus οζ΄. *et ita corrigendum.* Ad quae sapienter respondet Georgius *τὸ Σαμαρειτῶν ἀντίγραφον ἀρχαιότατον, ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι*: Samariticum exemplar vetustissimum et probatissimum, nuperas mendas non admittit, novas hallucinationes ex mendis ortas diluit, numerum ϡλ΄. vice ϡλε΄.

a Scaligero positum falsitatis arguit, reliqua Scaligeri obiecta ceu levissima exsufflat.

Pag. 84. *Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν'. μέχρις πγ'. Ἔβερ.*] Annus a diluvio 350. in Heber 83. hac ratione incidit. Arphaxad biennio post diluvium nascitur: anni 2. Arphaxad aetatis 135. generat Sala (Cainan enim Eusebius praeterit) summa 137. Sala annorum 130. generat Heber: summa 267. Heber 83. summa 350.

Ὁρῶν δὲ ἐν τῇ συγκεφαλαιώσει.] *Haec sunt stultissima:* scribit Scaliger Animadv. p. 249. Sapienter ille, si ratione duceretur.

Pag. 85. *Ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ,ατζ'.*] Ex privatis Genearcharum singulorum ante *τεκνογονίαν* aetatibus annorum 1307. ex Samaritico computo summa, colligi nequit, nisi quod antepenultima probavimus observatione, Enoch ante prolem susceptam vitae quintum et 60. attigisse ponamus. Illuc adducta coniectura ratione et Scaligeri testimonio probata praesenti authoritate robur omne sibi comparat. Quare quod tum ibi pag. 243. tum in verba haec pag. 249. contendit Scaliger ex mendoso codice suo Samaritico in nostrum, ut ibi assertum est, *ἀρχαιότατον* et vere *ἀληθὲς* mendas inducere, et ,*ατκζ'*. corruptum numerum sinceri ,*ατζ'*. vice supponere, non nisi indurati erroris veritatem aperte impugnantis indicium est.

Ἔτεσι ϡλε'.] Ita emendatur Librarius ex scriptis ab eo p. 83. D. ita Scaligeri novus error pag. 243. Animadv. *ϡλ'*. scribentis arguitur, ita denique numeris 1307. et 935. ad invicem compositis statuta ante diluvium a 70. Interpretibus annorum 2242. summa nulla difficultate astruitur.

Λίθους γὰρ ἔνθεν τε.] Eadem Eustathius quasi *αὐτόπτης*, vel saltem rei gestae *ὁμόχρονος*.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ρλε'. ἐγέννησεν τὸν Καϊνᾶν ,βτοζ'.] Miserandus apud Virgilium Nisi de palma contendentis in medio cursu pratoque casus: at miranda magis hic celeberrimi scriptoris hallucinatio, et, quod aiunt, in plano diligentis Chronologi cespitatio, et lapsus infelix. Nusquam fallaces scientiae, fallantur licet, qui eas tractant. Quae certior Mathematicis cognitio? Quae Mathematicas inter, Arithmetica? En tamen, qui numeris et annis totius orbis historiam distribuit Georgius Syncellus in facillimis *παραλογίζεται*: et qui religioso Graecorum more se Peccatorem profitetur in Chronologici operis limine, impraesentiarum quasi de se vaticinatus, probatur Chonologus *ἁμαρτωλός*. Humana res est, adeoque facillima, peccatum, in facili non committetur? *ἔτει δευτέρῳ*, scribit ille, *μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, Σὴμ ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξάδ*. Generalis orbis per diluvium iactura 2242. anno ascribitur: Arphaxad natalis dies sequentis anni 2243. termino, (sic annum a diluvio secundum exponit) consignatur. Evolutis itaque centum et quinque supra triginta annis, non 2377. numerare deberet, sed 2378. En tamen ut manifeste

scribat: *Ἀρφαξὰδ γενόμενος ρλε'. ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν βτοζ'. ἔτει τοῦ κόσμου.* Cainan deinde factus Salae pater post alios 130. annos mundi 2507. sibi videt appositos, qui 2508. ἀπαραλογίστως ex prima supputi epocha requirit: ac iterum Sala exactis centum et triginta annis, et Heber filio producto, non 2638. sed tantum 2637. mendose colligit: atque ita deinceps posterorum reliqui, distributis per singulas eorum aetates mundi annis, unitate minorem summam, quam praefata Arphaxad incunabula mereantur, referant. Fateor errorem non ubique observari: illud in errore miror, quod cum continuus non sit, eo repetito, maioris noxae reum se praestet Author; maxime ubi positis ad Chronologiae suae rigorem Patriarcharum epochis et natalibus, confestim quasi scriptorum oblitus, eorum gesta pertractans, vel iterum ortus historico more versans, alterius epochae annos corrupte proferat. Admissae fallaciae vel observatae veritatis diversitatem in varios authores et codices a Georgio nostro, modo in Chronologicis, modo in Historicis consultos refundo, et in eam opinionem, qua scripta ante obitum non relegisse, et accuratius non examinasse, suspicor. Pagina superior 78. una cum notis errati, de quo in praesenti, fontes et correctiones exhibent in margine et in versione: solum marginale spatium eas hic demonstrat: omittentur deinceps, ne frequentiori animadversione erga Lectorem vel Authorem me geram importunius. Vide sodes notam sequentem.

P. 29 Pag. 86. *Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμόν.*] Attende Africanum erroris Georgii nostri ducem, non a biennio retro diluvium, sed ad ipsam diluvii epocham, et annum 2262. natalem Arphaxad diem adtexere, et post 2262. annos 135. dumtaxat putare ad Salae ortum anno 2397. ab eo consignatum. Africanum verbis hisce Scripturae Genes. 11. v. 10. delusum reor. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad:* ipse vero diluvii annus fuit aetatis Sem centesimus: quo forsan contigit, ut sequentibus animum non adverteret: *biennio post diluvium.* Africani paralogismum, Georgius noster frequenter sequitur: nec omnino deserit, ubi sanae sunt eius rationes, quibus non nisi anno post diluvium unico Arphaxad ortum retardat.

V. 27 *Ἔτη ͵αιε'.*] Nullo diluvium inter et Arphaxad nativitatem interposito spatio, si post diluvium, ex Africani computo ad annum mundi 2262. revinctum ante prolem ab Arphaxad susceptam eius annos 135. apposueris: et Salae pariter ante τεκνογονίαν 130. Heber 134. Phalec 130. Ragau 132. Seruch 130. Nachor 79. Tharra 70. et tandem Abrahae 75. adiunxeris, a mundi orta primo 3277. ab ipso vero diluvio et anno 2262. alia annorum 1015. summam colliges: non ita Ϡιε'. 915. prout textus Eusebiani pag. 9. collegit Scaliger.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ'.] Scaliger Animadv. p. 249. *Quod*

Eusebius hic ponens 70. Chronologiam Cainan omiserit, non uno nomine reprehendendus est. Reprehendendus magis Latinus interpres, vel Librarii incusandi, qui eius nomen et aetatem in Latinos omnes codices intulerunt.

Ἐπέζησεν ἔτη υλ΄.] Tribus unitatibus e corrupto textu υλγ΄. expunctis, Heber 564. et post παιδοποιΐαν 460. vixisse colligitur, hoc pacto. Heber 134. Phalec 130. Ragau 132. Seruch 130. Nachor 38. 564.

͵βϡπ΄.] Redundant tres istae numerales in textu, nisi praepositum velis, ἕως τοῦ ͵βϡπ΄. et subiunxeris ἔτους τοῦ κόσμου. Retentae, et cum aliis comparatae difficultates eas pariunt, a quibus, si superesset inter vivos, nec Eusebius ipsum se eximere posset. Pone etenim cum Africano, qui 70. Interpretum textu utitur, Arphaxad anno 2242. natum: adde hinc Arphaxad ante τεκνογονίας terminum annos 135. Sala 130. Heber 134. Phalec 130. et eius vitae reliquos 209. plane colligis 2980. illinc vero, ad 2242. eosdem adiunge rursus Arphaxad 135. Sala 130. Heber 134. Phalec 130. Ragau 132. et Seruch denique 75. summam a priori duobus deficientem, id est 2978. elicis. Statue cum Georgio, cui textus 70. Interpret. in manu est, ubi maiorem computum sequitur, Arphaxad anno 2243. lucem aspexisse: prioribus summis hinc additis, 2981. summa emergit; ex aliis altera 2979. habetur. Finge tertio ex Eusebii, prout exponemus modo, calculis Arphaxad annis duobus diluvio posteriorem anno 2244. genitum: hinc ex prioribus summis anno 2982. moritur; ex aliis anno Seruch 75. mundi 2980. numerantur: quare Seruch annorum numerus mendosus est, et ex mente Eusebii proxime exposita mutandus in 77. ut cum lethi Arphaxad tempore conveniat, et a correctione, quam Georgii ratio exigit, ad marginem fixa discrepare non observetur.

Pag. 87. Μετὰ δὲ τὸν Φαλέκ.] Non mortuo Phalec, sed ordine ad eum servato.

Ῥαγὰβ γενόμενος ἐτῶν ρλε΄.] Ex editis 70. Scaliger restituit ρλβ΄.

Ἐπέζησεν ἔτη ριθ΄.] Ita numerat textus Hebraeus Graecus 70. Interp. 125. ex utroque deductis Tharae 70. hinc 55. illinc 49. vitae Abraham remanent: quare οζ΄. in μθ΄. commutandum. Consule Samaritarum laterculum in idem.

Τὰ πάντα συνάγεται ͵γρπδ΄.] Diluvio ex Eusebii calculis ad annum ab ortu mundi 2242. constituto, et biennio post anno 2244. Arphaxad in lucem prodeunte, ad Abrahae natalem diem reliqui anni colliguntur hac ratione. Arphaxad aetatis 135. generat Sala, mundi 2379. Sala fit pater Heber post annos 130. mundi 2509. Heber annorum 134. suscipit Phalec, 2643. Phalec aetatis 130. procreat Ragau 2773. e Ragau oritur Seruch, patris vitae 132. id est mundi 2905. Seruch annis 130. natus generat

Nachor 3035. Nachor aetatis 79. communi 3114. filium Thara videt oriri, cuius anno 70. et vulgari totius orbis 3184. nascitur Abraham. Aliam annorum istorum putandi viam iniit Scaliger Animadv. pag. 252. *Arphaxad*, scripsit ille, *natus est anno* 2. *diluvii secundum* 70. *Interp. A diluvio ad natalem Abrahae anni sunt* 1072. Ita quippe numerare potuit. A diluvio, duo. Arphaxad, 135. Sala 130. Heber 134. Phalec 130. Ragau 132. Seruch 130. Nachor 79. Tharae 70. Summa 1072. Subdit Scaliger. *Eusebius autem praeterivit τὸν δεύτερον Καϊνᾶν, qui natus est secundum* 70. *anno patris Arphaxad ad* 135. *quo numero de* 1072. *deducto, remanebunt a diluvio ad natum Abraham anni* 937. Fallitur Scaliger: non enim patris Arphaxad anni 135. sed eius filii Cainan anni 130. παιδοποιΐαν praecurrentes fuerant detrahendi: quare anni 942. remanent: prout ipse fatetur, ubi pergit. *Atqui Eusebius putat annos* 942. *quinque annis amplius. Ita secundum deductionem annorum* 135. (130. dixisset consideratius) *ab Adam ad natum Abraham fuerint tantum anni* 3187. (voluit scribere 3177.) *quare est ἀλογιστία Eusebii*. Quinimmo absurdissima Scaligeri.

Μέχρι νε΄. ἔτους Ἰακώβ.] Excessus est annorum quinque.

Μέχρι ιη΄. Ἰακώβ.] Scaliger μέχρι μη΄. Ἰακώβ. Mendose. Totius enim Sala vitae annis 433. et a suscepta prole 403. privatae nepotum summae respondent hoc pacto. Sala 30. Heber 34. Phalec 30. Ragau 32. Seruch 30. Nachor 29. Tharra 70. Abraham 100. Isaac 60. et tandem Iacob iuventutis 18. in unum collectae reddunt 433. et ἀπὸ παιδοποιΐας 403.

Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε΄.] Necessariam emendationem probat Scaliger Animadv. pag. 249. Ita pariter legendum declarant Authoris verba D. καὶ κατὰ τῶν ο΄. ἑρμηνείαν, iuxta quam Arphaxad anni leguntur 135.

Ἔτη ͵γφμβ΄. ὁπόσα ἦν καὶ κατὰ τὴν ο΄. ἑρμηνείαν.] Scaligerum se ipsum in haec verba delusisse pag. 249. ad pag. 85. notas demonstravimus.

Pag. 89. Ὥστε ἀνάγκη διαμαρτῆσαι.] Circa discursum istiusmodi velitatur Scaliger pag. 252. et imbelli rationum acumine in eum praeliatur.

Ἔστι τοίνυν κατὰ τοὺς ο΄.] Verborum istorum authorem Eusebium agnoscit Scaliger Animadv. pag. 13. et non semel, sed iterum pag. 252. quibus locis, Arphaxad, vice Cainan, annis in numerum adductis insigniter sibimet imposuisse convincitur. At de his ante sex notas.

Φαλὲκ δὲ ἦν ἐτῶν ι΄.] Scriptorum pag. 42. B. et 46. B. non recordatur Georgius.

Pag. 90. Τῷ ͵βωζ΄. ἔτει τοῦ κόσμου Ἀρφαξὰδ ἀπέθανεν.] Quam variae sint de Arphaxad annis sententiae ex praesenti loco, ex pagin. 115. A. et ex scriptis ad pagin. 42. colligimus.

Τῷ ͵βϡα'. τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ Φαλὲκ ρλ'.] Ex Arphaxad epocha ad ipsum diluvii annum 2242. devincta 2242. Arphaxad 135. Cainan 130. Sala 130. Heber 134. Phalec 130. Summa 2901.

**γο'*.] Redundare mecum arbitraberis duas hasce literas, vel fusius repones *ἕως τοῦ γ'. κοσμικοῦ ἔτους*. Eadem quippe mox repetiturus Author praesentis numeri emendationem confirmat.

Ἦν ἔτος ͵βϡιϛ'.] Abius anno mundi 2868. regnum auspicatus P. 30
ad 2915. vertentem tenuit, adeoque successor Oniballus mundi 2916. excepit.

Ἕως τοῦ σκε'. διήρκεσεν.] His ad Eusebium nil attinentibus praetermissis, textum resumit Scaliger pag. 14. his verbis. *διεδέξαντο τὴν Χαλδαίων βασιλείαν*. quibus ordine perturbato coniungit Arabum reges inferius recensendos. Haec est, inquiet ille, Georgii mediocris in rationibus componendis solertia, qui quos tempus ad invicem nectit, in historiae decursu multo spatio disiungit. Valerent ista, si eodem temporis intervallo, et ut ita dicam annorum stadio exterarum nationum principes proprio locandi ordine non occurrerent. At cum Aegyptii propriam provinciam eodem quo Assyrii spatio in regnum erexerint, non erant Arabes multo intervallo semoti ante Aegyptios et ordinem sibi debitum memorandi.

Διεδέξαντο τὴν Χαλδαίων βασιλείαν Ἄραβες.] Primorum Chaldaeorum et Arabum regna, vetustissimas fabulas et antiqua figmenta contendit Petavius de Doct. Temp. lib. 9. cap. 13. nec nisi quia Scaliger ex iis absurdissimam componit Chronologiam, et Chaldaeos reges diluvio vetustiores facit, commentitia et doctiorum calculis proscribenda affirmat. Verum Chaldaeos Arabasque principes Africanum, a quo in alios de eis notitia fluxit, sola Petavii assertio confinxisse non suadet, nec pravus de iisdem in Scaligeri Chronologia usus figmentum aut fabulas arguit, ubi rectior Chronologiae dispositio, vel antiquorum penes Africanum monumenta eorum historiam probant. Diluvio longe posteriores,
et in nationum dispersione imperium instaurantes Georgius noster V. 23
Chaldaeos, et successores Arabas inducit: regnaque Chaldaeorum et Assyriorum a Petavio lib. 13. ad annum mundi 1874. confusa, scripturae verbis Gen. cap. 10. v. 11. faventibus secernit, et per longum serumque temporis spatium ab invicem distinguit. Quibus lubenter addiderim Assur et Ninum eundem hominem cum Petavio non putandum: hic enim Nembrodis e Cham, prout asserit Petavius, oriundi et nepotis filius; ille filius Sem non obscuro Scripturae testimonio comprobatur. Eapropter Augustinus, *Quod dictum est*, inquit lib. 16. de Civit. Dei cap. 3. *de terra illa, id est de terra Sennar, quae pertinebat ad regnum Nembrod* (Chaldaei) *exiisse Assur et aedificasse Ninivem et alias civitates hic memoratas, longe postea factum est: sed ex occasione hic perstringi-*

tur, propter nobilitatem regni Assyriorum, quod dilatavit Ninus Beli filius conditor Ninives civitatis magnae, cuius civitatis nomen ex illius nomine derivatum est, ut a Nino Ninive diceretur. Assur autem, unde Assyrii, non fuit ex filiis Cham medii filii Noe, sed ex filiis Sem, qui fuit maximus Noe filius. Unde apparet ex filiis Sem exortos fuisse, qui postea regnum Gigantis illius Nembrod obtinerent, et inde procederent, atque alias conderent civitates, quarum prima est a Nino appellata Ninive. Vix apparet insuper qua ratione, procedentis retro diluvium temporis eidem spatio paucissimi e Cham homines orti, Chus nimirum Nembrod et Ninus, sub quo, non assentiente licet Petavio, melior Chronologorum pars Abraham in lucem venisse testatur, paucissimi, dico, Cham nepotes longae ab multiplici Sem filiorum, Arphaxad, Sala, Heber, Phalec, Ragau, Seruch, Nachor, Tharrha, Abrahae seriei possint exaequari; quos cum iuxta 70. Interpretum putandi modum per sua tempora et aetates disponat Author Georgius, ac insimul Chaldaeorum et Arabum ante primos Assyrios Abraham coaevos Nembrod inferiores antiquissima regna per eadem spatia ex Africani, vel eo vetustiorum authoritate regna stabiliat, inter fabulas et figmenta, nudo simplicique dicto, quod privatae alicui Chronologiae nequeant adaptari, non videntur facile connumeranda. Vide pag. 92. A.

Pag. 91. *Τῷ ͵βψος΄. ἔτει τοῦ κόσμου.*] A diluvio ad instaurata Chaldaeorum et Aegyptiorum regna numerat Author annos 534. Nec immerito. Longo quippe temporis et annorum spatio fuit opus hominibus, ut in eam excrescerent multitudinem, qua populatissima regna et terrarum immensi tractus colerentur. His aliisque regnis instituendis, et referta quavis incolentium plebe referciendis soli 153. Petavio satis fuerunt lib. 9. de Doct. Temp. cap. 14. et 15. sed quibus hoc confirmat, rationes portentosae sunt, et fidem omnem videntur exsuperare.

Αἰγυπτίων δύο βασιλέων.] Quos coniunxit Georgius, homo Scaliger separavit reges, et utriusque annis 72. uni soli addictis, alterius eorum desideravit aetatem lacunae nota, scribens in hunc modum: *Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ε΄. ἀνεπίγραφος οβ΄. Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛ΄. ἀνεπίγραφος (ἔτη)* . . . . Huius itaque innominati desiderat annos: at Georgius quinti et sexti regum annos simul colligit, et utriusque 72. affirmat, et a mundi 2944. ad 3016. regnasse testatur. In his . . . . . anonymi alterius annos quaerit Scaliger; ubi reperiat, non coniicio.

Ἐτῶν ͵αος΄.] Scaliger pag. textus 14. ͵ϡος΄. Erronee. Videnda quae de Thebaeorum regum spatio scribit inferius Author ad calcem eorum diagrammatis pag. 147. D.

Μετὰ ρκδ΄ ἔτη τῆς διασπορᾶς.] Numerus 1124. mendosus. A dispersione siquidem ad instauratum Thebaeorum regnum anno

mundi 2900. medii fluunt soli 124. anni. Vide citatum locum pag. 147. D. quo non *λα'*. ut reddit Scaliger pag. textus Eusebiani 14. sed *λη'*. manifesto scribuntur.

Pag. 92. *Μετὰ τοὺς ϛ'. Χαλδαίων.*] Septem ostentat pag. 90. hic vero Nembrod Chami semine procreatum et alienigenam ex Chaldaeorum albo expungit.

Ἀράβων τρίτος ἐβασίλευσεν.] Arabas istos reges parum fideliter exscripsit Scaliger pag. 14. Cum enim Regio secundus manifeste desit, et de primo tertioque disertis verbis aperta fiat mentio; ipse tertium secundum esse iussit, quartum in tertiam sedem ascendere, quintum in quartam, et sextum in praecedentem quintam: secundus autem, cuius nomen et anni deerant in Regio, in sextum relegavit ordinem, et Anonymo licet annos 41. assignavit, hoc pacto. *Ἀράβων ἐβασίλευσεν ϛ'. . . . . . ἔτη μα'.* Ita ex Georgii penu propriaque Minerva sibi suum conflat Eusebium: sed temere. Huic quippe sexto, seu verius secundo ad complendos 215. quibus Arabes tenuerunt imperium 40. duntaxat debentur anni. Depravando in hunc modum Georgii textui dedit ansam Librarii lapsus a Scaligero non animadversus. Ille siquidem cum primi regis Mardocentis aetatem ac mundi annos eidem copulandos non apposuerit, praetervolato pariter regis secundi nomine, annum mundi 3041. quo coepit secundus iste Anonymus regnare, primi regis nomini erronee adiecit: ex his autem 3041. mundi annis ad 3086. medii currunt 45. memorati et regi secundo debiti. Quocirca cum annos 45. mundi 3041. incipientes in Sisimardaci primum et mundi 3086. recte terminari Scaliger deprehenderet, tertium illum Sisimardacum secunda sede locandum confestim est suspicatus, et vir licet eruditus haud leviter dormitans delusus est. Ad Georgii igitur mentem et calculos ann. mundi 3001. Arabas sibi regnum usurpasse statuentis praesens locus hoc pacto interpolatur.

α'. Μαρδοκέντης ἐβασίλευσεν ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γα'.

β'. Ἀράβων ἐβασίλευσεν . . . . . . ἔτη με'. τοῦ δὲ κό- P. 31
σμου ͵γμα'.

γ'. Ἀράβων ἐβασίλευσεν Σισιμάρδακος ἔτη κη'. τοῦ δὲ κόσμου ͵γπϛ'.

Reparandi hoc pacto textus authoritatem suggerit Georgius scribens paulo infra B. *ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ ἔτους ͵γα'.*

Εὐσέβιος τῷ ͵γρπδ'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Ventilat haec Scaliger Not. pagin. 13. et 252. *Et haec non sunt nauci*, ait.

Ἀφρικανὸς ἀπὸ Ἀδάμ.] Ex his ad alia pag. 64. A. comparatis nonnullas Africani Chronologiae epochas levi negotio colligo: Exitum ex Aegypto anno a mundi conditu 3706. Olympiadum initia anno 4726. quae Georgii est opinio: Cyri imperium anno 4941. committenda. Aegyptum anno 3706. ex Africani cal-

culis desertam ab Hebraeis verbis apertis Georgius suggerit, qui, quod diluvium annis 20. sequius posuerit, et Cainan annos 130. praeterierit; atque ita annis 110. errare videatur, de Africano tantummodo conquestus est pag. 54. et 62. Georgio igitur ad annum 3816. diluvium asserente, Africanus ad 3706. sursum trahet: ex quo ad Olympiadem primam annis 1020. interlabentibus, illius sedem ad mundi 4726. (quod Georgius suo loco admittit) statui necessum est: et post eam rursum annis 215. qui Olympiadem 55. et Cyri regnum attingunt, exactis, Cyri eiusdem imperium ad annum 4941. ex Africani computo certissime remitti.

Ὑφαιρομένων τῶν κ'. ἐτῶν τοῦ Μαθουσάλα.] Quamvis Africanus ac pariter Eusebius, praeterito Cainan Iuniore, suos calculos Authoris calculis minores annis 130. (qui Cainan sunt proprii) demonstrent: quod tamen Africanus 14. Mathusala, praeter debitum, concessis, aliisque sex insuper additis, communi mundi anno 2262. diluvium devinxerit, in calculo Cainan aetatem sequuto, annis minus Eusebio viginti tenetur errasse: *σφάλλεται καὶ οὗτος τὰ ρλ'. ἔτη, ὑφαιρομένων τῶν κ'. ἐτῶν τοῦ Μαθουσάλα.* Quocirca fixo ad annum mundi 3202. Abrahae natali die, centum duntaxat et decem omissorum damnatur: ex illis enim 3202. et 110. ad invicem iunctis consurgit 3312. summa natali Abrahae a Georgio consecrata. Eadem repetit Author ad annum 3373. Caeterum cum Abraham natalis dies anno 3184. Eusebius, 3202. Africanus celebrari memoret, quid causae est ut discrimen
V. 29 solorum 20. annorum inter utrumque ponat Author, cum recte numeranti 22. reperiantur occurrere? Quod nimirum biennium a diluvio ad Arphaxad in lucem ortum Eusebius in suis calculis exprimat, illud idem praetereat Africanus, et in reliquis, praeterquam addititiis 20. annis sint concordes. Quo fit pariter, ut cum Author Africanum in omittendo biennio imitatus, a diluvio ad Abraham annos recenset, 3312. duntaxat nonnunquam colligit: ubi vero biennium, ipso tamen diluvii anno comprehenso, ex propria sententia exprimit, 3313. frequenter recenseat.

Προσομοίως τῷ Εὐσεβίῳ.] Scaliger in haec et superiora verba Not. pag. 13. *Merito reprehenditur a Georgio Eusebius, quod cum minorem numerum sequi se profiteatur: tamen 70. Seniores in his sequitur.*

Pag. 93. *Ὅπερ ἀδύνατον πέφυκεν.*] Ob annos Cainan ab Africano relictos et additos ad diluvii aetatem alios viginti: de quibus nota penultima.

Τὸ γάρ τοι παρά τινων ὡς ἄπορον ἡμῖν προτεινόμενον.] Haud Georgio soli haec antilogia, quinimmo ipsi Moysi obiicitur. Scripsit Genes. 11. v. 26. *Vixitque Thare septuaginta annis: et genuit Abraham, et Nachor, et Aram.* Et infra v. 32. *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum: et mortuus*

est in Haran. Et cap. 12. v. 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egressus est de Haran.* Ex his Abrahae et gestorum eius praesens ratio colligitur. Abraham patris Thare anno 70. venit in lucem, aetatis vero propriae anno 75. ex Haran, ubi cum patre morabatur, discessum paravit, et solum vertit, patris Thare anno 145. ipse Thare deinde ad annos 205. vitam produxit, ante patris igitur obitum et annos eius vitae postremos 60. ex Haran in alienam terram fuerat Abraham profectus. En tamen ut Actuum 7. v. 4. Stephanus Spiritu plenus et impulsus, ad Iudaeos verba faciens: *Abraham,* ait, *habitavit in Charan,* sive Haran. *Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum Deus in terram istam, in qua vos nunc habitatis.* Annorum 135. tenebat numerum Abraham, cum pater e vita discessit: non igitur 75. vitae anno transiit in terram Chanaan: aut si eo tempore profectus est, non igitur patre mortuo, cum aetatis 135. numeraret. In hac famosa quaestione et plurium examine ventilata, memoriae lapsum ex concionis aestu in Stephano Canus noster admittit: sed cum plenus sancto Spiritu loqueretur, a fragili hominum sorte et infirmitate vindicandus est Dei praeco et Evangelicae veritatis assertor. 2. Annos 75. Abraham Hieronymus in Quaest. Hebr. non sentit ab eo momento quo lucem aspexit, numerandos, sed quo repulso idolorum cultu suam erga verum Deum fidem et religionem audacius professus est, quod nondum patre vivis erepto contingere debuit, eoque defuncto, et 75. non vitae, sed publicatae fidei annis, ex Haran in Chananaeam ut migraret, a Deo praeceptum accepit. At cum Abrahae memorans annos ortum eius non fidem toti mundo vulgatam respiciat Scriptura, ut quid hic eam mundo manifestatam, et ab ea deinceps exactam aetatem connotasse dicetur? 3. Abraham anno patris Thare centesimo et tricesimo natum asserit tertia sententia: his vero scripturae verbis; *vixitque Thare 70. annis et genuit Abram,* subtilius quam verius respondet: non tunc Abraham natum asseri, sed tantum eius patrem Thare ante 70. annum ex liberis Abraham Nachor et Aram nullum suscepisse, quo susceperit Nachor et Aram non aperte constare, Abraham Thare 130. grandaevo natum affirmandum, ut deinde 75. vitae anno ad Chananaeos profectum Scriptura potuerit testari. An effugiat vel enodet difficultatem, haec sententia, verba Scripturae proprie ac germane, si nihil obsit, interpretantibus discutiendum relinquo. 4. Alii cum Augustino non unam in Chananaeorum regionem Abrahae statuunt profectionem, sed plures: quibus nimirum erga patrem pietatis officia persoluturus nonnunquam iret ac reverteretur: primamque ex eis anno vitae 75. susceptam, postremam vero, qua stabilem in Chananaeorum terra moram egit, patre mortuo, iuxta Stephani testimonium, animo sibi fuisse decretam. At haec ultro citroque remeatio cum

nullam in litteris sacris sibi authoritatem concilict, et transmigrationi statum secum inferenti perpetuum adversetur, non adeo per eam in aliam regionem transferret Abraham Deus, quam ipse Abraham Deo iubente in adversum, in patriam affectu, mente, pedibus se referret. 5. Dubium omne quam celeriter enodat vir acris ingenii, et non tritae eruditionis Ioannes Morinus in Bibliorum iuxta Septuaginta, versionem Prolegomeno. *In Codice Samaritano*, inquit, *ne umbra quidem difficultatis offunditur. Ita enim annos totius vitae Thare determinat.* יהו ימי· תרח חמש שכים וארבעם ומאח שנה׃ Et fuerunt dies Thare quinque annorum et quadraginta, et 100. annorum. *Ita in Codice Samari-*
P. 32 *tano ante* 1300. *annos legit Eusebius, ut ex fragmentis τῶν χρονικῶν κανόνων colligitur.* Haec ille, qui admissa Hebraici et Septuaginta textuum depravatione, unico quem integrum aestimat, Samaritani Codicis radio omnem dubietatis caliginem discutit, et e Chronologorum mente amovet. Patris siquidem anno 70. natus Abraham aetatis propriae 75. profectionem, patre 145. provecto, et iam vita functo suscepit. 6. Ultima est Authoris et inter probabiles potissima difficultatis solutio, Abraham 75. vitae anno, ex Dei iussu, Chanaanitidem provinciam petiisse, et ad illud iter arripiendum, patre iam mortuo, Dei mandatum accepisse; patre, inquam, letho animae, non corporis, iam penitus e vitae libro, non vivorum albo deleto, cum in idololatriam, relicto Dei cultu, propter quem e Chaldaea fuerat eiectus, misere prolapsus est. Haec enim fuit Thare et Abraham in Mesopotamiam emigrandi occasio, ut Achior Ammonites Iudith 5. denunciat Holoferni. *Hic primum in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldaeorum etc.* quamvis quo crimine se liberaverat, demum turpius obstrinxerit, ut exprobrat Iosue lib. cap. 24. *Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, et Nachor, servieruntque Diis alienis.* Hoc autem crimen Thare in mortem imputandum suggerunt infinita Scripturarum exempla. *Dimitte mortuos*, ait ipse Christus, hoc est rebus caducis addictos, *sepelire mortuos. Si secundum carnem vixeritis, moriemini:* scribit Apostolus ad Rom. cap. 8. *Vidua deliciis soluta mortua* refertur ad Timoth. cap. 5. ut et iuvenis ille scortator et ganeo Lucae 15. de quo pater. *Filius meus mortuus erat, et revixit:* ac demum ut ad crimen ipsum, de quo iudicium agitur, sermonem convertamus: Colossenses compellat Apostolus cap. 2. tanquam mortuos, eo quod idololatriae letho extincti, *cum mortui essent in delictis et praeputio carnis*, caecis avitae gentilitatis tenebris dissipatis, in admirabile lumen Iesu Christi fuerant vocati. Hanc propositae difficultatis novam, ut ipse rebatur, enodationem se adinvenisse apud sese recens author gloriabatur, cum ab Andrea Masio prius repertam ab ami-

eo fuit monitus. Eiusdem nihilo secius expositionis ante octingentos annos litteris consignatae, en ut Georgius meus inventorem se profert, fundum producit, et hanc ipsam init conciliandi cum Mose Stephani rationem. Plura et concinniora ipse Nicolaus Abramus Phari toto libro 7. breviora et minori contentione certa, Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 17.

Pag. 94. *Τὰ ἀπὸ τοῦ ρμ΄. ἔτους.*] Repone *τὰ ἀπὸ τοῦ ρμε΄. ἔτους, τοῦ Θάῤῥα* intellige: ipsius enim vitae 70. et ab Abraham die natali alii 75. summam 145. ad marginem positam componunt.

Pag. 96. *Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γρνζ.*] Habet quidem MS. *͵γρα΄.* verum *͵γρνζ.* tuto substituendum his coniecturis ductus assero. 1. Chamois rex decimus quartus anno 3145. ad solium evectus, duodecim annis occupavit, ad annum itaque 3157. quo Amesises coepit regnare. In adversam partem MS. testimonium scribit Scaliger, et obiicit. Amesises decimus quintus anno 3171. rex declaratur, praecessor decimus quartus anno 3145. regnum igitur annis 26. non duodecim solis moderatus est. Utrique parti de victoria decertanti favet MS. textus, certiorem licet V. 30. priorem sententiam attestetur. Veritas eius ex annis sequentis decimi quinti regis eruitur: cuius etsi non nomen aut regni spatium, aut quo mundi anno sceptrum fuerit adeptus non exprimat MS. quae cuncta lacunae hiatu desiderantur, ea tamen ignoto remanente regis nomine, hac altera superiorem tutante coniectura supplemus. Ac, si lubet, demus Scaligero quod postulat, ut pro qua contendimus certiorem faciamus opinionem; demus, inquam, Chamoim anno mundi 3145. sceptris potitum, et ad Scaligeri nutum annis 26. ea tenuisse, ad annum videlicet 3171. quo eum excepit Amesises: Amesises iste annis 65. regnavit, ac proinde annum 3236. attigit. Quaero iam, medius ille innominatis quot regni annos assequetur? Nullos? Non igitur extitit aut regnavit. Aliquos? Medio itaque Amesisem inter et Usem intervallo. At ex emendato Scaligeri calculo Amesisis anni Usis ab eo secundi temporibus haerent. Nullum ergo sextidecimi regis anonymi imperio conceditur spatium, nulla regni duratio imputatur. Haec fuit in Chamoim regem Scaligeri munificentia, ut regni 26. annis concessis, nullum sextodecimo relinqueret, sed neque solum diem imperando permitteret. Ex adverso cum emendatio nostra quatuordecim annos eidem nulli facta iniuria tribuat, nec MS. vim inferat, et qua parte necessitas expetit interpoletur textus, coniecturam nostram Scaligeriana tutiorem possumus affirmare.

Τοἶγαρ ἄμαχος.] Interpolat Scaliger de suo reponens. *Τοιγάραμος ἄμαχος χειρὶ ὃ ἑρμηνεύεται Τίσανδρος ἔτη οθ΄.* Quid agat de voce *περισσομέλης*? Agnovit *περισσομέλη*: rescidit.

Ἐπησιπαντός.] Significantius Scaliger *αὔνησις παντός.*

Pag. 97. *Ἀσσυρίων δ'. ἐβασίλευσεν Νινύας.*] Ut e Georgii scriptis, ita ex propria industria Eusebium sibi fingit *Scaliger* pag. 19. et ad haec subnectit. *Νίνου Ἀσσυρίων βασιλεύοντος Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιε'. Μιάμων ἔτη ιδ'.* Inter Aegyptiorum reges pag. praeeunte ordinatos sextum decimum observavit anonymum, annos eius 14. a Georgio numeratos, eius tempus in mundi 3220. iuxta Georgii calculos incidens observavit: praesens itaque lemma (quo fictum Miamonis nomen, lacunam replere potest, et adiuncti 14. anni cum anonymo conveniant, ipseque anonymus circa mundi 3220. extitisse, quo Ninus Abraham aequalis ex Eusebii supputo inter vivos agebat, reperiatur) a Scaligero tanquam ex Georgii scriptis reparatore adinventum et huc appositum est. Scenicus est tamen et ex dubio Iosepho mutuatus ille Miamon qui quintus decimus sexti decimi *προσωπεῖον* gerens educitur: nomen eius Africano, Eusebio, Georgio et Dynastiarum Aegyptiarum recognitoribus, et ipsi Scaligero in Canonibus Isagogicis incognitum: et incidat licet eius tempus in mundi 3220. ex Georgii supputo, Abrahami tamen ac Nini aetates annis fere centum praevenit, cum Georgius utrumque ad mundi 3312. seponat. Causa itaque Scaligerianae fictionis est annus mundi 3220. a Georgio memoratus, et ab Eusebio Nini et Abraham aequalis tempori addictus: detectaeque simul fictionis est idem annus mundi 3220. qui apud Georgium Nini et Abraham tempus annis fere centum antevertunt. Ad superius memorata subiungit Scaliger Eusebio incrementum daturus. *Νίνου τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων μγ'. ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτίοις ἑκκαιδεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι.* Impuram et impropriam ideoque fictam hanc phrasim non discutio: unum hoc animadverto: a Mene, sive Mesraim Aegypti rege primo ad Abraham aetatem, quo Miamon rex Aegyptius efformatur, non reges modo sexdecim, sed Dynastiarum sexdecim reges plus quam ducentos ab Eusebio et Africano medios numerari, et in regnis suis annos supra quingentos explevisse.

Τῷ ,γσλθ'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Scaliger Eusebii textum con-
P. 33 cinnaturus pag. 19. linea 14. his eisdem verbis utitur, et Abrahami avum anno aetatis 76. mundi 3239. extitisse, ipsum vero Abraham anno mundi 3184. natum describit pag. eiusdem linea 25. atque ita nepos avum iam septuagenarium annis centum quinquaginta quinque praecessit. Haec Scaligeri cuncta Georgii verba in Eusebii textum convertere volentis libido.

Ἐπὶ ἔτη διαρκέσασα ϡξζ'.] At non nisi annis 962. vel inter varias Pontaci lectiones 959. 945. 942. etc. Eusebius ipse Sicyoniorum regnum stetisse affirmavit ad Abraham 880. et 890. Quam varius Graeci ab Eusebio Latino computus.

Ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος.] A quo, et Pausania, quicquid de Sicyoniis hucusque promitur, haustum est: Author ex aliis nonnulla profert. De Sicyoniorum porro ante natum Abraham primordiis nulla est inter Georgium et Eusebium discordia: de fine, non quoad annorum terminum, sed quoad exteros principes, in quorum incurrit aetatem, plurimus micat inter utrumque dissensus. Eusebius retro Agamemnonem et excisum Ilium tenet eorum imperium desiisse; Author duorum et amplius saeculorum spatium partim ex Cainan iunioris, partim ex Israeliticorum Iudicum aetatibus collectum, frequenter causatus praetermissum, plurimis annis Agamemnonis aetatem ponit antevertere. Petavius de Doct. Temp. lib. 9. cap. 16. de Sicyoniorum exordio unam utriusque sententiam sectatus, de fine propriam prolaturus, ab utroque longe digreditur. Dubius mihi est eorum imperium ab Agamemnone occupatum scribens lib. 13. ad annum Iulianae Periodi 3514. ex eius enim sententia mille annis non stetisset eorum regnum, et Apollodoro pluribusque aliis adversaretur, ex Authoris testimonio scribentis: διήρκεσεν ἔτη ,α΄. ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, ἔγραψαν. Ac licet duplicem statuat eorum regni cladem, primam hanc ab Agamemnone illatam, alteram qua funditus desierunt post Carnii Sacerdotum annis 33. protractam administrationem, de qua idem ad Iulianae Periodi annum 3547. quod tamen Carnii Sacerdotes ceu legitimi principes imperium exactis regibus ad annum millesimum tenuerint; ab Agamemnone prius occupatum non fiet omnibus verisimile; aut certe, qui hoc asserant, authores proferendos expetam: quinetiam Sicyoniorum regnum arbitratus ipse stetisse ad mille circiter annos, ab Agamemnone non potuisse invadi, debet, ut sibi constet, et reliquis consentiat, consequenter asserere. Ab Agamemnone subiugatos Sicyonios non fuisse mihi multo certius demonstrant Eusebius et meus Georgius, quorum ille deletis Sicyoniis Agamemnonem longe priorem, hic non modico spatio posteriorem fecere. Ab Eusebio tandem et reliquis Chronologis discedit Petavius; illis enim annis mille Sicyoniorum regni spatium circumscribentibus, Petavius terminum eorum ultimum in annum Periodi Iulianae 3547. seposuit, exordia ad 2550. id est tribus annis aequo tardius alligavit, ac biennio post, hoc est iusto fere termino, fixisse poenituit, scribens ad ultimo citatum annum lib. 13. *Sicyoniorum regnum circa hunc annum initium accepit. Biennio antevertimus lib. 9. de Doct. temp. cap. 16. Sed hic annus placet.*

Κάστορος περὶ τῆς βασιλείας.] Haec Eusebius κατὰ λέξιν ad annum Abrahae 880. Castorem genere Rhodium, habitatione Galatam de rebus Atheniensium et Argivorum scripsisse leges apud Eusebium: Iulii Caesaris tempore vixisse docet Suidas. De viri fortuna et scriptis plura discutit Vossius de Script. Graecis lib. 1.

Συγχρονίζειν δὲ τῷ Ναχώρ.] Haec Eusebio plane consona in Eusebium referre non placuit Scaligero pag. textus 19. linea 24. qui linea 14. τῷ γσλθ'. ἔτει τοῦ κόσμου ος'. (ille ρε'.) *Ναχὼρ ἡ Σικυωνίων βασιλεία ἤρξατο* ex Georgio non verebatur exscribere.

Αἰγιαλεὺς ἔτη νβ'.] Qui desunt in MS. Aegialei supplentur anni. Regno a mundi conditu 3239. erecto, Europs Aegialei *successor* eo potitus est mundi 3291. igitur post Aegialei annos 52.

V. 31 Pag. 98. *Κατέκαυσεν σὺν τῷ οἴκῳ.*] De quo fuse et diserte Eustathius, qui etiam addit. ὁ δὲ Θάῤῥα μισήσας τὴν *Χαλδαίαν διὰ τὸ πένθος τοῦ υἱοῦ εἰς τὴν Μεσοποταμίαν μετῆλθε. Porro Tharrha Chaldaeam odio habens, propter acerbum filii luctum* (cuius sepulchrum suo tempore extitisse testatur) *in Mesopotamiam se contulit.*

Ἀγενεαλόγητος.] Chami stirpe natum, et ex Africani testimonio, velut Abraham a Deo evocatum scribit Chronicon Alexandrinum.

Pag. 99. *Ἀρχὴ τοῦ μα'. Ἰωβηλαίου.*] Digladiatur in Eusebium Scaliger pag. Not. 16. et 252. et circa Iubilaeorum annorum usum hallucinatum contendit; quod a mundi principio non fuerit eorum usus etc. At quamvis Iubilaeorum institutio ad Moysen sit referenda Levitici cap. 25. potuerunt nihilosecius Hebraeorum posteri per Iubilaeorum cyclos praeterita quaevis saecula digerere, et a iactis primum mundi fundamentis quorundam Iubilaeorum et annorum seriem κατὰ πρόληψιν ordinare, prout Indictionum solis et lunae cyclos, ac etiam Iulianae periodi numeros temporum intervallis, et annis prioribus adaptamus.

Ἰωβὴλ δὲ παρ' αὐτοῖς ἡ πεντηκονταετηρίς.] Favet Author opinioni Iubilaeum annum quinquagesimo quovis anno vertente reparandum asserenti. Hebraeus ea communis est, quam Torniellus et alii sequuntur. Adversatur Scaliger loco nuper citato et in re temporaria versatissimus Petavius de Doct. Temp. lib. 9. cap. 27. Peccat autem Scaliger de Iubilaeo prave sentientem Eusebium incusans. Etenim sive 49. sive 50. annis Iubilaei periodus absolvatur, quid errat Eusebius in Chronico Latino, vel Georgius hic referentes Hebraeorum Iubilaeum annis 50. exsolvi, eamque apud eos valere de Iubilaeo sententiam? Ipsi Hebraei de suo Iubilaeo R. Mosis Maimonidis ore loquuntur in Iad Chazah. tractat. de anno remissionis et Iubilaei. שנת יובל עולה במנין שני השבוע אלא שנת ט״ וארבעים שמטה ושנה נ״ יובל ושנת נ״ ואחד החלת שש שנים של שבוע וכן בכל יובל ויובל. *Annus Iubilaei non exurgit e numero annorum hebdomadae, sed annus nonus et quadragesimus annus est remissionis. Annus vero quinquagesimus annus est Iubilaei. Annus autem quinquagesimus et unus initium est sex annorum hebdomadae: sicque res se habet in singulis Iubilaeis.*

Ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ' αὐτούς.] *Quum secundum Hebraeos,*

notat Scaliger pag. 252. *Abraham natus sit anno mundi* 1950. *ab Adam ad natum Abraham fuerunt πεντηκονταετηρίδες triginta novem, et proinde annus* 51. *Abraham fuit quadragesimus primus Iobelaeus iniens, id est annus mundi* 2001. *Quare hic perperam legitur με΄. pro να΄.* Addere debuerat perperam quoque legitur ͵βν΄. pro ͵βα΄. Asserens pariter Hebraeos ad Abrahae natalem annum a mundi conditu annos 1950. numerare, haud leviter hallucinatur: solos quippe 1948. illi colligunt, hac ratione. Diluvium anno 1656. A diluvio ad Arphaxad ortum anni duo. Arphaxad 35. Sala 30. Heber 34. Phalec 30. Ragau 32. Seruch 30. Nachor 29. Tharra 70. summa 1948. Ex eo vero deceptus est, quod haec Eusebii verba *Principium* 41. *Iobelaei secundum Hebraeos. Iobel autem apud Hebraeos quinquagenarius annus vocatur. Itaque iuxta supputationem illorum ab Adam usque ad annum praesentem fuerunt anni duo millia:* ad P. 34 annum Abrahae 50. viderit illigata, quae eadem nullius certae sedis esse pronunciavit Pontacus Not. pag. 245. At cum ab Adam creato ad Abrahae diem natalem Hebraei codices, de quibus hic sermo, annos numerent 1948. pag. 87. C. annus a mundi conditu bis millesimus et primus annum Abrahae 53. debet attingere: quocirca textus emendatus leget ἐπὶ νγ΄. ἔτους Ἀβραὰμ, ἔτη ͵βα΄.

Εἰδωλομανῶν ἕως θανάτου.] Saruch, inquit Suidas, viros animi corporisque praeclaris praestantes dotibus, maxime si beneficiis humanum genus sibi promeruissent, imaginibus et statuis, post mortem viventibus commendari, eorumque memoriam cultu exhibito perpetuam reddi, sacrisque libris consignari instituit. ἐντεῦθεν, subiungit, ἡ πολυθεΐα, καὶ εἰδωλολατρεία. τοῦτο δὲ διέμεινε παρ' αὐτοῖς μέχρι τῶν χρόνων τοῦ Θάῤῥα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ· ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, καὶ τούτους λέγων εἶναι θεοὺς, καὶ ὀφείλειν προσκυνεῖσθαι, ὡς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν. *Hoc vero apud eos usque ad Tharra patris Abraham aetatem permansit. Erat enim statuarum opifex, imaginesque ex varia compositas materia Deos esse praedicabat, et velut bonorum authores coli praecipiebat.* In eandem mentem Epiphanius initio Panarii. ἐντεῦθεν γέγονεν ἡ ἀδριαντοπλαστία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ Θάῤῥα τέχνης. *Hinc extitit simulachrorum effictio, per figlinam artem Tharrha huius industria.* In sceleris demum poenam (composita ex Epiphanii et Authoris dictis una sententia) Aran filius Tharrha, fratre Abraham faces innocenter subiiciente, succenso idolorum templo, crudeli morte raptus est: nec hilo prudentior delirus senex post obitum Aran in idola vehementius insaniit: et ut refertur Sap. cap. 14. *Acerbo luctu dolens pater cito rapti filii fecit imaginem, et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere coepit, et constituit inter suos servos sacra et sacrificia.*

Ἑβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἑρμηνεύονται.] Mercerus in Pagnini thesauro. *Quidam* עברי *Hebraeum, deducunt a radice* עבר *traiicere, transire; quod eo nomine Abraham primo fuerit dictus a Chananaeis et Phoenicibus cum Euphrate traiecto ad eos commigrasset Genes.* 14. *post Rabbi Selomoh eo loco: quod et ex Iehos.* 24. *confirmat quasi Transeuphrataeum dicas: quo eodem cognomine etiam ab Aegyptiis et aliis gentibus deinceps ab eo descendentes sunt nuncupati Hebraei.* id est, עברים *transeuntes.* Ipse Patronymicam mavult vocem עברי ab עבר descendentem, ex Genes. 10. *Et Hebraei,* inquit, לשון עבר *linguam Heber, Hebraeam appellant.* Non magis tamen Heber lingua censenda, quam Abraham aut Arphaxad, cum eadem omnes fuerint locuti, loci nimirum eiusdem incolae, et ex una stirpe nati. Quocirca lingua Heber ipsius Abraham עברי est, a quo posteri didicerunt, et nomen עברים *Avarim* sive עברים *Iurim* acceperunt: unde Author inferius pag. 102. C. *οὕτω κέκληται,* ait, *κατὰ περατικὴν διάλεκτον* iuxta Hebraicam videlicet.

Ἔτη ,γσοζ'.] Mendosum numerum *,γσζ'.* in *,γσοζ'.* commutandum cogit haec ratio. A mundi ortu ad diluvium numerat Africanus annos 2262. quibus ad Abrahae natalem diem addit alios 1015. ex utraque igitur summa collegit *,γσοζ'.* 3277.

Λείπεται πρὸς τὴν προκειμένην.] Revocanda huc ab Authore scripta pag. 54. A. B. et quae in eadem loca observata.

Τὰ υλ'. ἔτη.] Eusebius Latinus ad Abrahae annum 75.

Pag. 100. *Λὼτ σὺν τῇ γαμετῇ.*] Paucis haec privato iure contraxit Scaliger pag. 19. Quae de Abraham ex Chetura filiis ab Africano asserta memorantur, explodit.

Pag. 101. *Τοῦ δὲ κόσμου ,γτιέ.*] Ex praecessoris Aegyptiorum regis aetate pag. 96. B. et ex successoris pariter epocha, Ramessomenis epocha ad annum mundi 3315. statuenda.

Οὗτος πρῶτος Φαραώ.] In eam pericopen, quae de Aegyptiorum Pharaonibus, et hoc eorum nomine honoris supremi apud eos insigni legitur, ad Eusebii Latini annum Abrahae 340. Scaligero Animadv. pag. 25. placuit scribere. *Planus ille, qui haec commentus est etc. Et merito nullus scriptus codex haec habet.* Habet certe Georgius: ipse itaque planus, vel magis planus Eusebius e quo mutuatus est, et cuius versionis Latinae haec verba sunt. *Aegyptiorum reges omnes tunc Pharaones dicebantur:* quae licet codicibus nonnullis deesse, in aliis, non utique planis, legi testatur Pontacus in Notarum pag. 260.

Ἔτη κβ'.] Sic est indubie: nam regni fine et eiusdem exordio confirmatur hic numerus. Prava igitur Scaligeri lectio *κζ'.* tum Euseb. textus pag. 20. tum in Canonibus Isagogicis. *Ἀνωνύφεως* regis ante hunc penultimi annum unum detraxit etc. *ιϑ'.* vice *κ'.* nullo, praeter se, authore, reddidit.

Κομάστης.] *Comatus*: non ut Scaliger iniuriose κωμαστὴς, *Comessator*.

Κατὰ τὸ κβʹ. Εὔροπος.] Emendationem probant Chronographicae tabulae. V. 82

Ἄπις ἔτη κϛʹ.] Annis indebitis 20. numerum auget Scaliger pag. 20. et μεʹ. reponit. Eusebius Latinus solos 25. retinet. Factum tamen emendavit ille in Canon. Isagog.

Pag. 103. *Ἦν ἔτος ͵γυγʹ.*] Xerxes ad solium anno vulgari mundi 3473. evectus non potuit occupare annis 30. nisi dereliquerit, anno 3503. quo successor Armamithres excepit.

Κόγχαρις ἔτη ϛʹ.] Sex annos Conchari tribuendos probat sequens Aegyptiorum rex Silites anno 3477. sceptris potitus, post Concharin nimirum ab anno 3471. ad huiusmodi 3477. regnantem. *Κόγχαρος* scribit Scaliger, quem gignendi casus altera linea positus coram Grammaticis arguit: ibidem pagin. Excerpt. 21. ubi narrat ex Eusebio τούτῳ τῷ ἔτει τοῦ κεʹ. βασιλεύσαντος, de quo anno scribat divinare nequit, ideo.

Τούτῳ τῷ ϛʹ. ἔτει.] Si quintum cum Librario posueris, a 2776. de quo confestim Author, non poterit esse septingentesimus, cum anno 3471. coeperit regnare Concharis.

Διεδέξαντο βασιλεῖς Τανῖται δʹ.] Reges istos Tanitas quatuor non expressit Georgius, vel eius Librarius: Alterutrius defectum vox λείπει in MS. occurrens arguit. Tanitas autem, sive Pelusiotas, maxime memorat, quasi ad extremum Aegypti finem retrusos, eo tempore, quo reges Pastores, (Phoenices et peregrinos reges ex Manethone vocat Eusebius pag. 61. D. et Iosephus Hycsos, id est reges pastores) superiorem Aegyptum occupasse scripsit Iosephus adversus Apionem lib. 1.

Ἔτη σνδʹ.] Ad mundi 3477. quo regnare coeperunt Tanitae additis 254. annum mundi 3731. consequimur, cuius succedente 3732. Moysen natum pagin. 68. B. et 69. B. cum errore licet asseruerat Georgius. Ea tempestate Hycsos Hebraeorum maiores ab Aegyptiis repressos et depressos depingit citatus Iosephus.

Ἰώσηππος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ.] Profectionis ex Aegypto historiam lib. in Apionem primo consignatam oculus deprehendit.

Ἐπὶ τοῦ ιβʹ. μετὰ τοὺς προγραφέντας κεʹ.] Fallit seipsum Georgius. Alisphragmuthosis enim Hycsos sive reges pastores bello aggressus pater Themosis extitit, qui eosdem Aegypto excedere compulit. Is vero septimus est, non duodecimus. Sane duodecimo nomen est Misphragmuthosis, sed gesta eius nulla Iosephus in medium profert. In hoc hallucinatur Georgius, quod P. 85 laterculum suum et Iosephi proprium confundat, et ex nominum paritate, quae huic adaptantur, alteri velit attribui. Reges illos inferior nota ex Iosepho proferet.

Ἤτοι Φαραὼ ϛ'.] Pharao primus, rex est Aegypti secundus supra 20. Ramessemenus nomine, ex pag. 101. C. Tethmosis autem, qui Misphragmuthosis idem audit ex pag. 63. A. B. post Concharim quo ante 20. lineas sede duodecima locatur *τοῦ ιβ'. μετὰ τοὺς προγραφέντας κε'.* Rex enim est Aegypti *tertius* ac tricesimus: Quanam modo ratione Pharaonum sextus *nominatur*? Respondeo: e Pharaonum numero expungendos Silitem de quo p. 104. Beonem, Apachnam, Aphophim, quos pag. 108. exhibet, ac tandem Sethum et Certum de quibus pag. 123. quod non Aegyptii indigenae, sed Hycsi advenae reputentur. His comparanda quae scribuntur p. 109. A.

λζ'. ὄντος.] Frequens hoc loco Georgii hallucinatio qui a Thethmosi sive Misphragmuthosi, sub quo Moyses natus est, transit ad alium, quo regnante profectio ex Aegypto suscepta.

Βασιλέων κγ'. ἐτῶν δὲ φϟδ'.] Ex Iosepho nota sequenti numerabuntur.

Pag. 104. *Ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τῷ Ἰωσήππῳ.*] Fictis in somno numeris deludit seipsum Author Georgius, et umbras amplexus, retinuisse nihil deprehenditur. Iidem sunt, inquit, a Iosepho memorati post Concharim regem 25. (de quo pag. praecedens) et qui Manethoni Dynastia 17. 18. et 19. celebrantur reges Aegyptiorum tres et viginti. Certe Manethonis cum monumenta non extent, ex Africani vel Eusebii Dynastiarum laterculis eosdem esse nusquam gentium probaverit Georgius, qui ab *Eusebio* mutilatas et inversas hasce Dynastias conqueritur, et apud quem harum trium Dynastiarum ex Africani calculis ad annos 623. ascendit summa, quae ex ipsius testimonio secundum *Manethonem* 592. non exsuperat. At neque Manethoni reges *Concharis* successores tres et viginti a mundi 3475. regnare exorsi sunt, apud quem immensae annorum a regibus Aegyptiis exhauriuntur myriades. Est igitur Panodorus vel Anianus uterque Manethonis Chronologiae addictus, quem deserturum se cum laude Georgius protestatur: alias annorum duorum inter 592. et 594. discrimen non efficeret, ut Iosephus Manethoni praeferri mereretur. His adde quem laudat Iosephum, nec in regum nominibus, nec in annis Georgium ullo pacto sectari.

Regum Aegyptiorum 23. *Concharis successorum ex Iosepho laterculus.*

1. Salatis annis 19.
2. Beon annis 44.
3. Apachnas 36. mensibus 7.
4. Apophis annis 61.
5. Ianias annis 50. mens. 1.
6. Assis annis 49. mens. 2.
7. Tethmosis annis 25. mensibus 4.

8. Chebron annis 13.
9. Amenophis annis 2. mensibus 7.
10. Amesses eius soror annis 21. mensibus 9.
11. Mephres annis 12. mensibus 9.
12. Mephragmunthosis annis 25. mensibus 10.
13. Thmosis annis 9. mensibus 8.
14. Amenophis annis 30. mensibus 10.
15. Orus annis 36. mensibus 5.
16. Acencheres eius filia 12. mens. 1.
17. Rathoris eius frater annis 9.
18. Acencheres annis 12. mensibus 5.
19. Acencheres alter annis 12. mensibus 5.
20. Armais annis 4. mens. 1.
21. Armesis an. 1. mensibus 4.
22. Armesmianus annis 66. mensibus 2.
23. Amenophis annis 19. mensibus 6.

Regum Aegyptiorum 23. *Concharis successorum ex Georgio laterculus.*

1. Silites annis 19.
2. Beon annis 44.
3. Apachnas annis 36.
4. Aphophis annis 61.
5. Sethus annis 50.
6. Certus annis 29.
7. Aseth annis 24. vel 20.
8. Amosis annis 22. vel 26.
9. Chebron annis 13.
10. Amephes annis 15.
11. Amenses annis 11.
12. Misphagmuthosis annis 16.
13. Misphres annis 23.
14. Tuthmosis annis 39.
15. Amenophthis annis 34.
16. Horus annis 48.
17. Achencheres annis 25.
18. Athoris annis 29.
19. Chencheres annis 26.
20. Acheres annis 8.
21. Armaeus annis 9.
22. Rameses 68.
23. Amenophis 8.

Annorum summa 662.

Αἰγυπτίων κϛ'. ἐβασίλευσεν Σιλίτης.] *Σαλάτης* Iosepho dicitur, Eusebio *Σαΐτης*: a quo Saitica, inquit, Praefectura. pag. 61. D. et 62. A.

V. 33 *Πρῶτος τῶν ἓξ τῆς ιζ΄. δυναστείας.*] Quorum nomina ab Africano tacentur p. 61. quatuor tantum ab Eusebio *numerantur* pag. 62. citata: ex quo crimen, et Georgii querelae. Sex isti pastores reges, et Hycsi Iosepho nuncupati.

Ἀρχόνδης ἔτη λε΄.] Solos 13. annos Scaliger huic imputat. Uterque vero eius regni limes Scaligerum annis 22. errare *demonstrat*. Ipse proprium damnat errorem Canonum Isago. lib. 2. pag. 130. et annos 35. restituit.

Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γφοϛ΄.] Ita reponendum *͵γφϟη΄*. vice aequa numerandi ratio suadet. Nitocris enim regnum anno 3570. auspicata, sex annis illud obtinuit: ea propter successor Myrtaeus Ammonodotus initium sui vulgari mundi anno 3576. fixit. At si quis ad annum 3598. Nitocrim imperium prorogasse suspicetur: exin arguetur falsa suspicatus, quod annus 3598. ut sequens Thebaeorum regum laterculum manifestat pag. 105. A. Thuosimaris imperio fuerit consecratus: praecessor autem Myrtaeus annis 22. sceptra tenuerat: iam igitur ab anno 3576. *quo* Nitocris exactis regni sex annis vita decesserat.

Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γυμβ΄.] Hoc aliud Librarii mendum tollitur. Thelxion anno mundi 3390. ineunte, ut e Sicyoniorum regum praecedente diagrammate pag. 102. C. legenti patet, regni consequutus insignia, supremam potestatem annis 52. exercuit: non igitur alio quam 3442. ea potuit excedere.

Pag. 105. *Τινὲς τὸν αὐτόχθονα.*] Reponit haec Scaliger p. 21. ad tempus quo ex Iacob natus est Levi: et Eusebium Graecum Latino contraria sentientem componit. Hic enim ad Abrahae 50.
P. 86 et Semiramidos 41. Apud *Cretam*, inquit, *regnavit primus Cres indigena.* Et iterum ad Abrahae 130. Isaac 30. et Arabii Assyriorum regis 9. *Hoc tempore in Creta regnavit primus Cres indigena, ut quidam volunt: Alii vero suprascriptum tempus vindicant:* quae eadem Graece Georgius exprimit. Verum de Crete nondum loquutus, aliquid iam se memorasse affirmans Eusebii verbis minus vere se uti non animadvertit.

Ἀφυπνώσαντος τοῦ Ἀβραὰμ τῷ ιε΄. ἔτει τοῦ Ἰακώβ.] His ex Iosepho relatis nil simile profert ipse Iosephus. Quinimmo lib. 1. Antiqu. cap. 18. post mortem Abrahae natalem Iacob diem refert: *Ἰσάκῳ δὲ μετὰ τοῦ Ἀβράμου τελευτὴν ἐκύει τὸ γύναιον. Defuncto vero Abrahamo, uxor Isaci gerebat uterum.* Haec eadem verbo tenus Cedrenus editionis Regiae pag. 33. nulli tamen authori ascripta.

Τῷ με΄. ἔτει Ἰακώβ.] Annus Iacob 45. debet esse mundi 3517. vel 3518. iuxta alterutrum computum huousque ab Authore observatum.

Ὁ Ἀφρικανὸς οζ΄. ἐτῶν λέγει ἐλθεῖν τὸν Ἰακώβ.] Assentit Eusebius Africano, eosque sequuntur Biblicorum annalium scriptores Torniellus et Salianus. Huius computus anno 2276. est huius-

modi. Iacob erat 130. annorum quando stetit coram Pharaone Genes. 47. v. 9. Ioseph agebat annum 39. Tricennis enim stetit coram Pharaone Genes. 41. v. 46. et septem anni fertilitatis, et duo sterilitatis erant elapsi. Sublatis igitur de 130. annis triginta novem, remanent unus et nonaginta, quae erat aetas Iacob, quando genuit Ioseph, quem ex Rachele suscepit, post annorum quatuordecim servitutem, quibus ex uno et nonaginta detractis, septuaginta septem absoluti supersunt. Viris eruditis paucis respondet Georgius noster, ἡ δὲ γραφὴ οὐδαμοῦ φαίνεται τοῦτο λέγουσα. Instat igitur quam argute, et hosce calculos demonstrat fallaces. εἰ τοῦτο δῶμεν ἔσται ὁ Ἰωσὴφ κατὰ τὸ ϟϛ'. ἔτος τοῦ Ἰακὼβ γεννηθείς: quod eius nomine declaro. Iacob anno aetatis 77. Mesopotamiam ingressus, aiunt doctissimi annalium conditores, annis 14. Rachelem procatus socero Laban servivit, ad aetatis annum 91. quo adamatae Rachelis connubio potitus est. Tunc autem primum anno nimirum 92. Ioseph filium ex eius amplexibus suscepisse quis affirmet, nisi qui scripturae verba non advertisse, vel perpendisse fateatur: *Videns Dominus quod Iacob despiceret Liam aperuit vulvam eius, sorore sterili permanente.* Genes. 29. v. 31. mox cap. 30. v. 1. *Cernens autem Rachel quod infoecunda esset* (saltem initi coniugii anno tertio vel quarto) *invidit sorori suae etc.* et v. 3. *Habeo*, inquit, *famulam Balam ingredere ad illam, ut pariat super genua mea, et habeam ex illa filios.* Genuit autem Dan et Nephthalim, annis ad minus geminis currentibus, et vitae Iacob 95. vel 96. elapsis. *Tandemque recordatus Dominus Rachelis exaudivit eam et aperuit vulvam eius: quae concepit et peperit filium*, Iacob anno 96. vel 97. ὅπερ ἀδύνατον scribit Georgius: alias anno Ioseph 40. Iacob 136. superesset: quod quam Scripturae adversetur, fatebuntur iidem, qui contrariam ineunt sententiam. Subdit Author accuratiore calculo. τῷ ογ'. ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀπέδρα Ἰακώβ: coepto videlicet, at nondum absoluto; ut post servitutis geminum septennium et aliquos ex Lia susceptos filios, expetitam Rachelem consequatur, et eius probata sterilitate, demum Dei gratia Ioseph patri plusquam nonagenario nascatur. Adversus haec vel Authorem, recepta Eusebii et Africani sententia, nil opponit Scaliger Not. pag. 21. quanquam Georgii obiectionem admittat p. 253. Vide Scholiasten sibi et authori proprio contraria sentientem.

Τὸν Δὰν τῷ πε'. τὸν Νεφθαλεὶμ τῷ πϛ'.] Parce, Georgi, nuptiis Rachel anno vitae Iacob 87. initis, posteriores sunt Dan et Nephthalim: quintum tamen et sextum ordinem inter filios Iacob obtinent.

Pag. 106. Ἰώσηππος λέγει ζ'. ἡμέρας.] Oppositum lego apud Iosephum lib. 1. Antiqu. cap. 29. unde vel ab imperito Librario intersorta, vel a Georgio circa Iosephi nomen hallucinato.

Οὔτε κατὰ τὸν Ἀφρικανόν μοι δοκεῖ.] Alia numerandi via mihi mens Authoris certius colligitur. Duxit Liam Iacob anno vitae 80. ineunte, ex nuper dictis, et ex ea continuatis partubus sub initio coniugii quatuor liberos suscepit, Ruben, Symeonem, Levi, et Iudam: *cessavitque parere.* Genes. 29. v. ult. Ioseph vero nonnisi undecim exactis annis venit in lucem; post natum itaque Levi novem, vel ad minus annis octo. In Authoris calculis alius errorem manifestabit, ex secunda ante praesentem nota; mihi mentem eius aperire sit satis.

Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν.] Ut Levi, ita et Ioseph ab Adamo soboles 24. numeratur: qui ob Cainan ab Africano praeteritum, ipsi tertia supra 20. recensetur. Observa *γέννησιν*, haud *τελευτὴν* hic legendum.

Διαμαρτάνει προφανῶς ἔτη ρι'.] Propter omissum Cainan iuniorem, de quo supra non raro. Scaliger Not. pag. 23. et 253. Porro Africanum a Georgio probe confutatum admittit Scaliger pagin. Animadv. 253.

Τῷ ογ'. ἔτει τοῦ Ἰακώβ.] Iacob 73. vitae anno Mesopotamiam ingressum superius assertum est: viginti vero annis fuit cum Laban Gen. 31. v. 38. eius itaque domum 93. deseruit.

Pag. 107. *Εἰς τὸν ἱππόδρομον.*] Ephrata in qua Rachel mortua Septuaginta Hippodromum sunt interpretati. Hieronymus in Quaest. Hebr. in Geneseos haec verba. Et factum est cum appropinquaret Chabratha in terra Chanaan etc. *Verbum*, inquit, *Hebraicum* כברת *in consequentibus ubi Iacob loquitur ad Ioseph: Ego autem cum venirem de Mesopotamia Syriae, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaan, in via Hippodromi, ut venirem Ephrata: nescio quid volentes Hippodromum Septuaginta Interpretes transtulerunt: et statim ibi, ubi in Hebraeo dicitur: Et sepelierunt illam in via Ephrata, haec est Bethlehem: rursum Septuaginta pro Ephrata posuerunt Hippodromum: cum utique si Chabratha Hippodromus est, Ephrata Hippodromus esse non possit.* Authoris verba refert Scaliger pagin. 253.

Τὴν παλαιὰν λαῦραν τοῦ ὁσίου Χαρίτωνος.] De Charitone Monasteriorum et Laurarum conditore Pauli Eremitae discipulo Menaeum Septembris 28. Laura Coenobitarum et Eremitarum maius Monasterium est *ὡσεὶ λαῦρον*, apud Graecos: quales frequentibus Monachis cultae nostrae celebriores Abbatiae in solitudinibus extructae. Ita primum Palaestinae Monasteria nuncu-
V. 34 pata audio: exinde nomen ad alia translatum. De Charitonis Laura et Monachis eam incolentibus ad Historiae calcem Theophanes, ubi de Lauris fusiora Scholia.

Ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἄγων.] Eusebius Latinus sextumdecimum testatur tunc egisse. Scriptura de eius somniis et erga illum patris benevolentia sermonem instituens Gen. 37. sexdecim

annorum fuisse asserit. Potuit autem inter somnia, et subsequuta gesta et in Aegyptum abductionem unius anni spatium intercurrere.

Τοῦ Ἰωσήφ ἔτος λ'.] Ex tabulis secundum Authorem Chronologicis ad Iacob annum 120. numeratur Ioseph 29. quasi nimirum patris 90. natus sit. Idem vero annus obiens 29. iniens est 30. Marginalis numerus λ'. in ρλ'. mutari exigit.

Ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀντωνίνου.] Heliogabali, cuius aetate scripsit Africanus. Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Possevinus in Apparatu V. Iulius Africanus copiose: et ante P. 37
utrumque Hieronymus in Catalogo, qui de eius genere vita et scriptis: ac tandem Vossius de Hist. Graecis lib. 2.

Θαυμασίαν τερέβινθον.] De qua copiose Scaliger, imponens etiam Lectori, ubi Hegesippum eam superstitem negasse asserit, qui tantum an maneret sibi dixit incertum. Certius de illa disserunt oculati testes Franciscus Quaresmius in Elucidatione terrae sanctae, Eugenius Rogerius, et alii de sacris peregrinationibus authores.

Ὑφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσι.] *Ἐκτενὰς* se ignorare fatetur Scaliger. Usitat Ecclesia Orientalis: *preces* videlicet *protensiores* a Diacono pronunciandae, quibus pro cunctis hominum generibus variisque humanae vitae necessitatibus Ecclesia diserte et explicate Deum Optimum Maximum exorat. Quanti faciendae ab omni vere Christiano homine vetustas earum a quatuordecim iam saeculis probata commonet. De illis abunde in nostris Euchologicis.

Ἐν ταῖς πανηγύρεσι.] Ut mercatum Ethnicis: ita Christianis sacrum conventum indicat *πανήγυρις*. Ethnicam solam significantiam memorat Scaliger.

Ἡ δ' οὐ κατεκαίετο δοκοῦσα πιμπρᾶσθαι.] His ceu fide dubia Scaligero nutantibus et a praeviis pagin. textus Euseb. 22. rescissis et expunctis certius testimonium reddit Eustathius ab Allatio editus. *ἐν ᾧ τόπῳ ὑπῆρχε καὶ ἡ τερέβινθος, ὑφ' ᾗ ἔκρυψεν Ἰακὼβ τοῦ Λάβαν τὰ εἴδωλα· ἥτις ἐστὶ, καὶ νῦν εἰς τιμὴν τῶν προγόνων ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων θρησκεύεται. ἔτι γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τὸν πρεμνὸν αὐτῆς βωμὸς, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον· εἶναί τέ φασιν ῥάβδον αὐτὴν ἑνὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραάμ: ἥνπερ τῷ τόπῳ τότε παρὼν ἐφύτευσεν: καὶ ἐξ αὐτῆς ἡ ἀξιάγαστος αὕτη ἀνεφύη τερέβινθος. ὑφαφθεῖσα γὰρ ὅλη πῦρ γίνεται, καὶ νομίζεται πᾶσιν εἰς κόνιν ἐκ τῆς φλογὸς ἀναλύεσθαι. κατασβεσθεῖσα μέντοι ἀσινὴς ὅλη καὶ ἀκέραιος δείκνυται.* *Eo loci* (quo Abraham et Ioseph sepulti) *stabat Terebinthus, sub qua Laban simulachra Iacob occultavit. Ea perseverat: et in maiorum honorem a vicinis incolis praecipuo honore colitur. Ad eius enim stipitem in hodiernum usque diem altare erectum est, ad quod holocausta et hecatombas* (sacrificia et preces quam nihilo secius expo-

sitionem non probat Allatius in Eustathium) *obtulerunt. Baculumque unius ex Angelis ab Abraham hospitio excepti eam esse dicunt, quam tunc inibi loci plantans in terram fixit: et ex eo mira illa terebinthus prodiit et enata est. Succenso etenim igne tota flammis ardet, et iam iam in cineres vertenda ex flammae magnitudine apparet. Igne vero sopito pura omnino et incorrupta demonstratur.* Eusebius lib. 5. de Dem. Evang. *οἵ τε τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων τῇ τιμῇ. Ibi insuper Angeli ab Abraham hospitio suscepti picturis delineati, duo nimirum ex latere utroque, medius vero stat, qui proceritate et honore alios antevertit.*

Pag. 108. *Βαίων ἔτη μδ'.*] Scaliger Excerpt. pag. 22. ἔτη λθ'. idem ipse Canon. Isag. lib. 2. pag. 125. scribit 43. qui numerus est Eusebii superius p. 62.

Pag. 109. *Τοῦτον λέγουσί τινες πρῶτον κληθῆναι Φαραώ.*] Quae causa forsan fuit ut Tethmosis sive Amosis ab Aphophi isto quintus, de quo pagin. 123. D. Pharao sextus (quinti vice) scriberetur pag. 103. D. Aequior tamen ratio absque textus menda ad illius pag. notas assignatur. Conferenda cum his quae pagin. 101. C. leguntur.

Ἰωσὴφ λθ'.] Ioseph anno ab orbis conditu 3563. natus, mundi rursus 3601. aetatis non nisi 38. numerat annos.

Pag. 110. *Ἐτῶν μ'.*] Quod forsan inierit quadragesimus.

Ἡ πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ Ἀραβία.] Campestres regiones a Nomadibus et vagis pastoribus cultas moderna Graecia vocat Arabiam: Sic Africae, Aegypti, Syriae, Mesopotamiae Nomades vocat Arabas: de quibus iterum ad Theophanem.

Pag. 111. *Ὁ μέντοι Ἀφρικανὸς ἔτη ρθ'. διαμαρτήσας.*] Ob Cainan Iunioris annos 130. calculis non appositos: quorum tamen annos 20. semoto in annos 20. diluvio compensavit Africanus. Alter annus Authori Genearcharum annos ab ipso diluvii anno auspicanti deperit: de quo alibi.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵γχξβ'.] Linea superiore inspecta, qua Caath anno a mundi conditu 3661. genuit Amram, ipse Amram anno succedente primum aetatis numerans ͵γχξβ'. vice ͵γχοβ'. reponendum suadet.

Διαμαρτάνει δὲ οὕτως ἔτεσι ρκς'.] Quomodo totis annis 130. Cainan Iuniore omisso non errat Eusebius? Quod videlicet anno post diluvium secundo Arphaxad die natali adiuncto, Genearcharum omnium natalitia biennio apud Eusebium retardantur: Georgius autem ab ipso diluvii anno Arphaxad natalem antevertit. Annus alter accedit Eusebio, ubi Ioseph ortum et annum primum ad Iacob 92. alligat, quem a 91. et quandoque a 90. obeunte numerandum Georgius censet.

Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γχογ'.] Ut constanter et usque septies

Librarius scribit ,γχοβ'. ita emendata calculi ratio ,γχογ'. reponendum suadet. Iacob enim iuxta minorem Authori receptum computum ortus anno 3472. ut coniicimus ex scriptis p. 103. A. genuit Ioseph anno aetatis 91. mundi nimirum 3563. exinde vivit Ioseph centum et decem annos, communem itaque 4673. mundi annum numeravit, et Amram 3661. de quo nota hac penultima, natum duodennem vidit. τῷ δωδεκάτῳ τῆς ζωῆς Ἀμράμ. Erroris causa sibi fuit Author qui pagg. 107. C. 109. A. 110. A. annos Ioseph quasi patri Iacob nonagenario duntaxat mundi 3562. nati enumerat: sequente vero Ioseph ortus anno uno semper inferior reperitur.

Ἔτη δὲ ,γφξγ'.] His si addideris 130. Cainan ab Africano praetermissi annos, 3693. colligis: a quibus demendi viginti anni, quos ad diluvium usque superflue numeravit Africanus, ut Authoris summa nota superiore discussa probata obtineatur.

Κατὰ Εὐσέβιον ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη ,γφμε'.] Dolose, pro solito, ex sua nimirum et adversarii sententia captiosum quid infert Author. Numerus 3545. qui annos mundi circa Ioseph obitum collectos signat, sic ab eo colligitur. Abraham anno 3184. nascitur: centenarius procreat Isaac: hic sexagenarius Iacob: qui 91. provectus annis suscipit Ioseph. Ioseph aetatis suae 110. anno moritur. summa est omnium 3545. Ad Eusebii tamen mentem 3546. numerare debuerat, cum anno Iacob 92. Ioseph in lucem venisse manifeste scribat Eusebius Latinus ad Abraham annum 252. Scaliger pag. textus 22. calculum hunc Eusebianum et Africanaeum profert, et Georgii de illis censuram Animad. pag. 253. probat, cuius asseclam se manifestat.

Διαμαρτάνει δὲ οὕτως ἔτεσι ρκζ'.] Ex omisso Cainan iuniore non solis 127. annis erravit Eusebius, sed totis 130. Cainan debitis: in quo namque tres illi numero detractos insumpserit nusquam observavit, aut exprobravit Georgius. Ex ipsiusmet Georgii verbis nodus exsolvendus. Ille namque cum in ipsum diluvii annum Arphaxad primum ortum coniiciat, Eusebius vero biennio post diluvium elapso collocet annis 128. duntaxat, eius calculi Eusebianis superiores colliguntur. Idem ipse iterum Ioseph, de quo in praesenti sermo, anno patris Iacob 90. (non prout alibi 91.) frequentius colligit, et unitatem sibimet detrahit: quo fit, ut Eusebio annorum 130. defectum in nullo compensante, ternarium Eusebio, ex defectu proprio relaxet, et iam non annorum 130. omissorum, sed 127. duntaxat reum in iudicium ac poenam vocet. Ex his collige cur emendationem numeri ,γξοβ'. in ,γξογ'. superius ceptam hic quidem tenendam mente, at non aperte manifestandam censeamus. Vide ipsum Authorem modo superius exposito circa annos Ioseph hallucinantem pag. seq. linea prima. V. 35 P. 88

Pag. 113. Τούτῳ τῷ ψ'. ἔτει.] Verba haec suo loco mota

prioribus commodius adaptantur, in hunc modum. *Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλ'. ἐγέννησεν τὸν Σήθ· καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψ'. καὶ ἀπέθανεν· τούτῳ τῷ ψ'. ἔτει. καὶ τὰ ἑξῆς.* Vel si volueris immota, in hunc modum corrige. *καὶ ἐπέζησεν ἔτη ψζ'. καὶ ἀπέθανεν. τούτου τῷ ψ'. ἔτει, ἤτοι τῷ ϡλ'. ἔτει τοῦ κόσμου ὁ Ἀδὰμ ἀπέθανεν.*

Τῷ ψλε'. ἔτει τοῦ κόσμου.] Frequentiores interpolationes *hic* appositae, 70. Interpretum lectione probantur.

Ὁ αὐτὸς δὲ Ἰάρεδ ἐπέζησεν ἔτη β'.] Germana lectio est *ω'*. 800.

Τῷ δὲ σιη'. ἔτει Ἐνὼχ ἀπέθανεν Ἐνώς.] Textus lectio retinenda.

Pag. 114. *Ὑπερέβη τὸν κατακλυσμὸν ἔτεσι ιε'.*] Immemor eorum quae pag. 20. B. et C. et pag. 21. A. scripsit, sibi ipsi non constat Author. Emendatio *ιε'*. in *ιδ'*. ex scribendis ad pag. calcem probatur.

Ἔσονται γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον.] Eusebii Georgiique erga sacros codices observantiam, Scaliger Not. pagin. 243. vocat *σκιομαχίαν:* vel, ut quam Eusebiani sui textus pag. 4. linea 10. Hebraeo, Latino, Graeco, Chaldaico textibus adversis (ore quippe uno annis 969. Mathusala vixisse testantur) tanquam Eusebii de annis Mathusala 949. duntaxat positam tueatur sententiam, ex contrariarum Scripturarum testimonio firmatam a Georgio obiectionem nuncupat *σκιομαχίαν.*

Καὶ ϡπθ'. λέγοντι τοῦ Μαθουσάλα.] Qua scriptorum parte 989. annos Mathusala vixisse consignaverit Africanus, ipse qui obiicit Georgius nequit exponere. Quinimmo, cum a conditu mundi anno 1287. natum Mathusala ex 70. Interpretum supputo et pag. 20. C. colligat Africanus, ac deinde vitae 969. tribuat annos, mortem eiusdem anno 2256. manifesto posuit, prorogato in annum 2262. diluvio. Unde igitur illi apud Africanum 989. anni? Receptus Authori usus nodum omnem exsolvit. Eum ipsius morem, ut tum ex sibi propriis, tum ex adversarii dictis, adversarium impetat, et vaferrime, si fas permitteret, configat, alibi observavimus. Itaque cum diluvii terrae superficiem omnem anno 2242. invadentis communi clade Mathusalam anno 1273. natum aetatis 969. periisse sentiat Georgius, cum insuper ad annum 2262. diluvium submoveat Africanus, et diluvio mersum velit ipse Georgius; colligit insimul Georgius idem Mathusalam ex Africani falso supputo 989. annos attigisse, quasi nimirum annum natalem Mathusalae mundi 1273. cum Georgio existimaverit, et cum eodem Georgio diluvio raptum anno mundi 2262. statuat.

Ἔτη φλγ'. μέχρι τοῦ ͵βροε'.] Nisi Noe, vice Mathusala, nomen reposueris: nulla tibi in verbis et numeris sequentibus *lux* effulgebit. Is enim non est Lamech, qui postquam a patre Ma-

thusala genitus est, annos solos triginta quinque, vel tres supra quingentos vixit: quinimmo Lamech ipse est, qui a Noe filii natali die anno mundi 1642. consignando alios 535. vel 533. superfuisse scribitur, ad mundi videlicet 2175. ante diluvium annos 68. vel correctius 67. Hic tamen computus alteri de Lamech annis integriori adversatur: solis quippe ante diluvium 35. annis Lamech, ex dictis superius, pag. 21. A. mortuus est. Porro ex Africani verbis computos istos desumptos mihi demonstrat calculus sequens, quo subditur Lamech ante parentis obitum annis 81. vita functum; quos hac ratione colligo. Mathusala, inquit Africanus, anno 2256 morte sublatus est, filio Lamech vivis erepto a mundi 2175. uno igitur supra octogesimum anno Lamechi mors patris Mathusalae mortem antevertit, cum nimirum, ut hic extat, pater Mathusala 888. aetatis numeraret annum. Haec Africani mens et verba, non Georgii, cuius oppositam sententiam demonstrat pagin. 20. A. numerus tamen 68. vel 67. antevertens diluvium et 2175. summam relinquens sequitur Georgii diluvium anno 2242. reponentis sententiam: imo et eam ipsam quam Africanum sequutus, ante paucas huius paginae lineas amplexus est.

Μαθουσάλα δὲ ἔτος ἦν ωνέ.] Mathusala diluvio supervixisse rursus Author asserit, et quae pag. 20. D. de praeoccupando eiusdem natali scripsit, videtur arguere mendacii.

͵βρμα΄. ἔτει τοῦ κόσμου.] Repono ͵βρμβ΄. quo anno ad aetatis quingentos Noe pervenit.

Τοῦ δὲ Νῶε μη΄. Μαλελεὴλ ἀπέθανεν.] Malaleel anno 1690. obiit: p. 113. B. Noe 1642. natus est: ipsius ergo Noe 48. Malaleel vita excessit.

Κατὰ τὸ ͵βρμα΄. ἔτος τοῦ κόσμου.] Legendum ͵βρμβ΄.

Τοῦ Λάμεχ πατρὸς Νῶε ἔτος χπζ΄.] Repone χπη΄.

Λοιπὰ ἔτη ιε΄.] ιδ΄. ex iam putatis rectius collegeris.

Pag. 115. *Καὶ ἐπέζησεν φ΄.*] A diluvio nimirum.

Τῷ ͵βτοζ΄. ἔτει τοῦ κόσμου.] Arphaxad, ante lineas sex Author scribebat, anno post diluvium 2. mundi 2243. vitam sortitus, annos 135. deinde natus generat Cainan; cur non modo colligit 2378. vel cum Eusebio 2379. Eusebius, qui biennium integrum a diluvio ad Arphaxad diem natalem interiicit, eundem in mundi 2244. seponit, et prolem ab eo susceptam 2379. asserit. Africanus ex adverso Sem annos centum provecto Arphaxad natum ipso diluvii tempore statuens Authori Georgio nonnunquam, imo frequentius, eius rationem sequuto, ut calculos anno uno breviores subducat occasionem suggerit: ipse quippe Georgius Arphaxad ortum ex proprio computo ad annum mundi 2243. affigit, quo biennium a diluvio, non quidem consummato, sed ineunte, reputat: quo fit ut anno breviores modo, quandoque productiores Genearcharum aetates offerat, et Arpha-

xad posteri, velut hic Cainan, uno minus, quam patris aetas ante lineas 6. posita exigat, annos mundi natalibus suis *addictos* numerent.

Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ὡς καὶ Εὐσεβίου, νγ΄. ἔχουσι.] Ita reperis pag. 86. D.

Ἀφρικανός τε, καὶ Εὐσέβιος.] *Iste μεμψίμοιρος* et *φιλόμομφος* novo vocabulo appellat Scaliger Animad. pag. 23. *nil aliud habet, quam quod Africano et Eusebio obiiciat.* Ecquid non ipse *μεμψίμοιρος* Eusebium sollicite exagitat pag. 252.

Τῷ δὲ σιη΄. ἔτει τοῦ Σάλα.] Repone *τῷ δὲ σκε΄. ἔτει*, quod indicant tabulae Chronolog.

Τῷ οὖν ρ΄. ἔτει Ἔβερ.] Accuratius *τῷ ϟθ΄.*

Καὶ ἀπέθανεν πρὸ τοῦ ἰδίου πατρός.] Sententia dictionum hyperbatis difformis suo nitori restituitur in margine. Eadem ad Authoris mentem comparata redundat. Heber enim, ut modo pronunciavit, a filii Phalec natalitiis annis duntaxat 270. superstes, filium, cuius vita ad 339 protracta fuit, inter vivos moriens reliquit. At cum Eusebii exemplar, cuius excerptum pag. 86. D. extat, Phalec annis 339. numeratis, Patrem Heber post Phalec natum annis 430. asserat vixisse: eundem annis 91. filio superstitem admittat necesse est. Quare ut Lamech morta-
P. 39 lium primus patre vivente mortem natura illatam sustinuit, secundus Arphaxad ante patrem letho pariter raptus est; ita Phalec hominum tertius, et a Lamech secundus *δεύτερος μετὰ τὸν Λάμεχ*, patre vitam adhuc agente, eius mortem e vivis excedens annis *ϟα΄*. 91. praevenit.

Σεροὺχ γενόμενος.] Locus vitiosus ex Genes. 11. *restituitur.*

Ἕως λε΄. ἔτους Ἰσαάκ.] Vitae Abraham anni 100. et 35. Isaac aequantur annis 135. quibus Abrahae genito Thara superstes remansit: adeoque textus *ἕως λ΄. ἔτους Ἰσαὰκ* vitiosus reposito *λε΄.* emendatur.

Pag. 116. *Τῷ ,γυογ΄. ἔτει τοῦ κόσμου.]* Numquid pag. supe-
V. 36 rioris ad calcem Thara patre Nachor anno a mundi natali 3242. genitum aetatis deinde 70. id est mundi 3312. (prout fert emendatio marginalis lineae 1.) Abrahae vitam contulisse: ipsum vero Abraham anno ab ortu 75. qui mundi 3387. linea 2. promissam terram adiisse legimus? adeoque Isaac ab eo iam centenario mundi 3412. susceptum: Isaac tandem sexagenarium mundi 3472. Iacob edidisse Georgius scribere debuerat? Itane brevi suimet oblitus calculos perturbat, et qui Abrahae diem natalem mundi *,γτιβ΄.* linea prima, hic Iacob *τῷ ,γυοβ΄.* ascribere tenebatur, alium computum cum hic tum prius admittere potuit? Sic est profecto. Quod enim non nemini mirum ea ratione de Arphaxad posteris tractat, ut nonnunquam in annum versus diluvium superiorem eos erigat, mox velut immemor in alium inferiorem deprimat. Discriminis causam nuper protulimus; epocham Arphaxad modo

ad ipsum diluvii annum exemplo Africani, modo in sequentem ex proprii calculi mente fixam: ex qua desultorius ille annorum numerus eisdem in scriptis oritur.

Οὔτε τῷ Ἀφρικανῷ πιστευτέον.] In Africanum et Eusebium latam ab Authore sententiam laudat Scaliger Animad. pag. 21. et 253.

Pag. 117. *Ἔτη τῆς ζωῆς Ἰωσὴφ ρι΄. κόσμου δὲ ͵γχοβ΄.*] Ex 3672. deductis 110. supersunt 3562. At non isto mundi anno, sed sequente Ioseph in lucem prodiisse demonstrat Abrahami epocha ad annum 3312. Isaac ad 3412. Iacob ad 3472. fixa; et tandem Iacob ipsius anni 91. cum Ioseph natali et mundi 3563. coniuncti. Superest itaque anni defectum exprobremus Syncello, qui annos Ioseph nonnunquam a patris Iacob 90. et subinde a mundi 3562. enumerare exorditur: de quo fuse inter pag. 109. 110. et 111. observationes tractatum. Ex verbis scripturae et proprio calculo contrahit Author errorem. Ad regni Aegyptiaci consortium anno aetatis 30. Ioseph evectum decennio post, 40. nimirum, patrem Iacob in Aegyptum adventantem recepisse ait illa: hic patris Iacob anno 91. Ioseph natum affirmat: patris ergo 130. ipse non 40. sed 39. duntaxat numerabit: aut certe 40. numerantem anno priori natum existimet necesse est.

Pag. 118. *Ὁμοῦ τῆς ἐν γῇ Χαναὰν καὶ Αἰγύπτου.*] Commune est cum plerisque Chronologis Authoris propositum, ut filios Israel ducentis duntaxat et quindecim annis in Aegypto mansisse, quadringentos autem et triginta, (qui his Exodi 12. verbis, *Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit* 430. *annorum*, eorum in Aegypto commorationi videntur imputari) non a Iacob et eius totius familiae in Aegyptum ingressu, sed a peregrinatione Abrahae, cum primum Chananaeorum adiit regionem, numerandos esse contendat. Ratio prima petitur ex eorum aetatibus, qui a peregrinatione Abrahae ad posterorum eius ex Aegypto profectionem medium tempus occupant: illae hoc pacto colliguntur. Ab Abraham adventu ad filii Isaac ortum anni 25. intercedunt, ab huius natali ad Iacob ortum, sexaginta: ab istius ad Levi primum annum, 82. ad Caath deinde Levi filium 47. putantur: his adde ad Amram exortus diem, 60. tum ad Moysen eius filium, 75. exinde ad profectionem ex Aegypto, 81. totalis omnium summa 430. colligetur. Secunda manifestis adeo Scripturae verbis fundatur, ut indicanda solummodo, et *φανερῶς τῇ γραφῇ λελεγμένα*, non referenda Georgius censuerit. Extant Exodi loco citato, et iuxta Septuaginta versionem sunt huiusmodi. *Habitatio filiorum Israel in Aegypto, et in terra Chanaan, ipsi et patres eorum, anni* 430. Adiicit calculum Codex Samarit. ab erudito Ioanne Morino in Graec. Biblior. praefatione citatus in haec verba ומושב בכי ישראל ואבותם אשר ישבו בארץ כנען ובארץ מצרים שלשים שנה וארבע ומאות שנה

habitatio filiorum Israel, et patrum eorum, quam habitaverunt, in terra Chanaan, et in terra Aegypti annorum triginta, et quadringentorum, Eustathius. ζητητέον δὲ εἰ Ἑβραῖοι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ παρῴκησαν ἔτη υ'. καὶ λ'. καὶ οὐχ ιε'. καὶ σ'. ἡ μὲν γὰρ τῶν χρόνων ἐφεξῆς ἀναγραφὴ σιε'. σημαίνει· ἡ δὲ γραφὴ υ'. καὶ λ'. πρῶτον μὲν ἐπιτηρητέον ὅτι οὐκ εἶπεν ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλ' ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. ἀλλοτρία δὲ ὑπῆρχε καὶ ἡ Χαναναία γῆ, ἣν παρῴκησεν ὁ Ἰσαὰκ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. *Quaerendum tamen est an Hebraei in Aegypto habitarunt annis* 430. *et non* 215. *nam temporum continuata descriptio* 215. *innuit, sed Scriptura* 430. ait: namque peregrinum erit semen Abrahae in terra aliena an. 430. *Primum itaque observandum non dixisse in Aegypto, sed in terra aliena peregrinum erit semen Abrahae. Aliena certe fuit terra Chanaan, quam semen Abrahae ipse Isaac habitavit, etc.* Alia sunt Pauli ad Galat. cap. 3. *Abrahae dictae sunt promissiones, et semini eius: non dicit, et seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico: testamentum confirmatum a Deo: quae post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.* Abrahae septuaginta quinque annos nato facta est promissio, a qua, Paulus ait, ad datam legem 430. decurrunt anni: sunt igitur ab Abrahae in terram Chanaan ingressu numerandi. Tertiae rationis momentum ex PP. et Chronologorum, tum veterum, tum recentiorum authoritate pendet, una quasi voce annos illos triginta supra quadringentos a relicta paterna domo, et Abraham in Chananaeorum terram profectu computandos, et πᾶσιν scribit Author, ὁμολογουμένοις, demonstrantium. Opponit autem in adversum Genebrardus uterque, verus quidem et vigil, haud tamen verax, in Chronologia, et fictus somniansque apud Nicolaum Abramum, ducentis et quindecim annis, quibus ex Authoris sententia moram fecerunt in Aegypto filii Iacob, non potuisse in gentem plane ingentem a Scriptura iactatam excrescere. Quidni, et numerum illum exuperaret, si quot Iacob suscepit filios, singuli vel plures ex posteris pares ex se, pari spatio, produxisse affirmentur. Illi vero, ex quo gignendae proli vacaverat Iacob, septuagenarium numerum expleverant, et centenarium attigissent facile, si Her Onan et Sela Iudae filii, reliquorum more, servatis coniugii legibus, eius finem intendissent et fuissent assecuti, natorum procreationem. Ponamus igitur, quod absurdi nihil secum trahit, ex femore Iacob animas centum egressas annorum quinquaginta spatio a quo coniugium octogenarius inierat, et a quo 130. annos natus in Aegyptum secessit: per aequale intervallum quemvis ex posteris centum ex se liberos vel nepotes productos cernere nil vetat: Primo igitur annorum in Aegypto labente quinqua-

nario, ascendebant Israelitae ad decem millia: myriadem autem illam aequalem per annorum ambitum da crescere: da vitae diu- P. 40
turnitatem, da Dei mulieres foecundantis auxilium; da cum uxoribus exteris inita connubia, da festinam liberorum habendorum curam, da uxorum licitam eo tempore turbam, da quodvis aliud in educandae prolis augmentum concurrere, in quem alium numerum, in quot alias a recensitis Israelitarum myriadibus non excrescet per annos ducentos unius hominis, imo tot hominum multiplicata soboles? Vide, sodes, Petavium ex una Sem stirpe pene simili annorum 215. spatio hominum 1065741824. quam facile deducentem lib. 9. de Doct. Temp. cap. 14. eius vero sententiam Authori suffragantem eiusdem lib. cap. 24. Obiicit iterum Genebrardus: Achior quadringentis in Aegypto ab Israelitica gente exactis annis attestari Iudith cap. 5. At toto pro parte usurpato, Synecdochicōs nos loqui solere, non ignorat, qui struxit obiectionem. Aliud validius argumentum se contorquere iactat, cum memorata liberis Ephraim a Gethaeorum populo illata nece, copiosam a patribus in filios ordine multiplici deductam eiusdem Ephraim progeniem, et multo pluribus 215. annis haud exhauriendam, et per aetates singulas facile distribuendam 1. Paralip. 7. v. 23. recenset. *Ingressus est Ephraim ad uxorem suam post filiorum cladem, quae concepit et perperit filium, et vocavit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset: filia autem eius fuit Sara etc. Porro filius eius Rapha et Reseph et Thale, de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan, huius quoque filius Amiud, qui genuit Elisama, de quo natus est* V. 37
Nun, qui habuit filium Iosue. En ut Iosue longo post Ephraim spatio, post tam copiose propagatam eius stirpem, ut armatae aciei componendae sufficeret, ut Iosue, inquam, octavus ab Ephraim, septimus a Beria numeratur. At *mortuus est Iosue filius Nun servus Domini*, ut ipsius lib. cap. 24. v. 29. legitur, *centum et decem annorum:* et post Mosis obitum ducatum populi gessit solis (inquit) decem annis: quare cum populus ex Aegypto sub Mosis auspiciis egressus est, Iosue fuit annorum 60. a Beriae vero natali die, qui fuit post Iacob mortem anno circiter quinquagesimo ad Iosue incunabula non possunt anni plures 90. intercedere; qui si praecoci quadam foecunditate septem aut octo generationibus tribuantur, singulos Iosue maiores duodecimo circiter anno liberos procreasse deprehendemus: tam portentosas autem hominum generationes quis probet, nisi qui fabulas sua credulitate censeat emendas, easdem cum derisionis periculo aliis deinde distributurus? Negotium praeberet obiecta difficultas, si quos citatis verbis enumerat Scriptura concatenata serie, et ordine continuo sibi consequenter adhaesisse, et unum post alterum in lucem venisse demonstraret: at quis non credat plures ex eis quorum hic habentur nomina fratres ad invicem, et pari

consanguinitatis gradu ab Ephraim patre vel avo descendentes? Nil me magis hic moratur, quin Amiud aeque filium Ephraim, vel Beria praedicem; quam ut eundem Amiud filium Laadan teneam, aliqua me verborum istorum authoritas movest. Interpres quidem Latinus Thaan filium Thale, Laadan filium Thaan asserere videtur: Graecus vel Hebraeus textus ad idem sentiendum nil cogit. Veritatem assequetur, qui nil discernet ex praeiudicato. Atenim si reverentiam a me tantam exigat Latinae versioni deferendam, ut cuncta eius verba prout in cortice sonant, et sententiam iuvant, accommode applicanda gestiat, circa haec ad absurdum non dissimile ductura non inferiorem cultum expostulo. Sunt ea capitis eiusdem primi Paralip. v. 20. *Filii autem eius Suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius, Eluda filius eius, Thahath filius eius, huius filius Zabad, et huius filius Suthala, et huius filius Ezer et Elad.* Hos ferme cunctos, ab Ephraim patre fratres haud impare gradu distantes, ac quasi multifidos ex uno fonte rivos procedentes, asserendos auguror; ne filium Ioseph Ephraim patrem aetate superasse fateri cogamur, qui cum filiorum tertiam duntaxat viderit successivam prolem, ille nonam attigisse, et eius aetati coaevum tempus duxisse deprehendatur: pari sane ratione alios praeposito textu obiectos, haud ita filios a patribus ordine concatenato progressos, quam fratres ab eodem ferme patre ortos necessum est affirmare. Sin ut fictos Israeliticae in Aegypto commorationis et longe prolixiores ducentis et quindecim annos ponamus, alios super aliis et patribus filios longa serie succedentes ex una Ephraim tribu producimus: cur post aliarum tribuum capita Ruben Levi *Ioseph* etc. plures ac plures eorum posteros pari ordine scaturientes opposita sententia non ostentat? Quinimmo ipso novi veterisque foederis testimonio posteros Iudae Patriarchae ex eodem cum Levi reliquisque patre orti, ubi diligentius observantur et recensentur accuratius, non nisi uno vel altero capite, eo spatio, de quo institutus sermo, Levi nepotes superare facile probamus. *Iudas*, inquit, *genuit Phares, Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson:* hic autem Mosi coaetaneus, et iuvenis quidem cum Moses ad maturiorem iam provectus esset aetatem. Plures porro in hac Iudae stirpe, quam in altera Levi si numeres, obstare non censebis, quin idem temporis spatium utramque commetiatur successionem, cum serius forsan nuptias inirent Levitae, vel aetate iam grandaeva prolem suscepisse, et Mosen iam octogenarium ducendum populum in se recepisse constet. Quam de Iobi posteris opponit difficultatem Genebrardus somnians, habet apud vigilem expositionem: reliquas Author in sequentibus exsolvit. Nonnihil tandem obmutit Scaliger pag. Not. 17. *Haec interpretatio*, scribit, *non demonstratione nititur, sed autho-*

ritate, qua modesti homines contenti esse debent, ut absurditas declinetur. Haec ille: modeste quidem, at non a severiore sententia penitus declinans, qui commodam interpretationem Scripturae testimonio, et antiquiorum authoritate nixam, et temporum rationi consentientem, ceu demonstrationem a Chronologis approbari dissimulavit.

Pag. 120. *Τῷ κη΄. τοῦ Ἀμράμ.*] Recolendus mente duplex computus, de quo supra ad notas pagin. 86. 115. et 116. Praesens maiorem sequitur, et natalem Arphaxad ad mundi 2243. devinctum. Amram patris Mosisque filii longam historiam pertexit Eustathius ab Allatio editus.

Pag. 121. *Ἐπιλελόγισται ἔτει δευτέρῳ.*] Mosis natalem diem locavit Author pag. 68. C. sub Asseth regno: submovet hic ad Amosios Asseth successoris annum secundum et sex annis posteriorem reddit, vel quatuor ipsius Asseth, ut indicat pag. 123. textus depravatus, mutilat annos, alibi rursus ad primum eiusdem Amosios revocat. Quid aliud inferas, quam virum eruditum proprios calculos ad invicem non comparasse, et edendum opus ante mortem non plene recensuisse?

Κατὰ Ἴναχον πρῶτον Ἄργους βασιλέα.] Scaliger in haec Not. pag. 254. relata. *Quod veteres*, inquit, *sub Inacho natum Mosem dicunt propterea Eusebium errasse, qui longe antiquiorem faciat: ratio frigidissima. Nam prius neque probatum est, neque conceditur.* Verum quidem Tatianum Oratione contra Graecos exeunte, et apud eum Apionem, Clementem quoque P. 41
Alexandrinum Stromatum lib. 1. ad Inachi tempora Mosis ortum non revocare: eius tamen cum populo ex Aegypto profectionem Inachi aetate susceptam disertis verbis exprimunt. Levius itaque lectos authores in cunctis sibi suffragari Georgius audacius asseruit, quos affines duntaxat suis computis affirmare potest. Insultat eam ob rem iterum Scaliger pag. 18. scribens. *Solemnia delirat Georgius: ipse potius reprehendendus qui cum Eusebium obiurget, quod ab antiquis dissentiat, ipse tamen exitum Israelis, non sub Inacho, sed sub Api ponit. Tam igitur ipse quam Eusebius dissentiunt, a veteribus, sed diversa via.* Verius diceret ille modico annorum spatio Georgium, ingenti numero dissentire Eusebium. *Quare ob hoc unum* (Scaligeri verba refero) *merito Georgius irascitur, quod a veteribus a quibus vetustissimarum cognitio rerum accipitur, facile dissentit Eusebius.*

Ἑαυτῷ ἀντιπίπτων.] Qui Canonis prooemio Iovem Mose posteriorem, ipsumque Mosem viris cunctis, quorum nomen inter Ethnicos celebre vetustiorem demonstraturum pollicitus, confestim immemor promissi Inachum Ogygum et eius diluvium Mosis tempori praefert, Iovem Inacho coaetaneum inducit; et Iovem demum longo post Mosem intervallo vixisse refert.

Μετὰ Ὤγυγον ἔφη γενέσθαι Μωσέα.] Cui sententiam oppositam Clemens Alexandrinus tuetur libro 1. Strom.

Pag. 123. *Ἀσχάλιος ἔτη κβ'.*] *Βασχάλιον* scribit inferius Author, quem Eusebius ad annum Abrahae 278. Machaleum. Duorum porro regum istorum aetates an mundi vulgaribus annis reddendas concordes, an mundi annes regum aetatibus accommodandos immutare et interpolare debeamus, mihi non omnino certum. Machaleo certe annos triginta, et successori Iphereo, quem vocat Author Sphaetum, solos 20. tribuit Eusebius: quare regibus favet eius sententia, et mundi annos interpolandos suggerit.

Σπαρθαῖος ἔτη μβ'.] Huius nomen apud Eusebium ad annum Abrahae 458. est Sparetus anni 40. apud Scaligerum soli 30. ab Eusebio 10. et a Georgio 12. annis secedit.

Κῆρτος ἔτη κθ'.] Inter Aphophim et Aseth, quem Assim Iosephus scribit Sethus, aut Certus Aegypti rex nullus, sed Ianias
V. 38 cuius anni putantur 50. ex pag. superiore. Hic quoque Certus in Africani ex Manethone diagrammate nullus est pag. 61. B. sed ante Aphophim, Staan et Archles: post Aphophim apud Eusebium Archles celebratur pag. 62. A.

Τὰς ε'. ἐπαγομένας.] Ut quot gradibus Zodiacus vel coelum ipsum distinguitur, paribus quoque diebus compingeretur annus, veteres Aegyptii rerum Astrologicarum studiosi sanxerunt. Tricenum itaque dierum menses erant in anno duodecim, diebus solis (non Solis) 360. annum conficientes. Crescente subinde apud eosdem astrorum et orbium coelestium cursus peritia, et ex Abraham Ioseph et posterorum consuetudine et doctrina, civilis eorum anni defectu cognito, quo Solis cursum aliquatenus consequeretur, huncque alter vix excederet, ascititios quinque dies ex Aseth edicto post ultimum mensem intercalandos attexuerunt. Ut Aegyptios Attici fuerint imitati docet Petavius lib. 1. cap. 7. Quod comminiscitur Scaliger de sexto die singulis quadrienniis ascito, nonnisi Scaligero ipsi verum existimari demonstrant Petavius et Allatius, hic de Mensura, alter de Doct. Temporum.

Ὁ μόσχος θεοποιηθείς.] De bove Serapi, sive Api, Latini Eusebii reparator Pontacus in Notis, ubi de eius apotheosi, erudite: de nomine, simulachro, templo Ecclesiasticorum Annal. conditor Baronius tom. 4.

Ἄμωσις ὁ καὶ Τέθμωσις.] Sub quo profectionem ex Aegypto a Moyse susceptam Iosephus in Apionem, Tatianus Orat. adversus Graecos, et Clemens Alexandrinus Strom. 1. quos plerique recentiores Chronologi sequuntur.

Ἔτη κβ'.] Duo ac viginti huius Amosios, quem Amasim nuper citati scriptores appellant, stant commodissime cum *Aseth* 24. annis, si tamen hic mundi annos velis emendatos, et *γψλς'*.

vice, γψμ'. reposueris, ut Amosios istius anni, cum sequentis Chebronis aetate fiant concordes. Consule de Chebrone scribenda. Non praetermittenda hic ad tabulas Chronologicas anno 3736. scripta: et maxime quae scribit Author pag. 62. C. Moysen sub huius Amosios tempus haud natum, sed tantum iuvenem extitisse.

Πεντεαθυρὶς ἔτη μβ'.] Quae praecedunt, vel sequuntur, integra sunt: de solo numero ις'. a Librario posito dubium se offert. Mendosum probat eius brevitas, ut qui ab anno 3726. qui Penteathyreos regno dedit initium ad 3768. quo finis eius ponitur, non possit esse medius, nisi 26. recipiat augmentum. Repono μβ'.

Pag. 124. *Βασιλεύει δὲ Ἴναχος.*] Haec Eusebio adversa Scaliger omittit pag. 23. reliqua resumit ab istis verbis. ὁ δὲ χρόνος. Quod porro Scaliger idem nuper scripsit Ἴναχος ἐβασίλευσεν ἔτη η'. mendum est, et η'. simile ν'. scriptum putavit. Ita scripsit Eusebius annos 60. Inachi regno imputans. Georgius noster ad 56. protendit Inachi imperium paulo inferius: quod marginalis emendationis causa fuit.

Ἔτη υοϛ'.] Librarius falso et mendose υνγ'. Cum enim Assyriorum regni fundamenta communi mundi anno 3216. ex scriptis pag. 92. et 96. D. sint posita, et Argivorum regnum mundi 3692. sumpserit initium; utique post υοϛ'. 476. annos ab Assyriorum exordio.

Κατὰ τοὺς πολλούς.] Ex aliorum certe mente. Diversus est enim Authoris computus pag. 156. A. his verbis. ἕως τούτου ͵δσμγ'. κοσμικοῦ ἔτους γίνονται τῆς Ἀργείων βασιλείας ἔτη φνα'. Reliqua hic subiuncta ab Authoris sensu penitus aliena commonstrant Argivorum regum latercula.

Οὗτος Ὀλυμπίων προέστη.] Ludos Olympicos ab Idaeo Hercule repertos, a Pelope in Iovis instauratos honorem, et ab altero nominis eiusdem Hercule rursum observatos, ac demum renovatos ab Iphito, Pausanias author est in Eliacis. De instauratis Olympicis Petavius diserte lib. 9. de Doct. Temp. cap. 38. et seq.

Βασιλεύει δὲ ἔτη νϛ'.] Emendandus Librarius errans ex Authore iustam Inachi aetatem paulo inferius referente, et Eusebio Inachi annos 60. scribente. Scaliger hic 53. errans pariter iudicandus. Quae porro hic textus obscuritas occurrit, ex Pausania, Eusebio ad annum Abrahae 700. et Chronologiae sanctae authore Iacobo Auzolaeo lucem accipit. Peloponnesus prius Aegialia variis subdita regulis Argis quidem habuit Acrisium, quem inscius Perseus nepos interfecit, Perseo natus est Sthenelus, Sthenelo Eurystheus, qui regnum Mycenas ab avo translatum stabile fecit. Pisam Pelops obtinuit, et OEnomao socero sublato, regnum et Olympiam urbem ludis Olympicis celebrioribus reddi-

tis, obtinuit; Aegialiae regioni Peloponnesi nomen indidit, propriaeque Pelopidarum posteritati Peloponnesi loca victoriis *parta* reliquit possidenda.

Pag. 125. *Διαφωνεῖται ἔτη κδ'.*] A regni Argivorum primordiis, ad Acrisii postremum annum quibusdam 575. annos numerantibus ex nuper dictis, Author tertia nota superiore citatus 551. duntaxat recenset, utique discrimine 24. non 27. annorum.

P. 42 *Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γχϟβ'.*] Hoc est ad Mosis aetatem, iuxta veterum sententias superius pag. 63. 64. et seqq. et nuper pag. 122. ubi de Mose, relatas: quorum calculos ab Eusebio correctos licet Petavius affirmet lib. 9. de Doct. Temp. cap. 18. et in Epiphanium pag. 15. nusquam tamen probat, sed institutae sibi Chronologiae numeris compositos declarat. In utrumque, et alios mentis eiusdem consortes edicit meus Georgius ad 5. Argivorum regem *ἀλόγως ἀπεφήναντο καὶ ἀμαρτύρως.* Eusebius in priore libro ab Inacho ad Agamemnonis necem annos colligit 655. in posteriore viginti ampliùs, quod et nos sequemur, ait memoratus Petavius Author ab Inachaei regni primordiis anno mundi 3692. signatis ad Agamemnonem occisum anno 4330. annos interiectos 638. numerat.

Ἴναχος ἔτη νς'.] Ita scribit Scaliger pag. textus Eusebiani 23. nec advertit Eusebii verba componens, Eusebii Inacho annos duntaxat 50. in Chronico ascribentis mentem evertere, et authoritatem convellere.

Οὔ μοι δοκεῖ καλῶς.] *Hoc vere collectum est a Georgio,* scribit Scaliger hanc pericopen referens Animad. pagin. 17. 18. 253. etc. Ratio haec est. Si ad Africani mentem Assyriorum regnum aliud, quod Argivorum, annis solis ducentis praecedat; ut spatii huiusmodi terminus ad Inachi Argivorum regis primi annum primum attingit, ita quoque ad Mosis natalem diem circa Inachi primordia incurrentem accedit: idem vero annorum ducentorum terminus Abrahae annus supra centesimum primus statuitur: Moses itaque anno Abrahae eodem ad lucis et mundi consortium ingressus est. Demonstrativam confutationem hanc vocat Scaliger loco primo relato.

Κατὰ τὸ μδ'.] Scripsit Eusebius 43. eundemque servaret numerum ipse Georgius, Arphaxad unam epocham ubique asserens: At cum annum ipsum diluvii statuendis Arphaxad natalitiis nonnunquam eligat, hinc Genearcharum aetates a diluvio quandoque variant uno anno. Anno quoque Nini 44. Abraham comperietur natus, si post secundum a diluvio annum Arphaxad diem natalem statueris.

Ἀργείων β'. ἐβασίλευσεν.] His in margine posita subnecto. *ἔτη ξ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γψμη'.* Inachus quippe regnum instituit anno 3692. et 56. tenuit, ad annum videlicet 3748. quo

successit Phoroneus: qui ad annum 3808. obtento regno, interiectis sexaginta, quos etiam scribit Eusebius, debuit regnare.

Σποράδην.] *Per saturam* reddendum contendit Scaliger Not. pag. 253. clarius, *Miscellanea* verti: Iureconsultis prima dictio usitata: secunda recentioribus Historicis nota: quod Pescennius Festus apud Lactantium, referente Scaligero Animadv. pag. 253. libros historiarum *per saturam* digesserit priscum est.

Κρήτης.] *Κρής τις* correctius legit Scaliger. Vide Clementem Alexand. altera nota referendum.

Pag. 126. *Ἶσιν Φαρίαν.*] Haud Syncelli authoritatem convellens, sed meam duntaxat proferens coniecturam addo Pha-
riam Isim dici, quod Aegyptus, regno eidem collato, regiis ho- V. 89
noribus coluerit. Ioan. Bocacius opere de mulieribus claris Isidem reginam et Deam vocat: *nec solum*, ait, *regina*, *sed venerabile Aegyptiorum numen fuit.* Regiam mulierem illam quae Mosen adoptavit Phariam vocari pag. 121. B. animadverte, de eadem iterum Authorem pag. 120. C. scribentem observa: *ὁ δ' αὐτὸς υἱὸς τῇ θυγατρὶ Φαραὼ Θερμούτιδι, τῇ καὶ Φαρίῃ, βασιλίδι οὔσῃ εἰσποιηθείς.* Si Thermutis Pharia, prout Amosis Pharao nuncupatur, quis Phariam dictionem mulierum regiam, velut Pharao virilem apud Aegyptios manifestat dignitatem, non referre sapiens asseruit?

Κάσος καὶ Βῆλος.] *Τὸ Κάσος* suspectum ait Scaliger. Suspicione vindicat Plinius lib. 5. c. 22. *Super Antiochiam mons Casius etc.* Hunc a Caso Cleomachi patre nuncupatum aestimant. An idem Beli frater, Inachi filius: non constat.

Πᾶσα παρ' Ἕλλησι.] Quaedam horum decerpit Author Eusebio, ad annum Abrahae 209. Eusebius fere *κατὰ λέξιν* ex Clemente Alexandrino 1. Strom. *κατὰ μὲν τὸν Φορωνέα τὸν μετὰ Ἴναχον, ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμὸς, καὶ ἐν Σικυῶνι βασιλεία πρώτου μὲν Αἰγιαλέως, εἶτα Εὔρωπος, εἶτα Τελχῖνος. καὶ ἡ Κρητὸς ἐν Κρήτῃ. Ἀκουσίλαος γὰρ Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον γενέσθαι λέγει ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς, εἶναι αὐτὸν ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων. ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ κατακολουθήσας Ἀκουσιλάῳ γράφει. καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε, τῇ πόλει τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ περὶ Φορωνέως τε, τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νεώβης, καὶ τὰ μετὰ κατακλυσμόν. Tempore quidem Phoronei, qui fuit post Inachum, fuit inundatio tempore Ogygi, et regnum quod fuit Sicyone, primi quidem Aegialei, deinde Europis, tum Telchinis, et regnum Cretis in Creta. Acusilaus enim dicit Phoroneum fuisse primum hominum. Unde etiam poeta Phoronidis, dixit eum fuisse patrem mortalium hominum. Hinc Plato in Timaeo secutus Acusilaum: scribit. Et cum vellet eos aliquando inducere, ut dicerent de rebus antiquis huius civitatis: aggreditur dicere quae sunt antiquissima, de*

Phoroneo, qui dictus est primus, et de Neobe, et quae fuerunt post diluvium. Exponunt haec quae supra de Argo et Sicyone Peloponnesi urbibus, quaeque infra de Ogygo et eius diluvio.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους.] Inachi vel Phoronei Graecorum antiquissimi habiti tempore celebres viros Ogygum, Thessalum, Cretem sibi regna instaurasse in Attica, Thessalia, Creta, memorat Author ex Clemente Alexandrino. Trium illorum prima latercula regnorum disponit Iacobus Auzolaeus dictus la Peyre in Chronologia sancta pagg. 193. 255. et 257.

Ἐν Τριτώνιδι λίμνῃ.] Ecquid Scaliger absque praepositione scribens, coniectat legendum: *Τριτωνὶς λίμνη Ἀθηνᾶ παρ' Ἕλλησιν ὠνομάσθη.* At neque Tritonia palus dicta est Minerva: neque Minerva Tritonia palus, licet Tritonis aut Tritonia a palude sit nuncupata. Repono correctius ad Eusebii Latini verba ad Abrahae annum 225. *Phoronei temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Graeci Minervam nuncuparunt. ἐν Τριτώνιδι λίμνῃ παρθένος ἐφάνη, ἣ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ ὠνομάσθη.*

Τελχῖνες καὶ Καροιάται.] Eusebius Latinus. *Telaphis et Carsatis adversus Phoroneum instituunt bellum.* Non nationum vel gentium, sed propria virorum sunt apud eum vocabula: quorum variae lectiones apud Pontacum singularium virorum appellationes esse subindicant. Addit tamen ipse Pontacus. Straboni et Diodoro lib. 6. legi *Telchines;* hocque pacto Georgii nostri Graecam lectionem probatam relinquit. Hos porro Telchines patria Cretenses ac Curetes Strabonis lib. 10. deinde Rhodios eiusdem lib. 14. celebratos existimo. *ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς, ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον· οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας· οἱ δὲ τέχναις διαφέροντας, τοὐναντίον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι, καὶ τῆς δυσφημίας τυχεῖν ταύτης. ἐλθεῖν δ' ἐκ Κρήτης εἰς Κύπρον πρῶτον, εἶτ' εἰς Ῥόδον. Rhodus initio dicta Ophiusa, atque Stadia: deinde Telchinis ab inhabitantibus eam Telchinibus. Hos alii fascinatores et praestigiatores praedicant: alii cum excellerent artibus, invisum iis ab eorum aemulis aiunt, et*
P. 43 *hoc infamiae retulisse. E Creta eos primum in Cyprum, deinde Rhodum venisse.* Peloponnesi tamen avito solo Telchinas ortos declarat Author inferius pag. 149. B. qui eiectos Rhodum Ophiusam olim dictam tenuisse testatur. Praesens itaque locus alteri belle consonat. Telchines enim et Cares sive Caraeatae et Parrhasii Peloponnesi fuerunt incolae. De Caraeis, sive Caryis alia observat Scaliger Animadv. pag. 20. Duplices statuit Arcadicas et Laconicas quibus addo Chienses Vicum ad passuum duo millia ab urbe Chio, cuius incolae *Καροιῶται*, eodemque nomine *ignobiles* quique vanis ac superbis Chii civibus hodie dicti.

Pag. 127. Σεϱβωνίτιδος λίμνης.] Σεϱβωνίδα Aegypti lacum memorat Strabo lib. 1.

Pag. 130. Ἰοθὸϱ γαμβϱὸς Μωσέως.] Uxoris consanguineus quivis socer videlicet, levir, gener etc. γαμβϱὸς neotericis Graecis, de quo exempla toto Iuro Graecorum.

Pag. 147. Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γψξβ΄.] Anterioris laterculi computus, et Chebronis huius tredecim anni in mundi 3774. definentes, eius regni principium mundi 3762. cogunt statuere.

Θηβαίων λς΄. ἐβασίλευσεν.] Thebaeorum regum ordine 36. deest in MS. laterculum enim praecedens p. 124. in 35. deficit. Praesentis Anonymi inter lacunae reparandae coniecturam et mendi sequentis tenebras vaenor annos in hunc modum. Amuthantaeus, ad quem se modo sermo convertet, regnum inchoavit vulgaris mundi aerae 3913. eoque 63. annis potitus, regnare desiit anno 3974. completo. Tali data epocha: Nilus praecessor, qui et Phruron, quinque annis sceptra moderatus, ad ea capessenda vocatus est anno 3908. (quo calculo ‚γωπθ΄. mendum in correctum textum et numerum ‚γϡη΄. commutatur) horum posteriorum mentione seposita, Siphoas qui ordine 35. pagin. 124. A. ab orbe condito 3889. regnum adeptus, quinque annis tenuit ad 3894. quo Anonymus, de quo sermo, debuit regiam occupare sedem, in qua cum ad Nili primum annum et mundi 3908. potestatem exercuerit, relinquitur totis mediis quatuordecim annis imperasse.

Ἐϱατοσθένης.] Philosophus, Historicus, Poeta, Grammaticus: de quo Author pag. 282. B. Eusebius ad Olympiadem 141. qua floruisse scribit: Suidas 126. Cyrene illi patria: pater Aglaus, vel ut alii Ambrosius: Aristonis Chiensis Philosophi, Lysaniae Cyrenensis Grammatici, Callimachi Poetae discipulus: Aristophanis Byzantii, Mnaseae et Menandri praeceptor. A tertio Ptolemaeo qui Euergetes in Aegyptum Athenis revocatus, sub quinto, qui Epiphanes, obiit: secundus aut Iunior Plato quibusdam, aliis Πένταθλος, quinque certaminum victor dictus. Suidas plura: nec non ex Suida et aliis Vossius de Historicis Graecis.

Pag. 148. Ὁ ἐπὶ Ὠγύγου.] Ogygum cum Viveto in Solinum, aliis Ogygen pronuntiantibus, ubique reddidi. Ὤγυγον Graece scribunt Iosephus in Apionem, Eusebius de Praepar. cap. 1. Tatianus Orat. adver. Gent. Clemens 1. Strom. et alii. Ogygium etiam Eusebius Latinus ad annum Abrahae 220.

Τῶν μὲν ἐπὶ Φοϱωνέως.] Eusebium sectantes intelligit. Ex quibus Eusebium impugnat Georgius, Eusebium componit Scaliger pag. 24. et 25.

Ὃς τοῦ πϱώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος.] Ut ab antiquo malo nomen accepit, ita primis et vetustis malis dedit nomen paroemia, Ὠγύγια κακά. Verba porro sequentia, expuncto

τῷ μετὰ, inter duas virgulas quod in textu reperiatur, hic incluso, legenda hoc ordine interpolata. πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον γενέσθαι.

Ἡ νῦν Ἀττική.] De Acte et Attica Pontacus in Eusebium erudite. Isthaec Africani vide a Georgio refutata pag. 70.

Ἔτη ͵ασλέ.] A Mose ad Cyrum, numerat Africanus 1235. annos: Author centum minus. Hic Cainan annis iam in superioribus numeratis posterius spatium contraxit: Africanus iisdem
V. 40 postero, id est Iudicum tempore, repositis, spatium idem auxisse deprehenditur.

Pag. 149. Τοῦτον τὸν Ἄπιν φασί.] Primi huius dicti author est Eusebius ad annum Abrahae 180. secundo adversatur Georgius Aegialum sexcentis annis Apim antevertisse scribens pag. 97. D.

Κόσμου ἦν ἔτος ͵γωμγ΄.] Ita putandum, emendato ͵γωμθ΄. Apis quippe Argivorum rex tertius communis aerae anno 3808. regnum auspicatus, ad 3843. annis 35. tenuit: Argus successor post imperii septuagesimum mundi 3913. vita fungitur: ab anno itaque 3843. coeperat imperare. Isti porro tituli ad MS. marginem positi textum ipsum commodius subeunt.

Οὗτος κατὰ τοὺς χρόνους.] Haec ab Africano scripta, et sub eius nominis titulo refert Scaliger ficti textus pag. 25. Atque ita Africanum sibimet testem, ac seipsum ad alterius normam citantem inducit.

Pag. 150. Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ ἔτη κζ΄.] Marginalis emendatio a temporum aetatumque rationibus fidem sibi conciliat. Anno a mundi conditu 3736. vitae consors fit Moses pag. 126. C. et in ea viginti supra centum annos exigit, ad mundi nimirum 3856. pag. 143. B. quo Iesus Nave filius Israelitas suscipit in terram Chanaan inducendos. Provinciam hanc obiit ille annis 27. hoc est ad mundi 3884. quo ineunte, qui successere populi Seniores publicas res annis 18. administraverunt. Secuta est deinde prima servitus a Syriae Mesopotamiae rege Chusarathaim inflicta mundi 3902. quem numerum Georgius exprimens pag. 154. A. superiores a nobis expositos probat.

Pag. 151. Ἀράβηλος.] Arabelum regem Assyriorum 29. praeterit Scaliger pag. 25. sequente pag. 26. aliam ab hac homade diversam componit ex 29. et 30. regibus et nonum quidem ac vigesimum vocat Thinaeum, tricesimum Dercylum. Ita Latinus Eusebius profert; nisi quod qui hic nonus ac vicesimus eidem Latino Eusebio est 28. qui hic octavus ac vicesimus apud illum sit unitate minor: et retroacto gradu Ninus qui hic secundus Latino exemplari sit primus, eo quod Belum quasi priorem non recenseat, sed a Nino laterculum Assyriorum regum incboet. Expunctorum ab Eusebio quorundam Assyriorum regum ratio

est, quod pauciores quam plerique authores agnoscat: de quo Georgius infra p. 168.

Πολύαινος Ἀθηναῖος.] Vide ne hunc Atheniensem cum eiusdem nominis Macedone confuderis, de quo Suidas, et ex eo Casaubonus. Utrumque refert Vossius: ac de isto Atheniensi nil praeter nomen. Haec eius dicta leges in Chronico Alexand. ad Olympiadem 60.

Ζεύξιππος ἔτη λ'.] Qui latens hucusque MS. error in lucem erumpit. Sicyoniorum regum et Sacerdotum summam hic scriptam annis duodecim privata singulorum tempora superant. Erroris sedem Eusebius a Georgio numeris diversus certo nusquam demonstraverit, ex utriusque licet scriptis ad invicem comparatis emendationis, quam Chronologicae tabulae offerunt, desumpta sit coniectio. Librarius ipse non ignorato paralogismo eiusdem styli officio scripsit in margine. *ἀσύμφωνά ἐστι τὰ ἔτη τῶν Σικυωνίων βασιλέων πρὸς τὴν στοιχείωσιν. ιβ'. γὰρ ἐτῶν ὑπερήκοντ . . . (ὑπερήκοντά ἐστι,* vel alias *ὑπερβαίνει) τῆς στοιχειώσεως. τοῦτο δὲ οἶμαι σφάλμα ἦν ἐκ τῶν καλλιγράφων.* Quae porro Scaliger pag. textus 26. ex his immutat, manifestiora sunt, quam quae annotentur.

Pag. 152. *Διήρκεσεν ἔτη ϡξζ'.*] Interpolantem me sua tue- P. 44
tur authoritate Georgius scribens pag. 97. B. *ἡ Σικυωνίων βασιλεία ἦρξατο ἀπὸ πρώτου βασιλέως Αἰγιαλέως ἕως κϛ'. Ζευξίππου ἐπὶ ἔτη διαρκέσασα ϡξζ'.* eundem numerum scribit Scaliger pag. citata (nam et singula regum tempora prout habet Georgius reddit) Eusebius tamen ut privata regum tempora diversimode, ita summam ex iis collectam subducit annis quinque minorem; ac ita Georgium non Eusebium restituit Scaliger.

Κρότωπος ἔτη κδ'.] Correctionem ͵δκθ'. vice ͵δνγ'. Triopae 36. anni a mundi 3993. incipientes et in 4029. desinentes probant.

Ἀργείων θ'. ἐβασίλευσεν.] Totam hanc periocham in MS. desideratam supplendam censui ex verbis sequentibus. *φασί τινες ὅτι μετὰ Σθένελον.* et ex numero ͵δνγ'. Crotopi aetati mendose addito, quasi eius initium esset, qui finis est, et huius Stheneli primus annus, et eius aetati conquadrans: exinde undecim anni Sthenelo eidem ex Eusebii Latini authoritate attributi desinunt in Danai primum, et mundi 4064. de quo pag. 155. C. D.

Ἰὼ δευτέρα.] Una Promethei, altera Inachi filia est Io.

Ἔπαφος Μέμφιν ἔκτισεν.] Eusebius ad annum Abrahae 279. *Memphis in Aegypto ab Api condita.* Ad annos Apis appendit Author pariter fol. 149. B. *Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους.* Eusebius iterum ad annum Abrahae 524. *Epaphus filius Io et Iovis Memphim condidit cum Aegypto secundus regnaret.* Idemque quod hic Author *Ἔπαφος Ἰοῦς τῆς*

δευτέρας (υἱὸς) ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου, καὶ Μέμφιν ἔκτισεν. Epaphus igitur idem qui Apis. Herodotus in Thalia capite 27. ὁ Ἆπις τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον, καλέουσιν. *Apis quem Graeci vocant Epaphum.* Et 28. ὁ δὲ Ἆπις οὗτος ὁ Ἔπαφος. Immenso spatio errat Eusebius, qui tam diversis temporibus, et 245. annis a se dissitis virum eundem eandemmet urbem condidisse asserit. Author una cum eo reus.

Pag. 153. Κέκροψ ὁ διφυής.] Qua ratione non Cecropem, sed Αἰγέα Πανδίονος Atheniensium regem primum, ipsumque Cecropem, ὅτι Αἰγύπτιος ὢν, etc. Aepyptium faciat Scaliger pag. 26. et Athenis natum, me latet.

Ὁ Φιλόχορος.] Atheniensis hic, rerum Atticarum et aliorum operum scriptor vetustus, coaevum habuit Eratosthenem, de quo nuper: de alio Suidas, et Vossius Historicis in Graecis.

Ἄρχοντες διὰ βίου ιβ′.] Aeschylus sub quo institutae Olympiades Rectorum Atheniensium nonus supra vigesimum extat: a Cecrope sexdecim reges numerantur, cum Cecrope 17. Archontes perpetui reliqui sunt 13. ad Olympiadem primam soli duodecim: ita Eusebius ad annum Abrahae 460.

Ἔτη δὲ ψλ′.] Olympias prima, authore Georgio, mundi 4726. instituitur, ad quem ab ultimo Cecropis et mundi 3994. fluunt medii 731. anni a primo 781.

Ἀθήνας τὰς καὶ Διάδας.] Adversatur Scaliger, et Not. pag. 28. proditurus Eusebium. *Imo*, inquit, *Dias Abantis Alconis et Arethusae frater has Athenas condidit, non Cecrops: unde volunt Diadas cognominatas, ut ab Athenis Atticis distinguerentur: alias Cecropides cognominatae fuissent.* Haec ille: quo tamen teste dubium dissolvat, non profert. Patronum Eusebii agit Strabo lib. 10. Geog. et unde Euboeenses Athenae Diades, et a quibus conditae paucis edisserit. ἔστι δὲ καὶ τῷ Ὠρεῷ τούτῳ τό, τε Κήναιον πλησίον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον, καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες. κτίσμα Ἀθηναίων, ὑπερκείμενον τοῦ ἐπὶ Καῦνον πορθμοῦ. *Oreo Cenaeum promontorium est vicinum, et ad illud situm Dium, atque Athenae Diades, ab Atheniensibus conditum oppidum supra fretum Cauno propinquum.*

Ἀφ' οὗ Ἕλληνες.] Ut ἀπὸ τοῦ Ἕλληνος Graeci Hellenes, ita ἀπὸ τοῦ Γραικοῦ Thessali filio Γραικοὶ nuncupati. Author supra pag. 126. C.

Ἀμπελουργία ὑπὸ Διονυσίου, οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης.] Cicero de Nat. Deor. quinque Dionysios enumerat: consule quis eorum Vitisator.

Τῷ με′. ἔτει Κέκροπος.] Haec adversus Eusebium a Georgio scripta non dissimulavit Scaliger Not. pag. 31. et 253. quae cum post Teutaeum Assyriorum regem 28. et Crotopum Argivorum 8. referat pag. textus Euseb. 26. pristinis postera, et antiqua recen-

tioribus admiscere probatur. Teutaeum enim ad annum Abrahae 843. Crotopum ad eiusdem 511. refert Eusebius in Chronico.

Τῶν ἐξ Ἀδὰμ ἐτῶν ἦν ,γϡπθ'.] Mendum in his verbis suspicatus Scaliger Animad. pag. 31. ingerit se emendatorem. Legendum, inquit, *,γχπθ'*. Unde? Si bene mentem eius assequor, calculos ita composuit. A primo mundi exortu ad Abraham numeravit Eusebius 3184. annos, et ab Abrahae natali ad Cecropis quintum supra quadragesimum, quo solutam Aegypti servitutem scribit Eusebius, alios 505. quibus inter se iunctis summa 3689. V. 41
colligitur. Haec ille, absque arbitro numeros quos lubet proferens, et quam cupit ipse referens summam. Verum quamvis ab orbis exordio ad Cecropis annum 45. Eusebius annos 3689. lapsos statuat, nil minus tamen quam istos denotat Author, sed proprii Canonis annos *,γϡπθ'*. 3989. De quo siquidem alio mundi anno foret illi instituendus sermo, quam de eo, quem in Aod 22. incurrentem confestim subiungit? *τῶν ἐξ Ἀδὰμ ἐτῶν ἦν ,γϡπθ'. κβ'. τοῦ Ἀώδ.* At ex Eusebii Chronicis, Aod annus 22. Abrahae 638. mundi 3822. etiam computatur. Ubi nunc annus ille Scaligerianus 3689. ex Eusebio in Aod 22. incidens? Ad propositum itaque numerum. Aod, inquit Author paulo infra *ἐδόθη παρὰ Θεοῦ, τοῦ κόσμου ,γϡξη'*. Aod, inquam, praefecturae primus annus mundi 3968. consignatus est: consequens igitur 22. mundi 3989. adiungitur, qui Cecropis quintus supra quadragesimum.

Διβδᾶν.] Eusebius Latinus pro exemplarium varietate diversis adeo modis hoc Herculis pronunciat cognomentum, ut fastidium recensio pariat. Extant inter Pontaci notas in haec verba. *Hercules cognomento Desinaus* etc. in quae scribit ille. *Longius petitum crediderim, si ab altero illo Βοδολυαν derivaris: quod tamen viro doctissimo video utcunque probari.* Merito. *Διβδᾶν* enim et *Βοδολυαν* doctissimus ille vir voces quam sibi propinquas persentiebat. Scaliger *Διωδᾶν* legit ex similitudine *β* et *ω* in exemplari MS.

Pag. 154. *Ἀσσυρίων λ'. ἐβασίλευσεν Χάλαος.*] Collato Georgii codice cum Latino Eusebio cum parem utrobique regum Assyriorum numerum non comperisset Scaliger; ne quem componit Graecus Latino adversaretur, Graecum ex Latino deinceps componit, et Arabelo Chalao Anebo et Babio expunctis, post Teutaeum confestim Thinaeum et sequentes, praeter Ephecherem, adiungit. Quo constat nec Georgium ex Eusebio cuncta sua Chronica decerpsisse, nec Eusebium ubique ex Georgio recte posse interpolari; cum in Assyriis et in aliis plerisque Eusebius unum, Georgius alterum authorem, codicem, numerum sequatur.

Pag. 155. *Καὶ δεύτερος Ταυτάνης.*] In hoc concors Georgius Eusebio, quod uterque sub Assyrio Tautane Troiam excisam

refert: hunc secundum quia non agnoscit Eusebius, sub priore cladem illatam ponit. Author supra pag. 151. B.

'Ασσυρίων λγ'. ἐβασίλευσεν.] Ex Eusebio Latino restitui Thinaeum: apud eum quippe Thinaeus hic Dercillum antecedit.

P. 45 *'Αρμαῖος.*] Scaliger pag. 26. et 27. Armais: quam lectionem Iosephi lib. 1. adversus Apionem ex Manethone observat Pontacus: ego editis Eusebii alienam.

'Αργείων ια'. ἐβασίλευσεν Λυγκεύς.] Lyncei regnum anno mundi 4122. inchoandum demonstrant anni Danai 58. a vulgari mundi 4064. ducentes initium, et in 4122. desinentes.

'Αργείων ιβ'. ἐβασίλευσεν Ἄβας.] Locus ex Eusebio Latino interpolatus. quos tribui 37. anni ex Lyncei aetate colliguntur. Post ultimum enim eius annum in communem mundi 4157. incidentem ad primum Praeti 4194. repertum, triginta septem interiiciendos numero. Hunc porro Abantem Praeto posteriorem facit Clemens Alexandrinus libro primo Strom.

Καὶ Πεσεύς.] Deest in Eusebio Latino et Scaligeriano: Abantis enim successorem absque collega Praetum, huius Acrisium inducit, mox Atreum etc. Pausanias in Corinthiacis Praetum et Acrisium (non Perseum) regnum divisisse scribit: et illum quidem Heraeum Midiam et Tirynthem obtinuisse, Acrisium Argis consedisse.

Μετὰ 'Ακρίσιον, ὥς φασιν.] Alienam tantum sententiam Authorem referre, non sequi demonstrant propria Mycenaeorum regum latercula, quibus post Acrisium, Perseo Sthenelo et Eurystheo expunctis, supponit Pelopem pag. 160. C. Qui porro hic Pentheus, supra Penthilus scribitur pag. 125. A.

Pag. 156. *Ἕως τούτου ͵δσμγ'.*] Ab orbe nimirum condito 3692. supra pagin. 125. B. Haec Georgii propria Scaliger praetermittit.

Οἷς καὶ Εὐσέβιος ἕπεται.] Qua de causa verbis istis omissis, alia confidentius Eusebio Scaliger ascribit.

'Αμφίων Θηβῶν ἐβασίλευσεν, ὡς ἄλλοι.] Eusebius Troianis rebus Amphionem et Zethum 233. annis antiquiores asserit, et ad Lyncei tempora regnum eorum revocat. Eius sententiam tacito nomine sugillari existimo, vix enim probat Author, quod ex aliorum sensu refert: *ὡς ἄλλοι: ὥς τινες: ὥς φασιν.* Clemens Alexandrinus 1. Strom. ad duas aetates, sive generationes, id est annos 66. ante res Troicas tempus eorum circumscribit.

Παλαίφατος.] Quis e quatuor nominis istius sit, quem hic Georgius laudat, Palaephatus, iudicet, qui librum Vossii de Historicis Graecis adibit. Mihi non alius quam qui *μυθολογικὰ* scripsit, *ἀνὴρ* licet *Στωικὸς*, vel *ἐκ περιπάτου*, et Atheniensis ille, de quo Tzetzes apud eundem Vossium.

Pag. 157. *Κατὰ τοῦτον τὸν Κραναὸν ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός.*] Ad Mosis et Cecropis tempora Deucalionaeum dilu-

vium refert Eusebius: Author ad Aod et Cranai aetatem circa mundi vulgarem 4000. annum. Is erat Aod Iudiciariae praefecturae 33. ad alios 37. submovet Africanus ea de causa ab Authore commendatus pag. 154. B. ὁ Ἀφρικανὸς τοῦ ἀληθοῦς ἐγγὺς ἐστοχάσατο, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς παραπλησίως, μὴ ἔχοντες ἄλλο τι περισσότερον δεῖξαι. Caeterum quod superius pag. 158. D. Aod 22. videatur diluvium consignare ex Eusebii non proprio sensu protulit, quo Deucalionis diluvio ad Cecropis annum 45. affixo, ad Aod quoque potestatis exercitae annum 22. sequitur illigandum.

Ἀπὸ δὲ Ἕλληνος.] Ista pluries ab Authore repetita Scaliger merito pertransit. Vide pag. 152.

Ἄλλοι δὲ μετὰ ταῦτα.] Quinam notae superiores exponunt.

Ἀμφίων καὶ Ζῆθος.] Importuna ταὐτολογία.

Μῆλος καὶ Θᾶσος.] Eusebius Latinus. *Mellus et Paphus et Thasus et Callista urbes conditae.* In haec Pontacus. *Melus per simplex L habetur apud Strabonem et alios Geographos, dum de insula loquuntur.* Etiam hodie urbs et insula maris Aegaei nomen retinet, et alia pariter Thasi appellationem.

Pag. 158. Μαριανδυνή.] Ita scripsi Pontaci motus authoritate, cuius codex Latinus habet *Mariandina.* Nostra, inquit, lectio est retinenda: nam Mariandyni populi sunt Bithyniae apud Strabonem, Melam, Ptolemaeum, et alios.

Ἀϊδωνέως.] Probata lectio: non Ἀνδωνέως. Quis enim Ἀϊδωνέα Plutonem ignoret?

Ἐλευσῖνος πόλεως.] Haec quoque correcta: quam alibi depravat Author, scribens. Ἐλευσίνης, ut et Latinus Eusebius *Eleusinae.* Strabo lib. 9. εἶτ' Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας. *Sequitur urbs Eleusin* (Attica) *in qua fanum est Eleusiniae Cereris.*

Κελεός.] Recte scribitur: Suidas. Κελεὸς ὄνομα κύριον. Nonnus Dionys. 19.

> Καὶ Κελεὸς ξείνισσε βίον παμμήτορα Δηώ,
> Τριπτολέμῳ σὺν παιδί.

Et Celeus excepit communem matrem Cererem cum filio Triptolemo. Expungendum dissyllabum Κελεὺς, quorundam, ut Latini Eusebii Caeleus vel Coeleus. An pater Triptolemi fuerit Celeus; Nonnus asseruit: Eusebius cum Authore coaevum facit: filium non negavit.

Pag. 159. Τοῦτον τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ τοὺς ο'.] In ista Not. p. 46. relata scribit Scaliger. *Insignis haec est hallucinatio, vel potius deliratio, quod Ierobaal nempe dixerit Georgius fratrem Gedeonis.* Serarius quoque Scaligerianae sententiae facilis approbator, in Iud. cap. 6. quaest. 1. pronunciat. Moneo in Georgio Syncello errantissime asseri. 1. Ierobaal esse fratrem Gedeonis, cum sit ipsemet Gedeon. 2. Id scriptum extare in hoc libro. 3. Etiam hoc; sub Gedeonis extrema habitasse cum eo hunc

ipsius fratrem. 4. Scribere Africanum septuaginta illos de quibus cap. 9. v. 2. infra, esse filios Ierobaalis, Ionathan vero, de quo ibidem filium Gedeonis: Nam ubi hoc Africanus? Qui tamen
V. 42 etiamsi hoc diceret, a Scriptura certe aberraret. Haec Serarius
a Scaligero errantissime ductus. Tria siquidem ex illis assertis qualicumque modo Georgio ascripta Georgius haud certus, sed dubitans, et alios sequutus protulit. *δοκεῖ πως ἄκορον εἶναι:* inquit. Dubium ipsa Scriptura sollicitat Iud. cap. 8. de Ierobaale v. 30. et seq. quasi de quopiam a Gedeone, de quo v. 32. eodem tamen patre nato, penitus distincto loquuta. Quis erret, aut deliret in iusta dubii causa subsistens incertus? Africanus tandem vix scripsit, quod imponit Serarius, vel quod Africanum dixisse Georgius a Serario reputatur. *Ἀφρικανὸς δὲ τοὺς Ἰεροβαὰλ αὐτοὺς λέγει πάντας.* At cum idem Gedeon qui Ierobaal, nonne iidem filii Gedeonis, qui Ierobaalis?

Pag. 160. *Ἐφεχερὴς ἔτη νβ'.*] Ephecheres regnum adiit anno 4566. vita functus reliquit anno 4618. quo successit Acraganes: tenuit itaque 52. Latinus Eusebius scribit 50. ad annum Abrahae 1086. et Ophratanem vocat.

Ἔτη δ'.] Scaliger aut Typographus *ιε'.* prave.

Κῆρτος ἔτη κ'.] Ille *ιβ'.* Regium *ις'.* Utriusque errorem tollit correctior numerus 20.

Μυκηνῶν καὶ Ἀργείων.] *Τῆς Ἀργείων ἀρχῆς εἰς Μυκήνας μετατεθείσης:* scripsit superius Author ad pag. 125. A.

Pag. 161. *Τὰ λεγόμενα μυστήρια.*] De quibus Clemens Alexandrinus, et ex eo Eusebius de Praepar. Evang. lib. 2. cap. 3. et lib. 3. cap. 12.

Εὐμολπίδαι.] Sacrorum Eleusiniorum mystae et aeditui.

Τιτυὸς συνεχρόνισε Ταντάλῳ.] Ex Clemente Alexandrino ad verbum expressa lib. 1. Strom.

Δίδυμος καὶ Φανοκλῆς.] Uterque a Clemente Alexandrino et Eusebio in Chronico celebratus: ille Grammaticus, hic Poeta.
P. 46 Plures priori nomine Grammaticos eosdem Aegyptios habet Sui-
das, et Didymi *συντακτικοῦ* elogium Vossius de Historicis Graecis.

Pag. 162. *Ὥς φησι Δήχαρνος.*] Repone ex Eusebio Latino ad annum Abrahae 713. *Δείναρχος.*

Pag. 163. *Ἐξ ἄντρου ἐν ἰδίᾳ ἐννεατηρίδι.*] Minos Cretensium rex nono quoque anno in praealtum et vetusta religione consecratum specus secedere, scriptas leges tanquam a Iove traditas praerogabat. Valerius Maximus ex Strabone.

Ὅπερ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ἐλέγχει.] In Dialogo cui Minos nomen. *τὸ γὰρ Διὸς ὄντα παῖδα, μόνον ὑπὸ Διὸς πεπαιδεῦσθαι οὐκ ἔχει ὑπερβολὴν ἐπαίνου. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἔπος, τό.*

Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

συνουσιαστὴν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Μίνω. οἱ γὰρ ὄαροι λόγοι εἰσί. καὶ ὀαριστὴς, συνουσιαστής ἐστιν ἐν τοῖς λόγοις· ἐφοίτα οὖν δι'

ἐννάτου ἔτους εἰς τὸ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξάμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐννεατηρίδι παρὰ τοῦ Διὸς ἔμαθεν. Etenim cum Iovis sit filius, quod ab illo duntaxat sit eruditus, non habet magnum nomen: hoc nempe carmen illud significat. Minos regnavit novem annos magno cum Iove colloqui solitus. Minoem vero cum Iove annos novem in sermonibus congressum: ὄαροι namque sermones sunt: ὀαριστὴς autem est in sermonibus congrediens. Minos itaque annis novem Iovis antrum erudiendus accessit. Unde et didicit et docuit inde caeteros, quae ab Iove novem annis acceperat.

Πλάτων σοφίστριαν λέγει.] In Euthydemo. *οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι σοφιστρίᾳ οὔσῃ, καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀνιείσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς. Pugnare non valuit (Hercules) adversus Hydram Sophisticam; cui propter sapientiam uno capite sermonis amputato, multa repullulabant.*

Οἱ Ἐπίγονοι.] Eusebius Latinus ad annum Abrahae 817. *Interfectorum* ad Thebas Ducum *posteri, qui vocabantur Epigoni, adversum Thebas bellum movent.*

Pag. 164. *Ἰαῒρ τὸν Γαλααδίτην.*] Hucusque Scaliger ex Georgio pag. 29. res sacras in Graeco Chronico nullo pacto, vel nisi levissime delibans. Iair 22. annos attribuendos infra declarabimus. Errorem authoris tollunt emendatae tabulae.

Ὁ Ἰεφθάε τὰ ἀπὸ Μωσέως.] In hac Scaliger pagina Not. 49. *Quod putat illos trecentos annos ab eo tempore, quo Allophyli Israelitas oppresserunt secernendos, praeterquam quod non multum promovet eius rationes, est anile delirium, quod liber Iudicum manifeste confutat.* Verum servitutis tempus ab imperio Iudicum secernens Georgius, a Mosis obitu ad Iephtaeae praefecturae primum annum ter centum et sexaginta tres annos numeravit: quorum prima post Seniores Mesopotamena servitus annos octo; secunda post Othonielem, octodecim; tertia post Aod, viginti; quarta post Deboram, septem; quinta post Iair, octodecim absorbet annos: reliqui ad tercentum accedunt, occupatis ipsius Iephthe aliquot annis, ad illud usque, quo loquebatur, tempus. Non igitur deliria, sed accuratioris Chronologiae rationem amplectitur Syncellus, quam Scripturae testimonio confirmatam profert. Eandem promovet Nicolaus Serarius in lib. 3. Reg. cap. 7.

Pag. 165. *Εὐσέβιος τοῦ Παμφίλου.*] Ex deiecto Georgii viribus Eusebio, Scaliger Eusebium erigit pag. 29. qua Abdonia Iudicum solius ab eo hucusque recensiti, memorat annos. Eadem Animad. pag. 49.

Ἔτη ις΄.] Ita reponendum verus computus exigit; Sardanapalo etenim a mundi conditu 3661. regnum auspicato, successit Arbaces post annos 15. et interregni alterum anno 4676. ait

Author Georgius pag. 197. Ex Eusebio itaque numerum κ'. erranter exscripsit.

Σαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς καὶ πέμπτος.] Edita Diodori solos Assyriorum triginta reges agnoscunt.

Ταῦτα ὁ Διόδωρος.] Haud legit, at scripsit Scaliger. *ταῦτα ὁ Διόδωρος περὶ τῆς τοῦ Σαρδαναπάλου καταστροφῆς ἐσχάτου τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων ἀπὸ Νίνου γεγονότος, ὃν πρῶτον εἶναι*, etc. Haec Diodori, et alia Cephalionis, ab Eusebio, an a Georgio primum relata cum Scaligero pag. Animad. 154. non contendam: quod reperiam apud Georgium tutiorem reddit possessoris conditionem.

Pag. 166. *Προλαβὼν ἀνωτέρω ἔφη.*] Diodorum sequutus Eusebius primum regem in Assyriorum solio Ninum locavit, Georgius Belum.

Ὧν οὔτε πράξεις ἐπίσημοι.] Edita Diodori. *οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. πρῶτον δὲ τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων.*

Ἐπὶ γενεὰς με'.] Ad propriam mentem scriberet Georgius μα'. ad Diodori nuper citati exemplar λε'. debuerat exprimere: quinque tamen minus habent eiusdem edita.

Ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν ͵α καὶ τ'.] Addunt eadem edita. *ἔτι δ' ἑξήκοντα, καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ β'. βίβλῳ. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν βασιλέων καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, οὐ κατεπείγει γράφειν.*

Καθάπερ φησὶ Κτησίας.] Hallucinatur Scaliger pag. 30. in Diodori loco ex Bibliothecae primo deprompto: cum enim scripserit Diodorus *καθάπερ φησὶ Κτησίας ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ*: reddidit Scaliger *ἐν τῇ τετάρτῃ βίβλῳ*. Ex littera numerali δ'. vice τοῦ, *δευτέρᾳ* a Scaligero male percepta errorem obrepsisse scribit Petavius lib. 12. de Doct. Temp. cap. 21. β'. tamen secundam numeralem in Regio, ex quo collegit excerpta Scaliger, distincte percipio.

Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος.] Legunt edita rursus. *Τευτάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ τοῦ Νίνου.* Observa quinque vel sex pauciores numerare.

Ταῦτα ὁ Διόδωρος ἡμῖν.] Scaliger Not. pag. 254.

Μηδ' οὕτω θαῤῥήσας.] Retulit quidem, ut superiora demonstrant, sed incerto et ex aliorum sententia.

Πλείω τῶν ͵ατ'. ἐτῶν.] Edita alios 60. superaddere, solos 30. numerare reges, et Teutanem vigesimo loco reponere diximus.

Εἰ γὰρ τὰ Βήλου νε'. ἔτη ἀφέλωμεν ἐκ τῶν ϡμβ'.] Ninum primum Assyriorum regem agnoscit Diodorus: ex eius adeo computis, ubi Assyriorum annos numerat, Beli 55. sunt excipiendi. Iis porro subtractis a primo regum illorum Nino anno mundi

3271. regnum assecuto, ad excidium Troianum et Teutamum vigesimum et septimum regem, sub quo Diodorus (ut et Eusebius) cladem illam constituit, nusquam annos mille numeraverit, cum Teutamus ille mundi 4124. rex declaratus Assyriorum imperii a Nino instaurati solos 853. annos, et a Belo positi 909. attingat: et hic computus, ut ϡμβ'. 942. in marginalem ϡθ'. V. 43
909. mutarem, me impulit: etsi 909. annis addendos fatear, qui a Teutami principio ad destructam usque Troiam decurrerunt. Ii porro sunt 24. (Teutami namque sive Tautanis 26. a Nino Assyriorum regis, vel a Belo 27. anno 25. Troiam eversam memorat Eusebius) et praecedentibus 909. adiuncti reddunt 933. summam. Quadrat hic Petavii doctrina lib. 9. cap. 14. In Graecorum monumentis legitur, Teutamum, sive Teutanem, qui a Nino 26. numeratur, Priamo adversus Graecos auxilia misisse. Quod ex Diodoro sumpsit Eusebius. Sed temporum ratio non satis constat. Nam primus Teutami annus in Eusebiano Chronico incidit in annum ab Abrahami ortu 811. quibus si 42. Nini, qui Patriarchae natalem antecedunt, et Beli 55. addideris, confient ab initio Beli ad vigesimum quintum Teutami, quo Troia capta memoratur, anni 832. Caeterum ad Babii, sive secundi P. 47
Tautanis tempora excidium Troiae submovet Author, de quo in sequentibus.

Pag. 167. Ἐπὶ Δημοφοῶντος.] Adversatur sibimet Author infra pag. 172. D. cladem Troianam in Menesthei ultimum annum revocans. Si tamen τὸ ἐπὶ, per κατὰ, hoc est, *versus*, exponat, nullus in eius dictis conflictus: versus enim Demophoontis tempora ante regni eius annum primum eversa est Troia.

Κεφαλαίων ἐπίσημος.] Cephalionem, Cephalaeonem, et Cephalonem, at non eundem scribi nemini dubium esse debet, *Κεφαλίωνα* scribit Photius et *Κεφαλαίωνα* sectione 70. et 161. ut hic Author: *Κεφάλωνα* Suidas, Strabo lib. 13. et Dionysius Halicarnassaeus Antiq. Rom. lib. 1. quocirca Strabone et Dionysio hunc antiquiorem non debuit Suidas ad Adriani tempora submovere. Pauca haec ex Allatio, Allatius ipse plura de Cephalione et eius scriptis, quam *ἐπίσημος, καὶ εἰς οὐχ ὁ τυχών*, opusculo de patria Homeri c. 1. quo quae de Cephalione in suis Notis p. 254. hallucinatur Scaliger in lucem produntur.

Καὶ τῶν λοιπῶν εἰς ͵α'. ἐτῶν.] Lege *καὶ τῶν λοιπῶν εἰς ͵α'. ἔτη.*

Pag. 168. *Ὁ μέντοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν.*] Haec Scaliger Not. 254. et pag. 2. his priora: et quaedam ex sequentibus prioris loci columna secunda et pagina 57.

Τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας.] Quis ille Castoris vestigia sequutus? Eusebius: respondet Author. At si Castorem sequutus Eusebius in solis triginta sex Assyriorum regibus colligendis, qua ratione, qua fronte, malam Eusebii in Africanum

fidem, errorem perinde exprobraturus, incusat Scaliger? Caput accusationis est, quod regum Assyriorum numerum et annos descripturus Eusebius Africani laterculo fuerit usus: Africanum porro reges 41. numerantem deserit Eusebius, et ex Africani albo, quos vult, regibus expunctis, solos 36. recenset, et perinde sequutus Africanum, Africani deserit authoritatem. Quo teste, quo nixus authore, ex Africani monumentis Assyriorum regum diagramma digessisse Eusebium Scaliger asseruit? Ubi Africani laterculum? Contulit cum Eusebii diagrammate, ut hoc ex alio deductum attestetur? Ita coniecit, ita placuit. At quam incertus testis, et praeceps iudex sententiam tulerit paucis edocet noster Georgius, qui non Africani, sed Castoris authoritate solos 36. Assyriorum reges recensuisse his verbis affirmat. ὁ Εὐσέβιος τῷ Κάστορι μᾶλλον ἀκολουθήσας, οὐ καὶ τὴν μαρτυρίαν προήγαγεν. Regii saltem marginem animadvertisset Scaliger; ὅτι τῷ Κάστορι ἀκολουθεῖ Εὐσέβιος. Haec pariter si observasset Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 12. diversa penitus tela in Scaligerum adversarium contorsisset. Castor porro memoratus, ait Suidas, φιλορώμαιος cognomine, de Babylone, et iis, qui maris obtinuerunt imperium, Chronicos errores, et alia edidit commentaria, de quibus Suidas, et Eusebius ad annum Abrahae 881.

Pag. 169. Ἐν οὐδεμιᾷ τῶν τριχῶς παραθέσει.] In haec Scaliger Animadv. pag. 254. *Acriter cum Eusebio* Georgius *expostulat, quod propositis tribus editionibus, Graeca 70. Interpretum, Hebraica Iudaeorum, Hebraica Samaritarum, nullam tamen earum sequitur. Praeterea quod reges Assyriorum mutilaverit, ut rationes suas aequaret.* Haec ille Georgium referens, nec Eusebium a Georgio damnatum ab hallucinatione vendicans. Idem Animadv. pag. 35. Eusebiani computi ab aliis Chronologicis in *annos ab eo omissos propter* Καϊνᾶν δεύτερον, *et alias rationes, quas producit Georgius* reiicit *differentiam. Praeterivit enim Cainan alterum, qui legitur inter posteros Noe in editione 70. Seniorum. Itaque est* ἀλογιστία *familiaris Eusebio, qui non meminerit se omisisse illum Cainan, et tamen dicit secundum 70. Interpretes numerum ita habere.*

Οὐκοῦν πρόδηλον ὅτι.] Scaliger Animadv. pag. 14. *Videbat* (Eusebius) *hunc fere omnium scriptorum consensum esse, Teutanen, sive Teutamon 27. Assyriorum regem suppetias ivisse Priamo; et tamen ab eius initio ad excidium Troiae intervallum esse 246. ex dinumeratione Africani. Quomodo igitur tanto Anachronismo occurreret aliam viam non reperit, quam si 4. reges, qui post Teutanen regnarunt, expungeret, et ita tempora Troiana regno Teutanis accommodaret. Hinc accidit primum, ut annum Nini 43. quo Abraham natum sibi persuasit 243. annis posteriorem faciat; deinde ut pro 41. regibus Assyriorum*

37. *tantum publicaret: et tamen cum illos reges ab Africano acciperet, ita ut et ipsa verba Africani sine ulla immutatione usurpaverit, hos 4. reges, tanquam apud Africanum non extarent, dissimulavit. Itaque Georgius qui nullam occasionem exagitandi Eusebii omittit, nullam non quaerit post alia.* οὐκοῦν πρόδηλον, inquit, ὅτι διὰ τὸν ἑαυτοῦ etc. Propter hallucinationem (*imo propter culpam*, ait ipsemet Scaliger, *in se consulto admissam*) mutilavit Assyriorum tempora, et Ilii casum in alienum tempus contulit. *Utrumque verum est. Quatuor reges praeterivit, et tempus Ilii capti in tempora Teutanis contulit: cum id acciderit anno* 9. *Thinaei* 23. *Assyriorum regis.* Haec Scaliger.

Pag. 170. *Οὐεννέφης ἔτη μβ'.*] Annorum ,γθ'. aetas huic Vennephi in Excerptis Euseb. attributa Scaligerum et eius Librarium oscitantiae arguit.

Ἔτη ιθ'.] Nonnisi concessis Agamemnonis regno annis 19. annum ab orbe condito vulgarem 4330. (quam mundi epocham figit Author in sequentibus, et in ea passim repetenda constans perseverat) Troiana clades nequit attingere: qui enim ab ipso 4312. regnum exorditur, eo per octodecim retento, succedente 4329. deponere debuit.

Τῷ θ'. ἔτει Ἀγαμέμνονος.] In communem ab orbis conditu annum 4330. Troianum excidium incurrens expeditionem ab Agamemnone anno eius 9. (ut post annos decem statuatur contigisse) susceptam, et numeros emendandos suggerit.

Τῆς Τροίας καὶ Ἰλίου ἐβασίλευσεν.] Hucusque Scaliger, omissa sequente de belli Troiani origine narratione. Quae porro de litterarum inventione pagin. 31. initio subdit ille, nec Georgius scripsit, nec velut e Georgio potuit Scaliger exscribere, sed ex Cedreno editionis Reg. pag. 125. ut prolixius inter notas de antiquis litterarum formis texeret parergon commentarium.

Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀβραὰμ γενέσεως καὶ μγ'. ἔτους Νίνου.] Natali Abrahae ad Nini quadragesimum tertium alligato, eundem quoque in vulgarem mundi annum 3313. incidere necesse est: quare ad mundi 4330. quo Troiani excidii calamitatem Author recenset, non mille et octodecim, sed septendecim duntaxat operae pretium est scribere: nisi forsan Abrahae natalitia ex depravato et breviore eiusdem calculo in annum 3312. retuleris. Uno et eodem loco gemino computo (de quo iam frequentius) Author Georgius utitur.

Κόσμου δὲ κατὰ τὸ ,γψλη'.] Inachi sextus supra quadragesimum annus mundi 3737. iungitur: ab eo ad 4330. quingentos nonaginta tres numeres necesse est: si tamen emendatos observes calculos.

Διαμαρτάνει ἔτη τια'.] Colligeret Author hoc pacto. Ab orbis conditu ad Abraham medii sunt ex Eusebio 3184. anni: ab

Abraham ad captam Troiam ex eius calculo interponendi sunt
835. a quibus ad 4330. alii trecentum et undecim desiderantur.
V. 44 In Assyriorum regum annis aliquot deficere superius demonstra-
vit Author: Petavius de Doct. Temp. lib. 9. cap. 14. obeunte
P. 48 ad sexaginta desiderari concedit, qui certe Authori propriae con-
stituendae rationi nondum sufficiunt. Confirmandae porro emen-
dationi τια'. haec mihi se offert via. Ab eversa Troia ad Christianam aeram numerat Eusebius 1180. annos: cum enim Christum post orbis conditum anno 5199. natum, et a mundi ortu ad Abraham 3184. et ab eo ad Troianum incendium alii 835. anni intercedant, exinde ad Christum 1180. interesse liquet: Author vero ad Christi natalem diem post Troiae devastationem solos 1170. adiicit, (Aeneam enim decem tardius annis quam posuerit Eusebius ipse regnasse censuit) 5500. collecturus. Quid tum? Ab incensa Troia ad Christi natalem diem numerat Eusebius 1180. Georgius 1170. annos, solisque decem annis discrepant: ille vero nato Christo mundi 5199. annos requirit hic 5500. trecentorumque annorum et unius insuper spatio distant, quibus additis decem iam notatis, trecentorum et undecim summa nullo negotio colligitur. Unde tantum discrimen ortum non dissimulat Author propriis locis.

Pag. 171. *Τοῦ δὲ κόσμου ͵δτλθ'.*] Numerus a Librario manifeste corruptus. Sequutis siquidem Mycenarum regibus Penthilo et Comete in laterculum ab Authore non relatis nulla lux, qua praesens repararetur mendum, affulget. Quare perseverat usquequaque dubium, an Aegisthum octavum ac decimum regem velit Author quinque duntaxat annos tyrannide potitum, vel ad novem usque imperium protendisse? Dato priore numero, mendum hic extare confestim fatendum: quod Aegisthus nimirum mundi 4330. Agamemnone sublato regnum assequutus, debuerit Oresti mortis authori anno 4335. relinquere: alio quoque numero admisso, ad 4339. regnasse Aegisthum dicendum est, et erranter a Librario solos quinque annos eius imperio imputatos. Qua igitur interpoles penitus incertum. Pontacus in Notis paucos Aegisthi annos suspicatur, eiusque monitu praeter annos quinque Aegisthi regno adiudicandos non arbitror. Orestis annos Author 23. definit, a mundi 4335. ad 4358. Penthilo Cometique Oresti successisse assertis anni non minus septem tribuendi a mundi 4358. ad 4365. de quibus pag. 125. A. Pelopidas exceperunt Heraclidae, et ut ait Georgius annis 58. regnum tenuerunt pag. ead. 125. B. a mundi 4365. ad 4423. quo Lacedaemoniorum et Corinthiorum regna de quibus pag. 178. D. et 179. B. sub Eurystheo et Alete primis regibus sumpserunt exordium. Alios calculos sequitur Scaliger Canon. Isago 9. libro 9. secundo pagina 159.

Τούτου κατὰ τὸ τρίτον.] Emendat Scaliger, et Excerpt. pag. 31. merito reponit *κατὰ τὸ λγ'.*

Τοῦ δὲ κόσμου ,δτμ'.] Eusebius anno Troiae devastationem sequuto primum Aeneae regni statuit annum, quod nulla potest ratione affirmari, cum in Italiam quaerendam longi fuerint eius viae errores, bella diuturniora tolerata, quae nullo interiecto spatio una nocte non potuerunt confici. His explendis Author decem annos partitur, qui 1170. aliis ab eversa Troia ad Christianam aeram anno 5500. compositi, 1180. summam reddunt, alteri quam ab eiusdem urbis incendio anno Abraham 835. ad Christum natum eiusdem Abrahae 2015. Eusebius asseruit aequalem. Annos porro Aeneae non 23. sed solos tres hic substituendos declarat Ascanii filii epocha ad annum mundi 4343. devincta inferius p. 177. C. Scribit Scaliger *κγ'*. nec Eusebium ipsum tres duntaxat scripsisse animadvertit.

Pag. 172. *Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος.*] Non possumus certi aliquid de Carthaginis conditu pronunciare, scribit sagax Chronologicus author Petavius libro 9. de Doct. Temp. cap. 62. post allatas de eo varias antiquorum scriptorum sententias, de quo ne veteres quidem ipsi potuerunt. Eusebium itaque ad annum Abrahae 798. scribentem, *Philistus scribit a Zaro et Carchedone Tyriis, hoc tempore, Carthaginem conditam*, Author sequutus, ad quemvis ante 4340. annum ascribendam eandem periocham, retulit, et potiori iure apposuit *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*. Philistum hic memoratum a Plutarcho in Dio. Ioseph. lib. 1. contra Apio. Pausan. lib. 1. Suida, Dionysio Halicarnassaeo lib. 1. Cicerone lib. 1. de Orat. et lib. 2. epist. 12. ad Quintum fratrem crebrum, acutum, brevem, pene pusillum Thucydidem celebratum refert Pontacus in Notis. Syracusanum Aemilius Probus testatur; eius ex Thucydide sententias habet Clemens Alexandrinus. Post haec scripta plura suggessit Vossius de Philisto, quem adire lib. 1. de Hist. Graecis non pigebit lectorem.

Κατὰ δὲ ἄλλους υλ'.] Eusebium et sequaces intellige. Scribit enim ad annum Abrahae 810. *Hercules agonem Olympiacum constituit, a quo ad primam usque Olympiadem supputantur anni* 430. Ex his gravem Scaligeri errorem textus Euseb. pag. 31. exaratum collige: ad haec enim Graece conscripta, puncti periodici falsa sede assignata, diversum ab Authoris mente sensum, et hallucinationem ingerit. *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*, scribit, *Ἡρακλῆς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα*, etc. Olympicum enim certamen ipsis excidii Troiani temporibus institutum Eusebius non asserit, sed annis 25. prius. Ad praecedentem itaque pericopen addenda verba *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*. Carthago enim Troiae eversae aetate condita; et Eusebius ipse Latinus ad annum Abrahae 798. Philistus scribit: A Zaro et Carchedone Tyriis, hoc tempore, (observa *κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*) Carthaginem conditam.

Ἴλιον ἥλω τῷ φθινοπώρῳ.] Varias de destructae Troiae tempestate sententias habet Clemens Alexandrinus 1. Strom. Verna

consentiunt omnes excisam, de mense licet dissideant, haec Panemo sive Munichioni, illa Thargelioni, alia Scirophorioni cladem imputante. Miror Autumnali Georgium reposuisse, et ante tropicum hybernum statuisse excidium ab antiquioribus, Dionysio maxime Halicarnassensi, ante aestivum accidisse aestimatum. Sugillavit Scaliger, sed mitius. *Quomodo*, inquit, *septem et decem diebus ante brumam, si autumno?* Scilicet hybernum tropicum ab autumno praeveniri Scaliger ignorat.

Ἀθηναίων ια'. ἐβασίλευσεν Μενεσθεύς.] Rursus ille. *Puto haec Eusebium ex Africano sumpsisse: Nam de annis Menesthei aliter sentit in Canone.* Ergo haec vere Georgio scripta, Georgii propria, Georgio detrahere temere conatur Scaliger, et temere adiudicat Eusebio, quae sibi adversa repellit Eusebius.

Pag. 173. *Καὶ σύγχρονον ὁμοῦ.*] Placet omnino Scaligeri emendatio pag. textus 31. *σύγχρονον Ὁμήρῳ.*

Pag. 174. *Τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ πρῶτον.*] Eusebio (e cuius scriptis numerus iste υλ'. excerptus) ab Hercule ad primam sub Iphito Olympiadem annos 430. numeranti consentit Georgius. Annos tamen quinque Librario reor excidisse, ut a mundi 4290. quo Israeli Sampson Iudex datus est, ad 4726. et Olympiadem primam medium temporis spatium ex aequo congruere videatur.

Τὰ μὲν Ἰησοῦ Ναυῆ.] Occurrunt haec apud Eusebium Scaligeri pag. 31. quaedam quoque hic relata fingitur Eusebius eloqui pag. 32.

Pag. 175. *Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον.*] E proprio penu Authorem haec deprompsisse testatur Scaliger Not. pagina 255.

Ἐτῶν χνθ'.] Ad Authoris mentem. Ponit quippe profectum
ex Aegypto communi mundi anno 3816. Salomonem imperium
sumpsisse 4470. templo aedificando circa mundi 4475. invigi-
P. 49 lasse: inter 3816. et 4475. medii sunt 659. de quo numero rur-
sus alibi: nec enim Salomonis anno quarto templum inchoatum
proprio loco docebit Author; et scriberet licet, ab exitu tamen
ex Aegypto ad 4. Salomonis in mundi 4473. incidentem anni
657. duntaxat interponuntur. Quare verius poneretur χνζ'. quam
χνθ'. Verum in annorum duorum defectum ex omissis Iair annis
duobus (quod in pag. 164. observamus) et 22. vice, solis 20.
numeratis, Georgius incidit.

Κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ'.] Scaliger quasi Eusebii stylo, *ἀπὸ τῆς
ἐξόδου* scribit, *ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἔτη υοθ'.* Quis fide-
lior Eusebii scriptorum iudex aut testis, Syncellus an Scaliger?
V. 45 Hic inter Exodum et templi conditum Eusebium 479. annos in-
terposuisse, ille 600. numerasse praedicat: quis eius mentem
fidelius observat et assequitur? Syncellus Eusebii scripta fre-
quentius tractans, an Scaliger, qui nisi imponat, Eusebium ex
Syncelli fide et testimonio non potest reparare? Dicet obvius qui-

vis Eusebium in ipso Eusebio Scaligerum legisse, et Mosis, anno primo in eius Latinis Chronicis reperiri: *Ab hoc loco usque ad Salomonem et adificationem templi numerantur anni* 480. Idem anno Salomonis quarto vel quinto inculcari addam. Quid igitur uno minus, 479. nimirum, quasi ex Eusebii verbis refert? Anachronismon, inquies, reperit in Eusebio Not. pag. 31. his verbis: *unum suffuratur intervallo ab Exodo, ad conditum templi.* Observet, per cunctos licet, Eusebii defectus et recenseat; cumulate applaudent litterati: textum ipsum temere emendare, mutare, depravare, prohibent omnes, aeque ac sacra violare. Ad 600. numerum Eusebio asserendum redeo. Cum illi non una hac voce Georgius attestetur, verum repetito, sed et tertio ita scriptum Georgius sit affirmaturus, quod nimirum tot asserendos iudicaret, ob aliam tamen rationem tantum spatium vellet Eusebius contrahere: cum Scaliger ipse, vel sui, vel proprii Eusebii non memor Not. pag. 255. scriptum reliquerit: *Dinumeratio annorum ab Exodo ad conditum templi secundum Eusebium* (est) 600. *annorum*: eundem liquet in textu numerum observare, vel inter Notas emendare, non Protheum ex stylo formare debuisse: de quo nota sequens iterum consulenda.

Κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ'.] Omni venia superior deprehenditur hic Scaliger hallucinatus. *Dinumeratio*, inquit, *annorum ab Exodo, ad conditum templi, secundum Eusebium* 600. *annorum, superatur ab Africani rationibus annis* 140. *In quibus non video, quomodo centum et septuaginta ad* 600. *adiecta non potius* 770. *faciant, quam* 140. *Obiicit enim Eusebius Africano illum* 70. *addidisse de historia*, 40. *τῆς ἀναρχίας*, 30. *τῆς εἰρήνης*, *et praeterea* 100. *οἴκοθεν, de suo: quae simul fiunt* 170. *et non* 140. Monstrum sibi fingit, et de illo solus in tenebris triumphat Scaliger. Eusebii ait, numerum superat ab Africano scriptus 140. Optime: pone calculos. Non video, instat; quomodo centum et septuaginta adiecta ad 600. non faciant 770. Quis aliud viderit? Urget. Africanus septuaginta addidit de historia, et praeterea centum de suo. Nullus errorem hunc feret. Quid minus scripsit unquam Africanus? Vocatus in testem Georgius iuratus eloquitur: *ὁ Ἀφρικανὸς ἔτη λ'. τοῖς πρεσβυτέροις ἀπένειμεν:* numera triginta. *πρὸς τούτοις ἄλλα ο'.* pone septuaginta: quorum quidem annorum septuaginta, quadraginta sunt *τῆς ἀναρχίας*, triginta *τῆς εἰρήνης:* collige nunc cum Authore summam: *τὰ ὅλα ἑκατόν*, ait ille. Non ergo loquebatur de Africani summa, Eusebianam centum et quadraginta superante: sed eo loci tantum incusabat Africanum Eusebius, quod Seniorum Interregni et Pacis annos ad centum ascendentes intrusisset: de aliorum quadraginta supra proprium numerum excessu nondum arguebat Eusebius. Caeterum, qua ratione a relicta Aegypto ad prima templi fundamenta posita, 740. annos ex Africani cal-

culis, 600. autem ex Eusebii computo colligat Author, summatim aperiendum. Ac Eusebii quidem quem primo memorat *Georgius*, et obiecto, quod vocant ad hominem, impetit, rationes hoc ordine disponuntur, ut ex iis post discessum ex *Aegypto* ad instauratum usque templum 600. annos collegisse Georgius concludat. Mosis, a maris transitu ad obitum 40. anni, quos *ponit* Eusebius in Chronico: tum Iosue praefecturae anni 27. ex eodem Chronico recensentur: His adde, etiam Eusebio renitente, modo Scripturam et Pauli verba non exsibilet, Iudicum annos 450. Saulis deinde Davidisque regum ex praefato Chronico annos 80. tum denique Salomonis tres, quarto quippe anno templi iecit fundamenta: his in unam summam coacervatis, sexcenti accurate et integre colliguntur. Aequam igitur in Eusebium sententiam Georgius tulit, ac eam ex aequo et bono ferat Scaliger, decet; severam quantumvis pag. Not. 57. conqueratur his verbis. *Georgius Εὐσεβιομάστιξ, qui nihil prius in deliciis habuit, quam Eusebium exagitare, plura hoc loco in Eusebium scribit.* Is sane est noster Georgius, ne hoc de illo tacitus praeteream, ut alium impetiturus adversarium, et, ut aiunt, ad hominem structis argumentis et cominus oppugnaturus, ex solis eius dictis non componat machinam; sed tum ex propria, tum ex adversarii sylva colligat: Uno verbo contrariam sententiam ex ipsius, *quod* promittit, verbis debellaturus, proprium insimul admiscet sensum; et tum ex proprio, tum ex adversarii sensu, falsitatis eum convincere molitur. An hoc pacto leges ei belli, et aequi Martis iura serventur, alius iudicaverit: Vires et industriam bellatoris aperire, quae mea fides est, satis fuit: qua via coactus licet, a populi exitu ad conditum templum 600. annos numeret Eusebius, facile deprehendetur. Quod ad Africani computum nil in eo portenti est, quam quod Author finxit, etiam propriis ad eius exemplar digestis calculis. Illi vero ab Israelis sub Mose profectione ad primum templi positum lapidem 659. exhibent hoc ordine. Mosis 40. Iosue 27. Seniorum 30. Iudicum 450. Heli 20. Samuel 20. Saul 40. David 40. Salomonis 4. summa est 671. Huic adde 70. quos Africano superfluos exprobrat Eusebius, quadraginta quidem ἀναρχίας, et εἰρήνης triginta, summam 741. quam vere ὑπὲρ τὰ ψμ΄. ἔτη collegisse Africanum, hoc est annos 741. Georgius scripserit, etiam numerorum inexperto constabit. Suo tamen more, id est in adversarium paulo iniquius Georgium agere, et ex propriis alienisque sententiis conglobatum aliquod argumentum obiicere adverto. Septuaginta siquidem anni, ἀναρχίας quadraginta, et εἰρήνης triginta, quos οἴκοθεν de suo addidisse Africanum causatur Eusebius aliis 450. Iudicibus attributis continentur: qui licet ab Eusebii computo sint alieni, adeoque redundantes iudicet Eusebius, Africani tamen computo sunt intimi, et ut pars eius totam subeunt molem: adeoque semel nu-

merati, ceu propriis Iudicum contenti, non debuerant priori numero annecti.

Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν.] Validae huius obiectionis impetui propriam etiam opinionem evertenti Georgius, praeter Scripturam et fidei munimen vim illatam haud plene retundens, nihil opponit. Favet argumentum iis, qui a deserta Aegypto ad templum conditum solos 440. vel ad summum 480. cum Eusebio putant annos: eodemque laeduntur Africani vel Georgii sequaces, P. 50
qui prolixiori tempore, et solis quinque Salmon, Boos, Obed, Iesse, David Genearcharum capitibus per 740. vel 659. annos numerandis *ἀπείθανον*, ut scribit Author statuant *παιδοποιίαν*. Verba porro haec et quae sequuntur cuncta, donec sermonem se resumere his aliis, *ἐγὼ δὲ τῷ θείῳ* etc. significet Georgius, ex Eusebio deprompta demonstrat eius opinio iisdem clarissime tractata: quare apponendum duxi *φησὶν Εὐσέβιος*.

Ἐν νο'. ἔτεσιν.] A primo Abraham, ad annum post eius natalem 470. novem istae numerantur generationes: Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naasson. Sub egressum ex Aegypto anno eiusdem Abrahae 505. Naasson tribus Iudae principem 35. annum attigisse supponit Eusebius.

Ἐν χ'. ἔτεσιν.] Propter *παιδοποιίαν* alias *ἀπείθανον* et incredibilem, non fatetur Eusebius inter Exodum et templi opus inceptum 600. annos ponendos: Recolenda superius scripta nota proxime secunda.

Pag. 176. *Τὰ υπ'. ἔτη.*] Emendationem hanc exigit Eusebius ad annum Abrahae 505. quo populus Aegypto relicta recepit libertatem. *Ab hoc loco ad Salomonem et templi aedificationem numerantur anni* 480. Qua porro ratione servitutis interregni pacisque viginti supra centum annos duntaxat numeret Eusebius, mihi non constat, nisi quod a 480. ad 600. numeranti viginti supra centum addendi occurrant.

Ἐγὼ δὲ τῷ θείῳ Παύλῳ καὶ τῇ τῶν κριτῶν βίβλῳ ἕπομαι.] Ut inter egressum ex Aegypto et templi conditum annorum 659. V. 46
spatium astruat, hoc ordine.

Mosis praefectura continuata est annis 40.
Iosue rexit populum annis 27.
Seniores defuncto Iosue gubernaverunt annis 18.
Secuta est prima servitus sub Chusan annis 8.
Primus Iudex Othoniel annis 40.
Secunda servitus Moabitica annis 18.
Secundus Iudex Aod annis 80.
Tertia servitus Chananaea annis 20.
Debora cum Barac annis 40.
Quarta servitus Madianitica annis 7.
Gedeon annis 40.
Abimelech annis 3.

Thola annis 23.
Iair annis 22.
Quinta servitus Ammonitica annis 18.
Iephthe annis 6.
Abesan annis 7.
Aelom annis 10.
Abdon annis 8.
Sexta servitus Philisthaea annis 40.
Sampson annis 20.
Interregni et Pacis anni 40.
Heli annis 20.
Samuel annis 20.
Saul annis 40.
David annis 40.
Salomon annis 4.
Colliguntur anni 659.

Ex tabulis Chronologicis ad Authoris textum compositis a profectione filiorum Israel in vulgarem mundi annum 3816. incidente ad prima templi fundamenta posita mundi 4473. regni Salomonaei 4. annos 657. duntaxat numerari observo. Duorum defectus annorum apud Authorem in Iair, cui solos 20. Scriptura vero duos insuper accenset, suo loco occurrit pag. 164. Defectum in emendatis tabulis restituendum operae pretium duximus, nec praetereundum, ipso Salomonis anno secundo vel primo templum inchoatum ad annos mundi 4470. Authorem videri scribere, quod suo loco notamus; nec obstat, quin hic emendatior loquutus, Salomonis annum quartum, et ab egressu ex Aegypto spatium 659. annorum agnoscat. *ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὰ τῶν κριτῶν υν΄. ἔτη* etc. *καὶ Σολομῶνος δ΄. συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χνθ΄*. supra pag. 176. B. Ad Authoris prope mentem, ne nullos opinionis asseclas sibi conciliasse videatur, Iudicum imperia, populi Servitutes, et Interregna solerter examinat, et ad invicem componit Nicolaus Serarius in lib. 3. Reg. cap. 7. hoc modo.

Iudices duodecim.

1.	Othoniel Iudicum 3. v. 9. gubernavit annos	40.
2.	Aod ibidem v. 30.	80.
3.	Barac cap. 5. v. 31.	40.
4.	Gedeon cap. 8. v. 28.	40.
5.	Abimelech cap. 9. v. 22.	3.
6.	Thola cap. 10. v. 2.	23.
7.	Iair cap. 10. v. 3.	22.
8.	Iephthe cap. 12. v. 7.	6.
9.	Abesan cap. 12. v. 9.	7.
10.	Elon cap. 12. v. 11.	10.

11. Abdon cap. 12. v. 14.		8.
12. Sampson cap. 16. v. 31.		20.
Servitutes sex.		
1. Ante Othonielem Iudicum 3. v. 9. duravit annos		8.
2. Inter Othonielem et Aod Iud. 3. v. 14.		18.
3. Inter Aod et Barac Iud. 4. v. 3.		20.
4. Inter Barac et Gedeonem Iud. 6. v. 1.		7.
5. Inter Iair et Iephthe Iud. 10. v. 8.		18.
6. Inter Abdonem et Samsonem Iud. 15. v. 1.		40.

Summa Iudicum et Servitutum coniunctarum annorum est 410.

His Author adnectit ἀναρχίας et εἰρήνης annos 40. qui prioribus appositi conficiunt summam Iudicum tempore ab Apostolo Act. 13. v. 18. assignatam annos nimirum 450. iisdemque priores et posteriores alias nullo negotio possumus adnumerare.

Τὰ κατὰ Ἀφρικανόν.] Ad Heli primum annum numerat Author emendatus 4352. annos, Africanus 4292. Ob omissos Cainan iunioris annos, minor est Africani numerus. Ad 4292. itaque debitos Cainan 130. annos adiice, fiet summa 4422. alteram Georgii 70. excedens annis. Ut aequalis fiat, detrahe 20. annos, quos supra 2242. diluvii videlicet tempus, numerabat Africanus ex pag. 83. C. et aliis: deme rursus duodecim annos Seniorum praefecturae supra 18. a Georgio concessos, alios rursus triginta, Pacis Africano dictos, supra 40. Interregni tolle, ac demum Samegar attributos, ut suspicor, octo annos: ad concordiam uterque facile revocabitur. Samegar porro proprio sibi tempore et a reliquis separato Rempub. administrasse, teste Authore, posuit hic Africanus. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὸν Σεμεγὰρ λέγει κρατῆσαι τὸν Ἰσραήλ, τῆς γραφῆς οὐκ εἰπούσης τὸν χρόνον. Quanquam dubius sim unum annum duntaxat ab Africano Samegar attributum: de anni etenim unius excessu loquutus hic Author subdit ὅπερ (ἔτος) Ἀφρικανὸς τὸν Σαμεγὰρ λέγει κρατῆσαι τὸν Ἰσραήλ. Textu corrupto, res mihi manet incerta. Videndus Author pag. 154. C.

Κατὰ τόδε τὸ χρονογράφιον ͵δτνβʹ.] Ita emendatae nostrae tabulae, aliae 4350. demonstrant ex Authore, hac eadem pag. litera B. qui ἀναρχίας spatium 4310. inchoat pag. 174. B. adeoque finem 4349. et Heli principium 4350. statuit. Duorum annorum deliquium ex Iair imperio solis 20. annis circumscripto oritur: de quo nota penultima.

Pag. 177. Σιλούιος Αἰνείου.] Eusebius ad annum Abrahae 870. *Ascanius Iulium filium procreavit: a quo familia Iuliorum orta. Et propter aetatem parvuli, quia necdum civibus* P. 51 *regendis idoneus erat, Sylvium Posthumum fratrem suum regni reliquit haeredem.* Et infra. *Sylvius Posthumus quia post mortem patris editus, ruri fuerat educatus, et Sylvii Posthumi nomen accepit: a quo omnes Albanorum reges Sylvii vocati sunt.*

Ὁ τῶν Λυκίων ἀγών.] An Lycium vel Lycaeum certamen hoc vocandum disputat Scaliger Animadv. pag. 72. et 73. Vide Pontacum in notis ad hunc eundem Eusebii textum.

Pag. 178. Κατὰ δὲ ἄλλους ἥττονας.] Secundam sententiam amplectitur Author. A Pelopidarum quippe primordiis, quibus Mycenarum institutum est regnum anno 4244. ad successores Lacedaemonas anno 4423. tyrannidem assequutos, unus et viginti desunt anni a ducentis.

Θυμίτης.] Scaliger ubique reponit Θυμοίτης, ut Eusebius Thymoetes. Haec eadem ex Castore Eusebius ad annum Abrahae 881.

Ἐπὶ τούτου ἡ τῶν Ἐρεχθειδῶν βασιλεία.] De Erechtheo, qui Erichthonius, pariter nuncupatur, a quo Erechthidae, scripsit Author pag. 157. D.

Ἐπὶ τούτου ἡ τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδος.] Ab Heraclidarum irruptione ad Codri tempus defixa ad traductas Ionum colonias sub Acato Archonte secundo, de quo hac eadem pag. littera D. vix consentiunt anni 60. ex quorundam calculis requisiti pag. 125. B. vel certe spatio annorum 267. ibidem post Ionum migrationem ad Olympiadem primam et annum 4726. assignato aliquid demendum occurret: vel tandem periochen istam non ad Codri, sed ad Melanthi regnum alligandam censebis, et Heraclidarum descensum anno 4399. susceptum, anno vero 4459. emissas Ionum colonias asseres.

Ἐπὶ Ἀκάτου Ἰώνων ἀποικία.] Eius anno 8. mundi 4459. a quo ad Olympiadem primam ab anno 4726. numerandam, anni 267. ex quorundam mente putantur pag. 125. B. qua leges in versione Latina. *Descensui Heraclidarum successerunt Ionum coloniae annis postmodum* 60.

Λακεδαιμονίων α΄. ἐβασίλευσεν Εὐρυσθεύς.] Post excidium Troiae anno 82. Lacedaemoniorum regnum ab Heraclidis institutum Georgius referens Eusebii ductum sequitur.

Pag. 179. Εὐρυσθεὺς καὶ Προκλῆς.] Dignus hic lectu Petavius lib. 9. cap. 31.

V. 47 Ὑστερεῖ ἔτεσι υμζ΄.] Ita reponit Scaliger pagina 33. Ita legit Petavius libro nono de Doct. Temp. capite trigesimo primo. Regum tamen Corinthiorum et Prytaneorum Magistratuum laterculum pagina succedente occurrens, annos omnium non nisi 417. enumerat. Advertit discrimen Petavius, et ultimum Cypselli tyrannidis annum 447. summa comprehendendum suspicatur: nec immerito; si maxime ex Herodoti calculis ab eo relatis Cypsello tyrannidis annos 30. accenseat. Atenim solos 28. Cypsello potestatem exercitam emetitur Author pag. 213. B. nec non prior Eusebius ad Abrahae annum 1358. sed neque Cypselli exitum, sed regni primordia discernenda monet Author his verbis: μέχρι τῆς Κυψέλλου τυραννίδος, ἥτις τῆς καθόδου τῶν Ἡρακλειδῶν

ὑστερεῖ, Quoto spatio ex subductis Regum et Prytaneorum annis? υιζ'. utique et non υμζ'. Conclusio haec verbis paginae praesentis postremis manifesta relinquitur. Caeterum: *Hoc Diodori fragmentum*, scribit Scaliger Animadv. pagina 255. *debemus Eusebio.* Longe quidem certius Georgio Syncello asseruisset.

Εὔδαμος.] Emendat stylum Librarius p. 180. A. et p. 185. D. et scribit *Εὔδημος*.

Ἀριστομέδης ἔτη λ'.] Ex utriusque pag. locis laudatis reposuit *Ἀριστομήδης ἔτη λε'.*

Pag. 180. *Εἰσὶν οὖν οἵδε βασιλεῖς.*] Textus laterculum mendosum, eo, quod ad marginem apponitur, restitui, eiusdem titulus manifestat.

Βάκχης λε'.] Librarii error, quem Scaliger sequitur textus pagina 33. qua Bacchem Corinthiorum regum quintum statim primum in laterculi fronte collocat.

Βάκχης ἔτη λβ'.] Superius laterculum, ut hic Librarius, scribit λε'. a mundi nihilominus 4569. quo regnum iniit ad 4601. quo mortuus est, non plures 32. numerantur.

Φασὶ γεγονέναι περὶ κρατήσαντα.] Vitiosa lectio hoc pacto emendanda φασὶ γεγονέναι οἱ περὶ τὸν Κράτην ζήσαντα. Scribit enim Eusebius Latinus. *Quidam eum, ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt.* Assentit Scaliger, et sua coniectura emendationem iuvat, φασὶ γεγονέναι, ὥσπερ ὁ Κράτης. pag. textus Euseb. 34.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλόχορον.] Dictionis in MS. defectus Scaligerum, ut textum depravaret, impulit. Habet illud: οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον τὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας * καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου ἀρχόντων Ἀθήνῃσιν: restituit Scaliger: οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου ἀρχόντων: at non integre. Fuerat enim haec Aristarchi et sequacium opinio deductae ab Ionibus coloniae tempore Homerum floruisse: iam cum oppositam Philochorus sententiam amplectatur, qua ratione Philochorus in Aristarchi mentem Scaligero ductore transeat? οἱ περὶ Ἀρίσταρχον, scribit Author, κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ὅμηρον γεγονέναι φασίν: infra vero, οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον: nulli dubium quin dictio, δὲ, adversans novam opinionem inducat in sequentibus, quam eandem inculcat interpolans Scaliger, ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. Ecquid ita vixit Homerus ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, ut simul, καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου ἀρχόντων extiterit? Latinus ipse Eusebius, *post emigrationem Ionicam*, ait: Scaliger ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας emigrationis tempore. At res personaeque tempore disiunctissimae non facile coeunt. Facilius itaque reparatur Authoris sensus. οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον τὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἱστορίαν συστησάμενον καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου ἀρχόντων: Atthidos siquidem 17. libris de Ionica migratione, deque Atheniensium gestis et regibus texuit historiam,

de qua Suidas. De Homeri tempore plura Petavius lib. 9. de Doct. Temp. cap. 30. exeunte: Allatius plurima toto opere de Patria Homeri.

Μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσι ρπ'.] At non Archippus, sed filius Thersippus tunc temporis regnabat ex p. 185. A.

Pag. 181. *Καρχηδὼν ἐπεκτίσθη.*] Ergo prius ἐκτίσθη: si demum ἐπεκτίσθη. Quodnam enim aedificium absolvitur, cuius non fuerint prius initia posita? Per partes certe, ac novorum ad antiqua aedificiorum accessione crevit sensim Carthago, unde varii eius conditores crediti: mutatum etiam nomen, novas aedes, nova moenia, novos incolas prioribus successisse, loquitur. His adversa ex ipsorum Tyriorum et Iosephi scriptis paulo inferius memorantur.

Κατὰ δέ τινας ἤκμασε.] Dictio Ὅμηρος excidit.

Τῷ ιβ'. ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ.] At non inchoatum, sed perfectum templum anno 12. ineunte scriptum aestimare debemus ex lib. 3. Reg. cap. 6. v. ult. alias emendandus, vel potius ad pravam Authoris mentem textus magis ac magis inficiendus. Eum sequutus, ne plane deseram lego. *τὸν πρῶτον ναὸν ᾠκοδόμησεν τῷ β'. ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ:* de qua lectione nota sequens. His porro Scaligero merito praetermissis, sequentia. *ἐπ' αὐτοῦ ἐπροφήτευον* resumuntur pag. 34.

Ἀπὸ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ.] Ignoto Scripturae Interpretibus exemplari Georgius noster usus, non quarto cum illis, sed anno regni secundo templi fundamenta a Salomone posita solus legit. *Σολομὼν*, inquit, *ἤρξατο κτίζειν ἀπὸ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ:* quia vero duodecimum duntaxat prae-
P. 52 tergressus regni suscepit administrationem, secundo regni eiusdem iactis templi fundamentis, eodemque septennibus operis perfecto, vitae vicesimo colophonem imposuit, *εἰκοστῷ δὲ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐτελείωσεν*, ac ita sacrum illud opus regni octavo absolvit, id est, a mundi exordiis 4478. cum ipse regnum iniisset 4470. Haec illa est celebribus verbis a Georgio posita epocha. *εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως η'. ἔτους αὐτοῦ ἔτη ͵δυοη'.* Idem marginalis scriptura complectitur. *δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἤρξατο, καὶ ἐτελείωσεν τῆς ζωῆς αὐτοῦ εἰκοστῷ, ὀγδόῳ τῆς βασιλείας.*

Κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵δρο'.] Errantem Eusebii calculum admittit Scaliger pag. textus Euseb. 34. Post Abraham enim anno mundi 3184. natum aliis 984. exactis Salomonis quartus apud Eusebium Latinum occurrit: is ergo a mundi conditu 4168. duntaxat numerandus.

Pag. 182. *Ἑβραίων ἀρχιερεὺς η'.*] Scaliger Animadv. pag. 255. Eusebio damnato: *Recte*, inquit, Georgius Sadoc *undecimum facit ab Aaron. Sed vitiose*, subdit, *seriem interrupit post Ozzi.* Recte quidem, si seriem rectam intelligat. Subiungit. *At crassus est error immiscere his Samuelem, qui erat de plebe*

Sacerdotum etc. Crassius itaque eius opinionis duces Sancti Patres erraverunt, quos apud Expositores, Mendosam maxime in cap. 2. lib. 1. Reg. legere licet.

Πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς.] Addunt edita, *περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων, καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων.*

Ἐν τῇ Χαβόλῳ λεγομένῃ.] Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 2. *μεθερμηνευόμενον τὸ Χαβαλὼν κατὰ Φοινίκων γλῶτταν, οὐκ ἀρέσκον σημαίνει: Terra Chabalon Phoenicum lingua*, id quod displicet, *significat.* 3. Reg. 9. *Egressus est Hiram de Tyro, ut videret oppida, quae dederat ei Salomon, et non placuerunt ei.* Idem in Apionem lib. 1. legit *Ζαβουλῶν*, quod in terra Zabulon sitae essent huiusmodi civitates.

Δίωνα.] Proprium nomen reticent edita Iosephi: scriptum tamen allusio adiuncta postulat: quis enim verius *Δίων*, quam qui *Δῖος ἀνήρ*.

Pag. 183. *Δίων.*] Edita, meo quidem sensu, prave *Δῖος*.

Καὶ βαρβάροις γενομένας.] Addunt illa: *ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. γράφων δὴ περὶ τῶν βεβασιλευκότων ἐν Τύρῳ· ἔπειτα γενόμενος κατὰ τὸν Εἵρωμον ταῦτά φησι.*

Ὃς βιώσας ἔτη νγ'.] Praesens locus edita Iosephi emendat, ubi scribunt pag. mihi 1043. *βιώσας ἔτη τριάκοντα τέσσαρα.*

Ἔχωσεν τὸν εὐρύχωρον.]. Interpres Iosephi: *Aggere coniunxit Eurychorum:* perverse. Hoc enim est quod supra scripserat Iosephus: *Ἐν ἴσῳ χώσας τὸν μεταξὺ τόπον.* ubi legit ille: *ἐν νήσῳ χώσας.*

Εἶτα ἐπὶ τούτου.] Nonnulla praetervolat Georgius ab editis petenda: in quibus sequentium regum nomina paululum immutata occurrunt.

Pag. 184. *Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ͵δψμδ'.*] Hanc emendationem accuratior exigit computus. Sabacon Aethiops Aegyptiorum rex 75. anno mundi 4732. regnum auspicatus, tenuit 12. annis ad annum itaque ͵δψμδ'. hoc est 4744.

Τιβέριος ἔτη να'.] Unitatem Librario excidisse regiarum ae-
tatum calculi declarant. Huius annos *η'*. octo Scaliger textus V. 48
pag. 34. *ν'*. et *η'*. similitudine delusus reddidit.

Pag. 185. *Τοῦ δὲ κόσμου ͵δυπζ'.*] Acatus Atheniensium 19. princeps, ad imperium anno mundi 4452. accersitus, in eo per 35. annos perseveravit, ad annum 4487. Successor Archippus, de quo sermo, regno vitaque decessit anno 4506. post regni 19. annos. Regnum itaque occoepit anno 4487. Successori Thersippo Scaliger pagina textus 35. solos 19. annos tribuit: sed falso.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δφος'.] Quod decessor Thersippi Phorbas a mundi 4546. per annos 30. regnaverit, successor Megacles 4576. potestatem adire debuit.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δχξη'.] Emendationi dedit argumentum au-

thoritas Eusebii Archelao Lacedaemoniorum regi septimo annos sexaginta adiudicantis, cui cum Author consentiat, errori causam praebere non potuit. Communes autem mundi anni, cum in Telecti principio Archelai finem duobus superent, coniicio mendose scriptos ͵δχο΄. quorum vice, scribendos ͵δχξη΄.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δψη΄.] Continuanda hic quae nota superiore probata est emendatio.

Ἀπολλόδωρος Λυκούργου νόμιμα.] Locus integri sensus defectu evidenter corruptus. Cum autem Eusebius Alcamenis anno 18. qui Abrahae 1221. scribat: *Lycurgi leges in Lacedaemone iuxta sententiam Apollodori hac aetate susceptae:* audens his verbis: *Ἀπολλόδωρος Λυκούργου νόμιμα ἐν τῷ η΄. Ἀλκαμένους:* subiungo, *ἔτει, τοὺς Λακεδαιμονίους καταδεχθῆναι γράφει:* quasi octavo Alcamenis anno Lycurgi leges susceptae sint: vel, ut Graece Latineque reposui, Apollodorus lib. 8. haec gesta scripserit.

Εὔδημος ἔτη κϛ΄.] Eudemus vulgari mundi anno 4631. regnum auspicatus, vita vero functus 4657. debuit annos 26. regnasse.

Ἀριστομήδης ἔτη λϛ΄.] Eusebius pariter 35. impertitur: isque est emendatus numerus a mundi 4657. ad 4692. ex pag. 180. A.

Pag. 186. *Τελεστὴς ἔτη ιβ΄.*] Reponit Scaliger *Ἰξίων ἔτη ιβ.*] Fallitur. Telestem enim Corinthiorum regum laterculum aliud pag. 180. B. consulendum, et Eusebius pariter Alexandro subiungunt.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δψλγ΄.] Ab orbis conditu anno 4608. aliis 25. annis ex Eusebio et superiore Authoris diagrammate p. 180. B. regnum administravit Alexander Telestis praecessor: non potuit igitur hic regnum adire nisi anno 4733.

Κορινθίων ιβ΄. ἐβασίλευσεν.] Hunc quia laterculum supra memoratum, et Eusebius ultimum recensent, Librario mundi annos ͵δψμϛ΄. quibus coepit regnare in MS. non extantes temere scribenti excidisse puto.

Διήρκεσαν ἔτη τν΄.] Eusebius pariter ad annos Abrahami 1260. scribit: *Fuit autem sub regibus Lacedaemon annis 350.* De Corinthiis anno 1240. *Post hos reges in Corintho non fuerunt: sed annui Pritani constituti.* Author parem numerum summatim acceptum proponit: eum tamen ex singulis regum aetatibus una collectis, haud breviorem ostendit, qui regibus Ephoros et Prytanos addit.

Ὡς μέν τινες ἐπὶ Αἰσχύλου.] Huius sententiae princeps Eusebius, aliam sequitur Author.

Ῥοβοὰμ υἱὸς Σολομῶντος.] Nuda fere nomina et annos regum Iuda et Israel refert Eusebius Scaligeri.

Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶντος ε΄.] Quintum Roboam annum in communem mundi 4514. et Psuennis regis Aegypti tertium inci-

dere Chronologicae Authoris tabulae demonstrant. Errorem Authoris tegere vel inficiari non possumus. Aegyptiorum regum annis inscius et oscitans quatuor detraxit annos: ut iam semel collegimus in Aseth aetate, de quo pag. 41. superius tractatum est. Aseth itaque in alios quatuor annos aetate producta, nec non singulorum regum singulis in quatuor annos Chronologicos gradus submotis, quintum Roboam annum ut in mundi 4514. concurrere, ita Susacim tertium supra tricesimum collateralem assequi comperiemus. Vel eiusmodi mutatione omissa, Susacim (qui Sesac Regum 14. v. 25.) regnum ad mundi 4514. si produxeris per annos tres, qui eius septimus supra tricesimum numerabitur, quintum Roboam concurrentem obtinebit, apud tabulas P. 53 emendatas.

Pag. 187. *Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δχδ'.*] Ioram octo duntaxat imperat annis a mundi 4596. ad 4604. quo successori Ochoziae regnum reliquit: ,δχιδ'. igitur adiisse mendose Librarius scripsit.

Γοθολία ἔτη ζ'. τοῦ δὲ κόσμου ἔτη ,δχε'.] Gotholiam tyrannidis in Iudae regnum usurpatae anno septimo caesam legimus 4. Reg. c. 11. v. 4. et ultimo, et 2. Paralip. cap. 23. v. 1. pares annos Author assignat, regnum licet auspicatam a mundi 4616. qui est 4605. constituat. Eusebius Latinus ad annum 1116. solos Gotholiae septem annos pariter scribit. Quare Scaligerum octo putantem, ubi nulla erroris occasio, mirari satis nequeo. A mundi quidem 4605. quo Gotholia tyrannidem invasit ad Ioas legitimum imperium anno 4613. statuendum annos octo intercedere animadverto. Verum Georgii oscitantiam Scaligerum suo calculo probasse, et mendum in annis mundi repertum ad annos Gotholiae, invita Scriptura, extendisse, quis non condemnet? Caeterum Authoris error non adeo condemnationem quam veniam meretur: aliud quippe gravius mendum hucusque prorogatum feliciter sanat. Meminisse siquidem decet primis Genearchis Sem posteris citius anno quam aetas eorum exigeret, natales eorum dies in annis mundi deprompsisse: utque, quod non infrequenter inculcatum est pagg. superior. obiter repetamus, Arphaxad natalem diem anno diluvium excipiente, cum nonnunquam constituat, saepius in ipsum diluvii annum retrahit sursum, quo fit ut posterorum nativitates proprium tempus uno praeveniant anno: Tam insignem igitur anachronismum longo generationum tractu, ceu vellet ipse Author reparare, desideratum adiecit annum, ut generationum aetates cum annis mundi nullam deinceps discordiam exerceant. Authorem graviter lapsum felix casus excepit. Corruptae et emendatae Chronologicae tabulae rem totam uno intuitu percipiendam offerunt.

Τοῦ Ἰούδα η'. ἐβασίλευσεν Ἰωᾶς.] Appositum in margine monitum defectum et lacunam MS. subindicat. repletur illa nomine

et annis regis Ioas ex Scriptura et Scaligeri Eusebio prolatis: Ioas vero cum anno mundi 4652. obeunte defunctus annis 40. regnum tenuerit ex pag. 198. non nisi 4613. potuit illud adire.

Pag. 189. *Καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σεμβήρ.*] Lego 3. Reg. cap. 16. v. 24. *καὶ ἐπεκάλεσαν τὸ ὄνομα τοῦ ὄρους, οὗ ᾠκοδόμησεν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου τοῦ ὄρους Σεμηρών.*

Ἀχαὰβ υἱὸς Ἀμβρὶ ἔτη κβʹ.] Ita Latinus Eusebius: Graecus ex Scaligero *κηʹ*. typographi forsan vitio.

Pag. 190. *Ὀχοζίας υἱὸς Ἀχαὰβ ἔτη βʹ.*] Una cum patre regnasse demonstrat Petavius de Doct. Temp. lib. 9. cap. 55. annuit Author et coniecturam suo calculo firmat: Ioram enim a mundi conditu 4598. fratri Ochoziae successisse ponit, Ochoziam vero 4597. regnum adiisse: duobus igitur annis ex 3. Regum ultimo capite tenuisse non potest asserere, nisi primum eius annum patris Achab anno postremo connumeret.

Pag. 191. *Ἰοῦ ἔτη κηʹ.*] Scaliger *κβʹ*. Errorem nota penultima observatum alio errore compensat.

Pag. 192. *Κατὰ τοῦτον γέγονεν ἡ πρώτη Ὀλυμπιάς.*] Haud in Procae, sed in successoris Amulii annos Olympiadum epocham figendam, docet, ne hic longior sim, Chronologicarum tabularum inspectio: quocirca sententia haec in proprium locum, et de Amulii regno periocham remittenda, ob religionem in Calligraphum meam alieno loco retenta est.

Δαμαστὴς ὁ Σιγιεύς.] Damastem Sigaeo agro, patre Dexippo natum, Herodoti coaetaneum, rerum antiquissimarum scriptorem, Geographum celebrem memorat Suidas.

Ἀριστοτέλης ὁ Φιλοΐστωρ.] De Rebuspublicis et earum originibus praeclaros tractatus composuisse refert Gesnerus. *Excerpta ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους πολιτειῶν* profert Strabo lib. 7. cap. 20.
V. 49 Alium a Stagirite Chalcidensem historiarum scriptorem memorat Vossius de Histor. Graecis lib. 4. parte 3. Stagiritis scripta Historica partis 2. cap. 9. lib. eiusdem.

Τόπον τῆς Ὀπικῆς.] Inter Campaniae populos recenset Opicos Strabo lib. 5. cap. 26.

Pag. 193. *Καλλίας.*] Laudes eius in Agathoclem adulatorias refert Suidas, et eius memoriam damnat. Syracusanum, et a Mitylenaeo, et altero Atheniensi diversum demonstrat Vossius nuper allegatus lib. 1.

Ξεναγόρας.] De cuius scriptis Plinius lib. 5. et 7. celebratur a Dionysio Halicarnassensi lib. 1. Antiq. Rom. quo loco Urbis origines recenset. Plura Vossius lib. 3.

Ὁ δέ γε Χαλκιεὺς Διονύσιος.] Qui *κτίσεις*, et civitatum origines libris quinque complexus, inter alios eiusdem nominis praeclaros scriptores Vossio celebratur de Hist. Graecis lib. 3.

Καπηύην ἀπὸ Κάπυος.] A *Capite* dictam scribit Strabo lib. 5. cap. 7.

Ἀντίοχος δὲ Συρακούσιος.] Antiquissimus scriptor et tribus duntaxat annorum centuriis et nonnihil amplius Roma posterior, de ipsius Romae conditu et vetustate tractavit. A Diodoro, Pausania, Iosepho, quibus addo Clementem Alexandrinum, apud Vossium citatur lib. 4.

Τίμαιος.] Ex duobus nominis huius Historicis, hic secundus est, apud Suidam, Tauromenius, rerum Italicarum et Olympicarum scriptor. Eundem memorat Strabo lib. 4. cap. 6. et Theopompo quoad fabulas et maledicta comparat statim sub mutilati lib. 1. Strom. initium. Alia Vossius lib. 1.

Λεύκιος δὲ Κίγκλιος.] Qui Livio Lucius Cintius, rerum Romanarum scriptor vetustus.

Φάβιος δὲ Κοΐντος.] Quinti Fabii Pictoris, Marcii quoque Porcii Catonis Romanarum Originum libelli, qui nunc extant, mendacio noti.

Pag. 194. *Ἐκτισμένης δὲ τῆς πόλεως.*] Ex Diodori Siculi, cuius haec in editis non extant mente.

Φάβιος ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας.] Non extant haec apud Fab. Quintum Pictorem Annianum, et praeter caetera mendacem et supposititium arguunt.

Pag. 195. *Τοῦ δὲ κόσμου ,δψμβ΄.*] Amulius regnum tenuit annis 23. a condito videlicet orbe 4717. ad 4740. quem Numitor fratrem excipiens annis duobus regnavit: *Νομίτωρ, ὥς τισι δοκεῖ, ἔτη δύο μετὰ Ἀμούλιον ἰδίως* supra p. 192. A. adeoque Romulus anno 4742. Romani imperii posuit fundamenta.

Κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα.] Coepit Olympias prima ex Authoris calculo, et ut inferius declaramus, anno mundi 4726. a quo septima completa mundi 4754. attingit; Hoc 4754. perspicuis et expressis verbis Romae conditum Author assignat, septimae Olympiadis anno quarto exeunte, Romulei regni tertio decimo pariter incipiente.

Ἥτις τοῖς χρόνοις Ἄχαζ συντρέχει.] Obtinuit ille regnum ab orbe creato anno 4750. Annus porro mundi 4752. qui Achaz tertius, Olympiadem octavam nondum attingit, sed septimae annum secundum exeuntem, et succedentem tertium: quare verba ista, *ἢ, ὥς τινες, κατὰ τὴν ὀγδόην*, parenthesi includuntur, ut sequentia *ἥτις τοῖς χρόνοις Ἄχας συντρέχει*, ad praecedentia *κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα* referri possint, et pariter ad annum Achaz 3. et a mundi conditu 4752. nisi forte ,δψνδ΄. quo Olympias 8. iniit, reponendum decernas: quod mihi verisimilius apparet. P. 54 Ex eorum porro calculis, qui Numitoris annos noluere post Amulii regnum recensitos, Romuli regnum binis annis potuit incautus Author antevertisse, et Romam subinde, non ,δψνδ΄. sed ,δψνβ΄. conditum errante stylo testari.

Καὶ τῷ ,δψνδ΄.] Numerum hunc requirit textus emendatus,

qui in Romuli tertium decimum incurrat; quique septimae Olympiadis finem supponat, et octavae anni primi finem respiciat.

Τῷ ͵δτλ'.] Error librarius est ͵δτα'. Troiam enim anno 4330. destructam testatur pag. 170.

Γίνονται ἔτη υμδ'.] Error librarius, inquit Scaliger, Not. pag. 255. Legendum υλβ'. Imo ad Eusebii mentem repono υλ'. 430. Cum enim post natalem Abrahami diem anno 835. Troiam excisam, Romulum anno 1265. regnum accepisse, Romamque simul condidisse referat: inter utrumque annorum limitem solos 430. quos etiam Diodorus nonnihil superius posuit, decurrisse constat. Non negandus tamen hic error librarius, alius a Scaligeri proposito, ad Georgii nostri mentem emendandus. Quomodo non emendandus, qui aperte falsarius et adulteratus? Aliena siquidem et nova manu, novo stylo et mage nigricante atramento, temerario prorsus in ipsum MS. Regii textum ἔτη υμδ'. sunt non adeo interpolata, quam intrusa. Tam audax praecepsque facinus Scaligeri debuit aetatem antevertere, cum ipse hoc eodem MS. usus mendum observarit, et monuerit corrigendum. Nullo vero negotio reparatur. Posita quippe ad annum 4330. Troiana clade, exinde ad annum 4754. quo Romam conditam hic observamus, anno Romulei regni 13. solos 424. ex Authoris sensu reponendos numerorum peritia declarat.

Ῥωμύλλος α'. ἐκ τοῦ δήμου.] Scaligerum illustrem hanc pericopen e sui Eusebii albo expungentem pag. 36. miror, cum Latinus ipse ad Romuli annum 24. diserte referat. *Romulus primus milites sumpsit ex populo, et nobilissimos centum senes ob aetatem Senatores, ob similitudinem curae Patres appellavit: templa quoque et muros Romanae Urbis extruxit.* Observa Eusebium *Patres non Patricios* aetate Georgii dignitate circa Graecum Imp. praecipuos scripsisse.

Ἐν τῷ ιγ'. ἔτει.] Qui ab orbis conditu fuit 4754. quo simul obit septima Olympias et octava init post aestivum solstitium. Hic porro numerus ιγ'. confirmatur in margine, et numeros ͵δψνβ'. et ͵δψνε'. corrupte in textum intrusos in emendationem ͵δψνδ'. mutandum iubet.

Αἰσχύλου τῷ ιβ'. ἔτει πληρουμένῳ.] Sustine, Benevole Lector, si minus ex te coniicias, de uno vel altero te moneam. 1. Authorem frequentius in condenda Chronologia Eusebianis codicibus usum. 2. Haud ubique eius vestigia sectari. 3. Annos de quibus Eusebius tractat ab Autumno ducere exordium. 4. Aeschyli anno secundo completo, aut ferme absoluto, id est circa solstitium aestivum primam Olympiadem statuisse. Nil mireris igitur Authorem, qui scripta non recensuerit, ex Eusebii scriptis nobis haec verba reddidisse: *Αἰσχύλου τῷ δευτέρῳ ἔτει πληρουμένῳ, καὶ ἀρχομένῳ τῷ τρίτῳ αὐτοῦ ἔτει, ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη:* qui correctius ad propriam mentem scripsisset: *Αἰσχύλου τῷ ιβ'. ἔτει*

ἀρχομένῳ, a Martio videlicet anni Syncelliani primo mense, ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη, plenilunio solstitium aestivum sequente.

Κατὰ τὸ ͵δψκϛ΄.] Quam mendose ͵δψκα΄. scripserit Librarius primam Olympiadem coepisse ex sinceriori Authoris mente et correctioribus eius scriptis colligo. *ἀνεγράφησαν σταδιονῖκαι*, scribit inferius disertis verbis, pag. 197. B. *ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ͵δψκε΄. ἔτους, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ με΄. ἔτους Ὀζίου.* Coepisse vero 4726. ne putemus erronee scriptum, ex annis Oziae, qui Azarias, reddimur certiores. Eius, inquit Author, anno 45. Olympiadum periodos numerare aggredimur. Onus autem regni anno 4682. Azariam subiisse testatur ipsemet Georgius: ex quo sequitur, eius a suscepto regno quadragesimum quintum in mundi 4726. incidere: eum namque annum, quo principem quemlibet provinciam regendam suscepisse scribit, primum eius regni numerat Georgius, quasi ab eius primo die primum regere sit exorsus. Cum autem Olympicorum annorum periodi ea praecise anni tempestate ducerent initium, qua celebrabantur agones Olympici, post aestivum videlicet solstitium: hinc ut idem Olympicus duobus mundi coextenderetur semper contigit; prioris nimirum Iuliani posterioribus sex mensibus, ac posterioris priori toto semestri spatio: vel ut germane loquar, prioris Syncelliani (a Martii quippe 25. inchoat annum) posterioribus quatuor mensibus, ac posterioris octimestri et amplius spatio. Ex quo fit ut quamvis Oziae quadragesimum quintum annum mundi 4726. coaequari scripserimus, primam tamen Olympiadem, ut Author anno Iuliano 4725. quandoque consignat, et proprio sibique usi- V. 50
tato 4726. ita nonnunquam possimus etiam in 4727. reiicere, quod eius nimirum anni principium Olympiadici anni finem excipiat. Proprio certe et ad Martii Neomeniam anno devincto, et mundi 4725. numerato primam Olympiadem institutam, iuxta ipsos Authoris calculos nullo negotio demonstrare possumus. Nam cum Iaos successorumque regum Iuda regni principium, ad octo annorum spatium Gotholiae tyrannide prorogata, submoverit: eodem superiorem in annum reposito; ut auspicati Azariae regni primus annus ad mundi 4681. devinciri, sic quintus supra quadragesimum mundi 4725. sociari expetit. De huiusmodi correctione rursus se offeret sermo. Interim consule pag. 197. B.

Ἀζαρίου δὲ βασιλέως Ἰούδα ἔτει με΄.] Authoris verba ex pag. 197. B. nuper relata, quaeque in ipso Azaria disertiora ponit pag. 199. B. emendationem firmant *πρώτη Ὀλυμπιὰς*, ait, *ἤρξατο ἔτει με΄.* Subdit Ioatham Oziae filii anno primo: *ἀρχὴ τρίτης Ὀλυμπιάδος:* is autem erat vulgaris mundi annus 4734. quo Azaria, sive Ozia defuncto, Ioatham regnum est adeptus.

Πρὸ χ΄. ἐτῶν τῆς δὲ πρώτης Ὀλυμπιάδος.] Hercules idem temporibus valde dissitis extitisse refertur apud Eusebium: Abraham quidem anno 445. *Hercules primus fertur Antaeum luctae*

certamine vicisse: et infra 765. *Hercules consummat certamina. Antaeum interficit:* Hic ex propria, ibi ex aliena sententia loquutum Eusebium nullus ambiget. Georgio nonnihil simile accidit; et proprium quidem sensum proferens Herculem annis 436. primam Olympiadem praecessisse pag. 174. A. scripsit: hic aliorum sensum sequutus et pariter pag. 162. et 163. ante sexcentos annos vixisse narrat.

Pag. 196. Ὦ Πελοποννήσου.] Versus isti Librarii Poetices ignari manu vitiati cum iis quibus scatebant mendis in praelum referri nequibant; quocirca Scaligeri ope pag. textus 37. expurgati et restituti leguntur.

Ὅθεν καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς.] Ab istis propriam de Olympiadibus Georgii opinionem referentibus exscribendis prudenter abstinuit Scaliger: sequentibus a verbis, οὐκ ἄμουσον, nomen et authoritatem Africani, ceu ab eo primo prodeuntibus praefigit.

Pag. 197. Ἡμέρας ,αυξα΄.] Quater repetita 365. dierum summa 1460. componit.

Νυχθήμερα ,αυιζ΄.] Summa 1417. semel geminata, 2834. solummodo dies producit: cui ad reparandum solis et lunae occursum dies embolimaei 88. superadduntur; ex quibus consurgunt quot in octoeteride solari dies 2922. menses 99. Arcessenda
P. 55 huc Petavii lib. 1. Temp. Doctrina.

Τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ με΄. ἔτους Ὀζίου.] Tot mendis a memorato superius Aeschylo ad haec, quae illustrantur, verba conspurcatum est Georgii MS. ut non nisi summo labore et animi attentione, etiam adhibita Scaligeri pag. 37. castigatione integre potuerit emendari. Prostat in textu fideliter reddita depravatio: cuius expurgatio subiungenda. τῶν δὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις (scribat qui volet Ἠλείοις) Ὀλυμπιάδων ἀνεγράφησαν σταδιονῖκαι σμη΄. μόνοι, ἔτεσιν ,ϡπθ΄. ἀρξαμένοις ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ ἔτους ,δψκς΄. ἕως τοῦ ,εψιζ΄. τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ με΄. ἔτους Ὀζίου. Oziae regni quintus supra quadragesimum annus vidit primam Olympiadem institutam. Affirmat id Author, et dilucide confirmat scribens pag. 199. B. πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤρξατο ἔτει Ὀζίου με΄. Eusebium demum Ioatham tempori eandem serius ascribentem reprehendit verbis sequentibus. Ozias autem, scribit ille, regiam potestatem a mundi natali anno 4682. adeptus; eaque 45. potitus annis mundi 4726. primam Olympiadem audivit numerari. Posita huiusmodi Olympiadum epocham, post 989. annos, quibus ducenti quadraginta et octo Stadionicae, intellige cursus certaminumque victores, consono Olympiadum numero claruerunt, nullo negotio summa 5717. annorum advenit: maxime si tres annos octavae supra quadragesimam et ducentesimam complendae Olympiadi adieceris. cum qui 248. victoribus numerandis sunt satis anni 989. Olympiadibus totidem non sufficiant, sed

992. victorum enim nomina primo, Olympiades vero non nisi quarto complentur anno. Haec porro de Stadionicis mentio ex Africano, ad cuius tempora 248. Stadionicae excurrerant, deprompta testatur. Eius autem, vel nonnunquam Eusebii, codicibus Author Georgius usus, modo huius, modo illius numeros imprudens exscribebat: unde ad Eusebii annos ab autumno numerantis mentem, Olympias prima Aeschyli secundo anno terminato, et alio ineunte asserta: modo ex Africani consilio mundi 4721. et Oziae 39. ascripta: mendoso rursus observato calculo, quo sacrae paginae Genearchae proprias aetates annis mundi uno quam par sit anno citius affixas numerant, eadem Olympias in mundi 4725. reiecta: cui adiectis 992. extantes in textu 5717. annorum summa colligitur. Adeoque non unius Librarii, sed ipsius nonnunquam Authoris, qui occurrunt, proprii sunt errores, a quibus ea solummodo ratione, quod opus non relegerit, vel recensuerit, mihi vindicandus videbitur.

Εὐσέβιος δὲ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα.] Subtilis et accuratus Authoris de Eusebio loquentis sermo. Primae, inquit, Olympiadis spatium quatuor continuis annis emetiendum, licet Eusebius Oziae 49. vel ut ponit Scaliger 50. initium duxisse scripserit: ipsam tamen Olympiadem quadriennio complendam cogit et claudit Ioathan anno primo. Hinc ipse Latinus Eusebius anno Abrahami 1240. quo primam locat Olympiadem: *Porro nos*, ait, *in prima Olympiade Ioathan posuimus*: id est, intra Olympicae tetraeteridos carceres inclusimus. Quod Eusebius de Africano scribit huiusmodi est. *Primam Olympiadem Africanus temporibus Ioathan regis Hebraeorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit.* Horum occasione Scaliger Not. pag. 64. Si Africanus primam Olympiadem comparet cum primo anno Achaz, falso Eusebius anno primo Ioathan illam eum assignare scribit: et propterea iure cum eo expostulat Georgius. Quod si concedamus primo Ioathan anno Olympiadem primam conlatam esse ab Africano, quare Eusebius dicit; *nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit?* Falsum enim ab Eusebio eam primo anno Ioathan assignari: quum ad 50. Azariae eam annotarit: anno vero primo Ioathan annum tertium Olympiadis primae. Duae igitur sunt manifestissimae hallucinationes, quum Ioathan pro Achaz apud Africanum legit, et cum dicit se anno primo Ioathan Olympiadem posuisse, quae posita est 50. Azariae. Quis ἀλογιστίαν non miretur? Haec Eusebii vindex Scaliger.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δχοϛ΄.] Cum ultimo Sardanapali anno in mundi 4675. incidente praesens 4676. componendus. Videndus Author pag. 165. C.

Pag. 198. *Διοίκης ἔτη νδ΄.*] *Δηϊόκης* ad Latini Eusebii normam reponit Scaliger; λδ΄. autem vice νδ΄. scribentem falsi ar-

guit idem Eusebius. Credidit Scaligero Petavius et Deioci solos 32. annos Georgium tribuisse falso edoctus asserit lib. 9. de *Doct.* Temp. cap. 34. Astyagi pariter a Scaligero deceptus 36. duntaxat annos assignat: unde Medorum regum collecta 259. annorum summa 22. defectum patitur.

Μακεδόνων βασιλεῖς.] Cognoscendis Macedonici regni exordiis ad Eusebii excerpta, ad hunc nimirum Authoris nostri locum, lectorem suum eruditissimus Petavius remittit lib. 9. de doctrina Temporum cap. 36.

Ἐορδανῶν.] Scaliger. *Δαρδάνων.* Scio Dardanios ad Pannoniam et Macedoniam sitos: at cum Eordos inter Macedones numeret Strabo lib. 7. c. 21. et 23. a MS. fide non recedo.

Πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτεσι κε΄.] Ita necessario reponendum: Ab anno quippe 4701. quo Macedonum regni iacta sunt a Carano fundamenta, ad primam Olympiadem anno 4726. affixam 25. recensendi. Scaliger, qui manet in MS. ιη΄. numerum retinet, et ab Eusebio monet observatum. At cum Carani regnum ad Abraham 1203. alliget Eusebius, primamque Olym-

V. 51 piadem in eiusdem 1240. submoveat, alios viginti annos proprio numero complendo necessarios apponat necesse est.

Ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου.] Annis a conditu mundi 4700. a quibus elapsis Macedonum regnum exorditur additis 455. annus 5156. quo coepit regnare Alexander, proxime obtinetur.

Κοινὸς ἔτει κη΄.] Regni eius initium vulgari orbis anno 4731. finis 4758. figitur: solis ergo 28. non 29. annis regnavit.

Υἱὸς αὐτοῦ.] Ad Ioas haec duo verba referrem, ni quae de Ioas loquitur periocha pag. 187. C. nimio ab illis dissideret.

Ἄνδρες γ΄.] Certus caesorum numerus 4. Reg. 14. vel 2. Paral. 25. non recensetur.

Pag. 199. *Πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤρξατο Ὀζίου ἔτει με΄.*] Oziae regis quintus supra quadragesimum annus communem mundi 4726. concurrentem obtinet, quo primam Olympiadem ex Authoris textu praemisimus statuendam, ante Christianam aeram annis 775. cum sex fere mensibus. Verum ob annorum octo spatium Gotholiae tyrannidi, quae septennis tantum fuit, ab Anthore oscitanter attributum, cum sequentium regum Iuda inaugurationes uno anno secus positas constet: iis in annum superiorem revocatis Oziae, qui Azarias, quintus supra quadragesimum mundi 4725. confestim occupat, qui certior est, ex Africani computo Olympiados primae sedes, a qua deinceps ad annum mundi 5472. et Actiacam victoriam completos 187. Olympiadum cyclos numerat Africanus pag. 308. D. Caeterum ad annum mundi vulgarem 4725. Azariae septimum et quadragesimum in praefatis castigatioribus tabulis illigatum licet observare, quod semotis, plusquam par foret a principio Iuda regibus, inter Ioacim

P. 56 annum quartum et Cyri exordia annorum septuaginta spatium

nequiret annotari: ac propterea eisdem sursum evehendis ex incertis Samuelis annis, quosdam necesse fuit detrahere.

Ἀρχὴ γ'. Ὀλυμπιάδος.] Primo nimirum Ioatham anno, mundi 4784. Prima quippe Olympiade ad Oziae 46. annum adscripta, secunda eiusdem Oziae 49. recepta est; Ozia vero post regni quinquagesimum secundum defuncto, tertia Olympias cum Ioatham primo exorta est. Caeterum Eusebium ad primum Ioatham annum Olympiadis primae spatium, hoc est ad quartum eius annum extendentem, tacite verbis istis sugillat Author: et Scaligerum ad eiusdem Ioatham annum primum *πρώτη Ὀλυμπιάς*, scribentem pag. 37. stylo lapsum demonstrat.

.Pag. 201. *Κόσμου δὲ ,δψος'.*] Ezecias a creato terrarum orbe anno 4766. regnum adiit: regni quarto supra decimum bellum a Sennacherib illatum missis numeribus depulit: igitur mundi 4779. Narratur historia lib. 4. Reg. cap. 18.

Pag. 202. *Σελοὺμ ἡμέρας λ'.*] Sellum mensem ac totum regnum congerit Author cum Zachariae mensibus sex, et toto pariter regno in mundi 4712. Adversatur Scriptura; et Zachariae quidem 6. menses in unum, Sellum vero mensem in alium annum ascribit. 4. Regum cap. 15. v. 8. *Anno trigesimo octavo Azariae regis Iuda, regnavit Zacharias filius Ieroboam super Israel* etc. et v. 13. *Sellum filius Iabes regnavit trigesimo nono anno Azariae regis Iuda.* Authoris hallucinatio non auget nec minuit annorum numerum: qua ratione Azariae trigesimo octavo Zachariae regnum apud eum non respondeat alibi discutitur.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιε'. ἐβασίλευσεν Μαναὴμ ἔτη ιβ'.] Praesentibus verbis alia post paucas lineas legenda adiungo. *οὕτω γὰρ εὑρεθήσεται τὸ θ'. ἔτος τοῦ ιη'. καὶ τελευταῖον βασιλέως τῶν ι'. φυλῶν Ὡσηὲ τῷ ς'. ἔτει Ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα κατὰ τὴν γραφήν· καὶ οὐ καλῶς· καθ' ὃ γέγονεν ἡ πρώτη τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσία.* At quamvis haec Scripturae verbis 4. Regum cap. 18. v. 10. consentiant, non admittit Author, ceu qui Osee primum et Achaz duodecimum annos velit ad invicem colligandos.

Τοῦ δὲ κόσμου ,δψιγ'.] Sellum excepit Manahem, et eodem anno regnavit uterque, id est mundi 4713. ex nota superiore. Lectionem *,δψκβ'.* tuebuntur qui post Sallum duodecim, vel saltem Interregni decem annos positos volunt. Vide Petavium lib. 9. de Doct. Temp. cap. 65.

Ἀφρικανὸς δὲ δύο.] Sequitur Africani numerum errans a scopo Scaliger pagin. 38. Eusebio decem annos Manahem tribuente.

Τοῦ δὲ κόσμου ,δψκγ'.] Anno a mundi conditu 4713. tyrannidem decem annis deinde occupandam arripuit Manahem: filius itaque Phacesias iam a 4723. ad paternum solium vocatus est.

Τοῦ δὲ κόσμου ,δψλγ'.] Praesens correctio praecedentes, ut textus error alios praeeuntes sequitur.

Ἔτη κη'. κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον.] Num huic calculo reliqua consentiant notae sequentes examinant.

Οὕτω γὰρ εὑρεθήσεται.] Dictiones istae parenthesi clausae Authoris propositum evertentes, seu deridentes, ab eo nusquam in locum hunc remissae sunt. Qui etenim seipsum proprio stylo confodiat scriptor? Particula vero causalis, *γὰρ*, cum Phacee et eius annis nullum habet nexum, societatem nullam: cum Manahem vero tempore (si modo regnum eius annis duodecim dimetiamur) percommode potest congruere in hunc sensum. *τοῦ Ἰσραὴλ ιε'. ἐβασίλευσεν Μαναὴμ ἔτη ιβ'. (οὕτω γὰρ εὑρεθήσεται τὸ θ'. ἔτος τοῦ Ὡσηὲ συντρέχον τῷ ς'. ἔτει Ἐζεκίου* etc. *καὶ οὐκ ἄλλως* (in id enim forsan *τὸ*, *καὶ οὐ καλῶς*, emendari requirit) *καθ' ὃ γέγονεν* etc. *τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔτη ι'.* Unum porro et alterum numerum, 10. videlicet ac 12. in correctis vitiatisque tabulis exhibeo, ut quae ex utroque difficultas enascitur, et qui iuxta alterutrum sit Georgii nostri sensus, coniectis in eas oculis confestim dignoscatur.

Pag. 203. *Ἐν τούτῳ, οὖν εὗρον κη'.*] Scaliger pag. Not. 66. Qui effusis habenis in Eusebium solet ruere, dicat nobis unde Phacee 28. annos attribuendos esse? Unum hoc opponit Georgius, *ἐν ἑνὶ ἀντιγράφῳ λίαν ἠκριβωμένῳ εὗρον κη'. ἔτη οὕτω καὶ ἐστοιχείωσα.*

Καὶ συγκρίνας πρὸς τὸ ιβ'. ἔτος Ἄχαζ.] Attendenda Georgii verba, et pari quo valent acumine penetranda. *συγκρίνας*, inquit, *πρὸς τὸ εἰρημένον ιβ'. ἔτος Ἄχαζ μᾶλλον ἐγγίζειν τὸ πρῶτον ἔτος Ὡσηὲ κατὰ τὴν τῶν βασιλειῶν γραφήν· οὕτω καὶ ἐστοιχείωσα.* Annum Osee primum et Achaz duodecimum una colligit. At si Osee nonus in Ezeciae sextum incurrit, ad Achaz decimum quartum eiusdem Osee annum primum devinciri necesse est; ascriptis nimirum Manahem regno annis 12. ut fert sententia pag. 202. B. exposita *καὶ οὐκ ἄλλως*, *καὶ οὐ καλῶς* malo, iuxta lectionem utramque ineluctabili, ex eadem pag. C. Haec ideo verba *οὕτω γὰρ εὑρεθήσεται*, suo loco mota iam observavi.

Ὡσηὲ τῷ β'. πληρουμένῳ τοῦ Ἄχαζ.] Haud dubie Librarii fuit error, *τῷ ιβ'. πληρουμένῳ:* ante tertium enim annum non duodecimus sed secundus completur: et Osee novem anni undecimo Achaz secundum Eusebium terminandi, regni Achaz obeunte secundo, et ineunte tertio, principium sortiri debuere.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δψξα'.] Superius positas errantium calculorum emendationes haec sequitur: iuxta quam Osee annus nonus in communem mundi 4769. debet incidere: qua de causa nuper dictis haud constans scribit Author inferius. *αὕτη πρώτη τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσία πέφυκεν εἰς Ἀσσυρίους, ἥτις γέγονεν ἀρχομένῳ τῷ ἕκτῳ ἔτει Ἐζεκίου, κοσμικῷ δὲ ἔτει ͵δψο'. πληρουμένῳ.*

Pag. 204. *Ἀπὸ τοῦ ͵δψμζ'.*] Nota sequens praesentem correctionem vindicat.

Ἔτη κε΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵δψμζ΄.] Chaldaeorum regni primique eorum regis Nabonasari primum annum a vulgari mundi 4747. auspicandum monet citatus hic 424. annorum calculus, sive Ptolemaicus 424. annorum Canon, ab aera Nabonasari sumens initium, et in mortem Alexandri desinens, in annum videlicet 5170. quare Canon ille 424. annorum a mundi 4747. primam decursus originem accepit: eundemque numerum Author ipse de Ptolemaei Canone disserens inferius pag. 206. D. non semel conscripturus est. Inde Nabonasaraei sive Salmanasaris regni 25. duntaxat annos repono, paresque Author in Canonis Ecclesiastici, quem sequitur, capite conscribit pag. 208. D.

Ἥτις γέγονεν ἀρχομένῳ ϛ΄. ἔτει Ἐζεκίου.] Quod frequens animadverti, importunus inculco, Authorem variis usum libris, et V. 52
variantibus admissis in scripta numeris opus impolitum reliquisse. Hinc praesens calculorum perturbatio, et explosis, qui demum occurrunt approbati calculis, ex illis in istos desultorius scriptoris eiusdem incessus. Ut igitur Manahem annos nonnulli codices duodecim putant, et alii decem; ita Phacee annos 18. vel 20. quibusdam codicibus assignantibus, alii cum Authore ad octo supra viginti summam eorum volunt attingere. Ita desultoriis hisce calculis Georgius ludit, quasi spectatoribus illudere voluerit.

Ἔτεσι δὲ σξ΄.] *Τριῶν* videlicet *δεόντων*, tribus minus. Ieroboam quippe tyrannidis initium a mundi 4513. ineunte numerari coepit, et desiit regnum Israel anno a mundi conditu 4769. Tres itaque a 260. desiderantur. Idem confirmant notae inferiores.

Κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵δυνδ΄.] Sic ille numeraret. A mundi orta ad Abraham diem natalem anni 3184. intercipiuntur, ex quo ter- P. 57
mino ad Osee finem 1270. putantur. Summa 4454.

Πρὸς τὸ ϛ΄. Ἐζεκίου.] Anno Ioas primo in mundi superiorem evecto, eo quod Gotholiae annorum 8. spatium in tabulis vitiatis perperam concessum sit, Ezeciae sextus annus iniens Osee nono obeunti respondet. Recolenda quae ad Gotholiae aetatem dicta.

Pag. 205. *Ἀσορδάν.*] Qui Assaraddon 4. Regum capit. 19. v. ultimo.

Πρὸ οβ΄. ἐτῶν καθαιρεθείσης.] Everso Sardanapali morte Assyriorum imperio anno 4675. Salmanasar autem apud Chaldaeos anno 4747. reparante, qui fit, ut inter Chaldaeorum inceptam felicitatem et Assyriorum ruinam plures septuaginta duobus annos Author recenseat? Ipsius Chaldaeorum reparatoris Salmanasar nimirum annos 25. memorato numero includit: unde et Chaldaeorum regum laterculum a secundo eorum Nabio inferius pag. 209. instituit: Unius vero anni excedens mentio ex eo est, quod Salmanasar anno 4746. regnum suscepisse scriptus fuerit, de quo nonnihil superius.

Καὶ ὄρεσι Μήδων.] Loci nomen proprium superius scripsit Author τὸ, Ὄρη, ex 70. Interpretibus 4. Regum cap. 18. v. 11. ἐν Ἀβὼρ ποταμῷ καὶ Γοζὰν καὶ Ὄρη Μήδων. Ubi Latinus Interpres. In Abor fluvio et Gozan et Ore Medorum. Hic appellativum et per casus flexum demonstrat. Secundam hanc lectionem probat Eusebius Hieronymi ad annum Abrahae 1270. scribens. *Decem tribus translatae sunt in montes Medorum.* Serarius et Sanctius adiunctas dictiones elucidant.

Δῆλον ὅτι Μήδων τὸ γένος.] Haec Eusebio ascripta pro libito truncat Scaliger in textu, et rationes hic allatas Not. pag. 257. frigidissimas vocat: ὄψιμος est eius ἐξουσία, et supra suum Eusebium ὀψιμαθία.

Pag. 206. *Ἀπὸ Σαρδαναπάλου.*] Hucusque Scaliger in ficto Eusebio. Verus author inchoatum sermonem persequitur.

Σαλμανασὰρ, ὃν καὶ Ναβονασὰρ καλοῦσι.] Diversos, ac non aetatis eiusdem principes, sed unum alteri supparem, quidam volunt apud Petavium libro 9. de Doct. Temp. cap. 52. alii coaetaneos quidem, at diversos: alii denique unum et eundem hominem uno et altero nomine appellandum, quibus Author consentit. Ipse Petavius diversos contendit, veritus ne Salmanasarum cum Merodaco confundat: hic namque Babyloniis, cum alter Assyriis, imperitabat. Quid tum? An non unus alteri parere potuit, et ut satrapa principis supremi leges observare, et eius militare stipendiis? Haec Authoris nostri mens, hoc unum sermonis ab eo praemissi propositum. Quocirca Nabonasarus, idem qui Ilulaeus, in Babyloniorum regum laterculo quartus frustra censetur a Petavio: ne Nabonasarus idem primo laterculi loco ac deinde quarto, bis nimirum ac diversis temporibus numerandus occurrat.

Pag. 207. *Ἐν δὲ τῷ τέλει τὴν ἰσότητα.* Utriusque Canonis paritatem non exhibuit Authoris ipsius fides: secundus primum longe superat, de quo excessu suo loco.

Κατὰ ἀστρονομικὸν κανόνα.] Praesentem Astronomicum Canonem tractat Petavius lib. 9. de doctrina Temp. cap. 52. et tum ex Scaligeriana, tum alia magis nupera editione nominum ὀρθογραφίαν correctiorem promere confidit, ubi secundum Chaldaeorum regem Nadium, 3. Chozirum, 6. Arcianum, 9. Apronadium, 10. Rigebelum, 13. Icariedinum, 15. Chyniladanum reddit; vice Nabii, Chinzeri, Arceani, Aporanadisi, Irigebali, Isarindini, Ciniladani, non semel modo, quo mendum irrepsisse dicamus, sed iterum et tertio, in sequenti Ecclesiastico Canone, et subiuncto Chaldaeorum regum laterculo scriptorum. Discrepant adhuc principum istorum nonnulli apud Scaligerum Canon. Isag. lib. 2. nomen aliud obtinentes: secundus enim Nassius. 4. Dilulaeus. 9. Aporonadicus. 10. Herigebalus. 11. Nesmoemondacus. 13. Ieraedinus. 14. Saosducinus. 15. Kiniladacus. 18. Evilmerodach.

19. Neregasolarus appellatur. Darios Astyages exsibilasse, et χρονοληρολόγων insulas relegasse se iactat Scaliger Animad. pag. 257. Egisset sane etiam λῆρον ληρῶν, nisi quem sede 20. reponit Nabonidus idem esset, quem Georgius Astyagem vocat, de quo loco priori citato Scaliger ipse: Hic Medis oriundus, unde cognominatus Darius Medes, exutus est imperio a Cyro. Quod Medis quidem ortum, at Medis non imperasse intelligat, ex superius de Assyriorum, Medorum, et Chaldaeorum principatibus a Georgio scriptis falsi convincitur. Ad laterculum redeo, quod ex Petavio mendosum protulit typographus, Belitho duobus duntaxat annis, Astyagi duobus et triginta concessis, quibus plures MS. assignat, priori videlicet tres, alteri quatuor supra triginta, reddendae nimirum annorum 424. summae sufficientes. Utrumque porro Canonem Astronomicum et Ecclesiasticum commendat utilitas, quae ex eis est maxima, qui licet collecta totali summa convenire noscantur: non observata nihilominus in singulis regum aetatibus et temporibus concordia, mutuam sibi vel veritatis confirmationem vel errorum emendationem conferre possunt.

Pag. 208. Σαοσδουχίου.] Qui deest 14. in Astronomico Canone ex sequenti Ecclesiastico sufficitur.

Κατὰ τὴν Ἐκκλησιαστικὴν στοιχείωσιν.] Ecclesiasticis Scriptoribus et una Eusebio acceptum laterculum Scaliger omittit: tacet Petavius, et ex eo prius interpolat. Eius anni collecti summam reddunt. Magorum quippe fratrum menses 7. pag. 241. A. in annum absolutum putantur: Artabani pariter menses 7. pag. 251. et Xerxis secundi duo cum Sogdiani septem aliis pag. 255. annos duos componere recenset Author, quibus e regum aetate superfluus alter accedit: qui una coniuncti Ecclesiasticum Canonem annis quatuor Astronomicum alterum excedentem reddunt. Circa illius tamen exitum nullus apparet excessus, redundantia nulla: quinimmo a vulgari creati orbis anno 4747. incipiens per reges medios et eorum aetates sensim deductus ad mundi 5170. post annos 424. commode videretur pervenire, nisi Astyagis annis 17. post Niriglesarum locandis annorum 4. spatium deficeret aperte: quae ratio est, ut proprio loco decurtati protuberantiam post limitem postremum et annum 5170. apparituram retundant et reprimant omnino. Praetereo ut relicto Mathematico corruptum aerae Nabonasareae Canonem Ecclesiasticum sequutus Author, confusos, nec sibi respondentes regum Iuda Chaldaeorumque principum calculos proferat: taceo submotos Chaldaeorum regum annos quod suo loco demonstrabimus, et Nabuchodonosor, cuius aetas notissima, annis quatuor paterno regno tardius exceptum, Iudaeorumque regnum praeter temporum rationem annis etiam quatuor a proprio remotius sub iugum mittentem; una est hac in re Librarii pagin. 231. in margine, meaque in eundem locum animadversio. Interim quae Ecclesiastico in

Canone visuntur emendationes ex regum privato laterculo huc delatas nullus mirabitur, nisi qui Xerxis primi annos pag. 250. D. et Artaxerxis pag. 251. C. a semetipso, noluerit *consultos*. Reliquas Authoris vel Librariorum hallucinationes, ut et excessus
V. 53 adeo enormes, ad aequam rationem revocari queant commodior occasio patefaciet.

P. 58 Pag. 209. *Χαλδαίων β'. ἐβασίλευσεν.*] Laterculum hoc ab Eusebio neglectum praetermittit Scaliger. Forsan omittendum iudicavit Eusebius, quod Chaldaei Medorum, quorum apud eum extat diagramma, subiacerent imperio.

Pag. 210. *Χαλδαίων ιβ'. ἐβασίλευσεν ἄλλος.*] Ex pari pag. praecedentis scripto linea 1. *ἀβασίλευτος ἄλλος* reponendum coniicio.

Κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους κ'.] Iosephus in Apionem scripsit *εἴκοσι ἐννέα*.

Pag. 211. *Ἕως Δαρείου τοῦ Ξέρξου.*] Videndus Author ad Cambysen, et ad eius annum quintum annotata: Petavius quoque lib. 10. de Doct. Temp. cap. 17.

Ἀπὸ πέμπτου ἔτους Καμβύσου.] *Τὸ, πέμπτου*, desideratum in Regio restituitur ex Eusebio, apud quem legimus. *Obtinuit Aegyptum Cambyses in anno quinto regni sui etc.* Hanc sententiam init Scaliger pagina 39.

Πρῶτος Ῥῶμος Ῥωμαίους εἰσήγαγεν.] Apte Scaliger pagina textus 39. *πρῶτος Ῥωμαίων νόμους εἰσήγαγεν.*

Καὶ σκύτινα καὶ ὀστράκινα.] Ex propriis adversariis addidit ille: *πόλεμον δὲ οὐδένα πώποτε διῳκήσατο.* Hoc Eusebius Latinus non suggerit.

Ἄρχοντες δεκαετεῖς.] Correctio haec ex Eusebio.

Pag. 212. *Ἕως τοῦ ͵δωα'.*] Ad Africani mentem haec Georgius se scripsisse testatur, eisdem nihilo secius quasi ab Africano decerptis titulum praefigit Scaliger, *Ἀφρικανοῦ*. At cum Africani Georgiique rationes in praesenti epocha conveniant, haec Georgio detracturus et Eusebio accommodaturus temporis calculum non debuit Scaliger expungere, et solerter edere: *ἕως τοῦδε οἱ Ἀθηναῖοι βασιλεῖς πρῶτοι.*

Ἐννέα τε ἀρχόντων Ἀθήνησιν.] Qui novem illi Magistratus incognitum. Planior lectio reponat: *ἡ νέα τε ἀρχόντων Ἀθήνησιν ἀρχὴ κατεστάθη.* *Nova Magistratuum potestas Athenis instituta.* Scaliger Eusebii sui pag. 39. textu mutilato, sensum depravat. *μετὰ τούτους ἄρχοντες Ἀθήνησιν ἀρχὴ κατεστάθη. ἡ δὲ τῶν ἐνιαυσίων ἤρχθη. Φιλῖνον* vice *Φιλήνου* interpolat. *Γράτον Σαβινιανὸν* Severiani loco substituit, et *Ἀντωνίνου καὶ Αὐγέντου* nominibus una cum Petavio positis *Ἀντωνίνου τοῦ καὶ Αὐγούστου* rectam scriptionem requiri non animadvertit.

Ἐπὶ τῆς ιθ'. Ὀλυμπιάδος.] Olympiadum anno a mundi con-

ditu 4726. institutarum decima nona tertium obeuntem et ineuntem quartum in annum mundi 4801. incurrentem sortitur.

Ἀφ' οὗ ἐπὶ σν'. Ὀλυμπιάδα.] Quinquagesimae supra ducentesimam Olympiadis quartus annus in annum mundi 5725. incidit, primus in 5722. in 5723. secundus.

Ἄρχοντες ϡκγ'.] A mundi 4800. obeunte et 4801. ineunte, quo Atheniensium annui magistratus instituti, ad 5723. annum, alii 923. anni et magistratus totidem numerantur, non excluso nimirum illius primi supra 4800. anno. Reposito igitur in textu ϡκγ'. numerus ϡγ'. emendatur.

Καθ' ὃν ὑπάτευον.] Mundi 4800. additis 923. annorum 5723. summa conficitur. In eius termino, qui fuit a Christi natalitiis 223. Antonini Heliogabali tertius, Olympiadis 250. secundus, Phileno Atheniensium Archonte, Annius Gratus Severianus et Claudius Seleucus Consulatum gessere. Africani sententiam Baronius et aliis sequuntur. Vide Eusebium, et expende Chronicon Alexand. adversarium.

Ἐπὶ τοῦ ͵εψκγ'. ἔτους.] Eum annum speciatim observat, quo floreret Africanus, quemque ex aetate notum, et ex personis certum ipse testaretur: Africani tamen legationem hanc in annum sequentem, id est Elagabali quartum reiecit Eusebius, quod eum forsan ab Autumno praeeunte, qui tertii ab aliis numerati para extrema est, ordiatur scribens. *In Palaestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum.* Scaliger aut Typographus mendose reddidit ͵ετκγ'. Observandum obiter de Olympiadum et Christianae aerae epocha Georgium cum Africano nullum habere dissidium.

Τοῦ καὶ Αὐγούστου.] MS. *τοῦ καὶ Αὐγέντου.* Scaliger idem reponit in textu, in Animad. pag. 257. *Ἀυείτου:* usitatius ego, *τοῦ καὶ Αὐγούστου.* Non Augentus enim, nec Avitus; sed Marcus Aurelius Antoninus Augustus audiebat, qui Heliogabalus, vel Alagabalus.

Ἀκτίων ὁ Μιλήσιος.] Praemisi titulum. *Σποράδην:* legit Scaliger *Ἀρκτῖνος.* Eusebius Latinus *Arctius.*

Θηραῖοι.] Vocem restituit Eusebius ad annum Abrahae 1253. *Theraei,* scribit, *Cyrenem condiderunt oraculo sic iubente.* De his Strabo. lib. 17. cap. 20. de Pandosia, hodie Consentia et Metapontio Italicis sive Calabricis urbibus Strabo lib. 6. cap. 3. et 4.

Ἀθήνῃσι πρώτη.] Eusebius ad annum Abrahae 1244. *Athenis primum trieres navigavit Aminocleo cursum dirigente:* eius faber et trierarches, qui Thucydidi lib. 1. scribitur *Ἀμεινοκλῆς.*

Νάξος.] Ita legendum monet Eusebius ad annum Abrahae 1676. *Naxus in Sicilia condita.* Strabo lib. 6. cap. 13. *αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα.*

Quas inter Catanam et Syracusas fuerunt urbes, Naxus et Megara, perierunt.

Χεῤῥόνησος.] Promontorium Siciliae hodie Augusta: *aliud* quoque est ubi urbs Mylae. Ortelius.

Κυαξάρης.] Cyaxarem Medum Chaldaeo Nabuchodonosor coaetaneum facit Author regni utriusque primordia ad annum ab orbe condito 4888. et 4889. tum hic, tum pag. 220. conferens. Auxiliariis copiis opem sibi mutuo praestitisse, hic Cyaxari in evertenda Ninive; ille Nabuchodonosor in Syria et Palaestina subiugandis colligit Petavius de Doct. Temp. lib. 10. cap. 2. et seqq.

Pag. 213. *Κύψελλος Κορίνθου ἐτυράννησεν.*] Haec ad annum 4745. referenda: et ad pag. 179. C.

Καὶ Ἀλκμαίων ἤκμαζεν.] Scaliger Excerptorum pag. 40. *Ἀλκμᾶν*, inquit, *ἤκμαζεν*. Alcmaeon ab Alcmane distat, et vir a viro. Alterum Alcmanem habet Author pag. calcem. Eusebius Latinus ad Abraham annum 1360. *Alcmaeon clarus habetur*. ad annum 1407. *Alcman, ut quibusdam videtur, agnoscitur*. Quae scribit Pontacus in hunc locum quadrant in Scaligerum. *Illa lectio confundit ista duo nomina, cum fuerint duo distincta, et diversis hominibus attributa, quorum prior Philosophus, posterior Poeta: de quo etc.*

Βάττος Κυρήνην.] Haec pariter ad paulo superiora referes pag. 212. C.

Τοῦ δὲ κόσμου.] De emendatione *͵δψϟβ′*. in *͵δψϟε′*. dicetur infra commodius.

Pag. 214. *Ἀμὼς υἱὸς Μανασσῆ ἔτη β′.*] Scaliger pagin. 40. ad Eusebii Chronicon *ἔτη ιβ′*. Qui porro *Ἀμὼς* Regum *lib.* 4. *Ἀμῶν* Paral. 2. scribitur. De correctis hic mundi annis dicetur inferius.

Ἰωσίας υἱὸς Ἀμὼς ἔτη λα′.] Idem rursus *ἔτη λβ′*. Hyperbaton nil te moretur, nec annorum mundi emendatio, de qua iam tractabitur.

Κόσμου δὲ ἔτει ͵δωξδ′.] Primus Iosiae annus communem mundi 4852. comitem obtinet, ut paulo superius: eius igitur tertius supra decimum ascendit ad 4864.

Pag. 217. *Χρυσίου τάλαντα ι′.*] Alii codices *ἑκατὸν*: alii iuxta litteram Hebraeam, *ἕν*.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δωπδ′.] Ezecias a mundi natali anno 4766. ad regnum provectus, vixit deinde annis 29. et filio Manassi re-
P. 59 gnum reliquit anno 4795. etsi pag. 213. D. erronee legamus *͵δψϟβ′*. Producitur error ulterius, et Manasses post regni 55. annos pag. 214. B. scribitur defunctus ineunte 4847. qui 4850. annum postulabat. Amos duobus annis regnum tenuit, quem Iosias filius anno 4852. excepit, qui paulo infra 4849. regnum adiisse legitur. Iosias iste uno et triginta regnavit, id est a mundi 4852.

ineunte ad 4882. absolutum, quocirca Ioachaz filius anno 4883. successit. Huic menses tres regnare datum est: menses tamen quoscumque, paucos liçet, Author in annum reputat pag. 241. A. et 251. C. et ne longius exempla petamus secundi Iechoniae, qui Ioachim, tres menses, velut annum integrum recenset Librarius in margine, et Author ipse paulo inferius pag. 219. C. quare Ioachaz hic, qui Iechonias pariter dictus, debuit ea lege annum 4883. occupare, ut successori Eliacim, qui Ioacim, Pharaonis imperio captivus in Aegyptum abductus, paterno regno cederet eodem anno 4883. hic vero Ioacim proprios annos mundi 4884. inciperet emetiri. Memoratam tamen legem non observat Author, et tribus Ioachaz mensibus ultimo patris Iosiae anno inclusis, regnum Ioacim, in mundi 4883. refert. Postulatam nihilo secius emendationem ͵δωπδ΄. aequa temporum ratio ad falsi numeri latus compulit reponendam. Iechonias enim successor post huius Ioacim regnum annis undecim a mundi ut praemisi 4884. initum patrem excipit mundi 4895. ait Author pag. 219. C. et hunc Sedecias anno sequente qui mundi 4896. quod iterum manifesto reperit pag. 223. C. V. 54

Τὸ τέταρτον ἔτος Ἰωακεὶμ, κόσμου δὲ ͵δωπγ΄.] Quid hoc rei est? Ex continuata regum Iuda serie, et annis mundi cum privato cuiusque regis tempore collatis, consultis etiamnum Chronologicis tabulis, Eliacim hunc, alio nomine dictum Ioacim, anno post mundi principium 4884. a Pharaone Nechao provectum nota superior ostendit; aut saltem tribus Ioachaz mensibus Iosiae annis comprehensis, mundi 4883. prout habet textus, Iudaeae res suscepisse administrandas, Georgium scribere qui oculis non fuerit captus confestim perspicit: hic vero suimet plene immemor, recens adinventis, ne dicam longius productis, quos nota superior exagitat, erroribus, annum Ioacim quartum in mundi 4888. submovendum, in praesentem 4883. quo primum locari necesse fuit, advocat: ac ne incauti stylo videatur hic numerus falso excidisse, ex eo quasi tuta et probatiori epocha celebres alias epochas et annorum summas perioche paulo inferius occurrente litera D. cuius initium *στοιχείωσις ἀκριβὴς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους.* deducit et ordinat. Suffragatur Authori Librarius adeo, ut eo licet, quod exaravit, autographo scripserit Ioacim anno mundi ͵δωπγ΄. ad regiam dignitatem promotum, quarti tamen eiusdem anni in mundi 4883. reiiciendi gratia propria manu et eodem stylo apposuerit *ὅπερ κατὰ τὴν ὑποκειμένην στοιχείωσιν*, qua scilicet quartus Ioacim annus in mundi 4883. continetur, *ὀφείλει εἶναι ͵δπ΄*. mundi nimirum 4880. et primus Ioacim annus. Subiicit ille. *τὰ δὲ τρία ἔτη ταῦτα τὰ προτρέχοντα ἐν ποίοις προσώποις προσετέθη, ἀγνοοῦμεν.* Ariolabor ego, et pro captu exponam in sequentibus. Librarius ille ad Authoris mentem propriam sententiam expositurus septuaginta captivitatis annos, primo Ioacim

utique in mundi 4880. fixo, quarto in eiusdem mundi 4883. sic colligit. A mundi 4883. quo Ioacim annus quartus *init, reliqui* sunt eiusdem Ioacim anni octo: ipse siquidem quartus dat toti numero principium: Iechoniae tres soli menses (habita maxime alterius Iechoniae, qui Ioachaz, trium mensium memoria, et eam ob rem scripsit, *τῶν δύο Ἰεχονίων ἔτος ἕν*) in confesso sunt, et annum componere aestimantur: Sedeciae sequuntur undecim: Nabuchodonosor 24. Merodach quinque, Baltasar tres, Astyagis septemdecim: Cyri unus: summa 70. a mundi 4883. incipiens et in mundi 4925. desinens. *ἀτοπία* ex vitioso calculo emergens declaratur in notis ad pag. 220. et 221. scribendis.

Τὸ δ' αὐτὸ κγ'. ἔτος.] Septuagenarius Hebraicae captivitatis numerus non uno modo intellectus distractas a se invicem Chronologorum opiniones conciliat apud recentis editionis authorem, cuius opus Pharus est historiae sacrae. Videsis, ait ille, dialogo cui nomen *Babylonicus*, quam concinne tota captivitatis Chronologia per sabbatum decies replicatum, id est per annos septuaginta, processerit. Hieremias inter caeteros Prophetas tanquam peculiaris Dei minister, praenunciandam populo cladem enixe proprieque suscepit. Elegit Dominus Christum suum Cyrum, *et* eius apprehendit dexteram, et eum per multas victorias quasi manu deduceret ad depellendam a populo servitutem. *Ab anno* Iosiae decimo tertio, quo Hieremias virgam vigilantem et ollam succensam vidit, impendentemque populo calamitatem praedicare coepit, ad Cyrum, anni septuaginta numerantur. A tertio anno Ioacimi, quo captivus Babylonem abductus est, ad solutam a Cyro captivitatem, anni septuaginta. A transmigratione *Iechoniae*, ut mihi probabilissimum videtur, ad Estheris nuptias, alterum libertatis Iudaicae caput anni septuaginta. A templi conflagratione, ad annum Darii secundum, quo templum aedificari denuo coepit, anni septuaginta. A vicesimo tertio Nabuchodonosoris anno, quo contigit omnium postrema captivitas, ad templi substructionem anno Darii sexto perfectam, anni totidem. Totidemque a nuptiis Estheris ad annum septimum Artaxerxis Longimani, quo anno missus est in Iudaeam Esdras cum amplissima potestate et numeribus, *quae rex et consiliatores eius obtulerunt Deo Israel*, *etc.* 1. Esdr. 7. et universis Sacerdotibus et Levitis et Cantoribus et Ianitoribus et reliquis templi ministris indulta est vectigalis tributi et annonae immunitas. Ab anno Darii sexto, quo templum instauratum est, ad vicesimum Artaxerxis, quo muri Hierusalem cicatrix obducta est, 2. Esd. cap. 4. anni Darii triginta supersunt, Xerxis viginti, Artaxerxis totidem, e quibus si homadem unam conflaveris, omnino septuaginta colligentur. Vides igitur, tum servitutem, tum libertatem, per annos septuaginta decurrere: ut compleretur sermo Domini ex ore Hieremiae: *et celebraret terra sabbata sua:* cunctis enim diebus

desolationis egit Sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni. Quod sic equidem intelligendum puto, quasi tot annis terra manserit inculta, quot annos Sabbaticos Iudaei a primo terrae Chanaanitidis ingressu celebrare neglexerant: ut haec ipsa septuagenarii numeri toties recurrentis concinnitas magnum videri possit iudicium repertae veritatis.

Στοιχείωσις ἀκριβής.] Haud ἀκριβὴς quae paralogismo nititur. Vide penultimam notam. Emendatio porro numeri ε'. in ιγ'. probatur in annotatis ad ipsius Oniae historiam pag. 277. C. occurrentem.

Pag. 218. *Τέσσαρες γεγόνασιν.*] Ita lectio corrupta restituitur ex 1. Paral. cap. 3. v. 15.

Ὁ καὶ Ἰεχονίας.] Haec cum supra positis pag. 216. D. comparanda.

Ἔτει τρίτῳ, ἕως τοῦ ὀγδόου.] Qua tertio, qua quarto scribit: tertio nimirum completo, et ineunte quarto. Altera linea superiore, *κατὰ τὸ τέταρτον:* hic *ἔτει τρίτῳ.* Adeundus clarior et emendatior textus pag. 221. C. et tabulae Chronol. pag. 476.

Pag. 219. *Ἀπαγορεύει δὲ τὸν Σαλαθιήλ.*] Locus corruptus, P. 60
et sibimet adversa continens hoc pacto restituitur. *ἀπαγορεύει δὲ τὸν Σαλαθιὴλ ἀπὸ Σεδεκίου τεχθῆναι, ὡς βδελυκτοῦ τῷ Θεῷ γεγονότος, ἀλλ' ἀπὸ Ἰωαχεὶμ, ὃν καὶ Ἰεχονίαν καλεῖ.* Sedecias enim, ceu Deo exosus, quique in Babylonem abductus post breve temporis spatium a Nabuchodonosor victore neci traditus est cum filiis, successoribus caruit: nepos autem eius Ioachim, qui et Iechonias, novemdecim annis prius in captivitatem missus, liberos reliquit: et Ieremias licet de illo fuerit comminatus, cap. 22. v. 30. *Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim vir erit de semine eius, qui sedeat super solium David et potestatem habeat in terra:* in eo vaticinium completum est, quod regia dignitate non fuerit ornatus filius eius Zorobabel, quamvis praefecti potestate donatus populi curam susceperit 1. Paral. cap. 3. v. 15. et 16. Emendationem confirmant superiora eiusdem Hippolyti, de quo hic mentio, verba: *τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ Ἰωαχεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν λέγει μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετοικισθῆναι εἰς Βαβυλῶνα.* Porro, ut Ioacim sive Ioakim pater, a filio Ioachim alter est: ita geminus Iechonias mente retinendus, unus qui Ioachaz Iosiae filius, et alter qui Ioachim filius Ioacim. Hic Iechonias alterius nepos.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δωϛε'.] Redit Author ad expurgatum et regum temporibus concordem annorum mundi numerum reponendum. Manasse quippe quinquaginta quinque annis a mundi 4795. ad 4850. regnante, Amos filius a 4850. ad 4852. regnum tenuit V. 55
duobus: post quem Iosias annis 31. a mundi 4852. ad 4883. quo Ioachaz rex declaratus tribus tantum mensibus in annum reputatis sceptro potitus est, mundi nimirum 4883. huic successit Ioa-

cim, Eliacim vocatus per annos undecim a mundi 4884. ad 4895. quo regni haeres Ioachim, Iechonias vocatus, ad solium est evectus. Ultimus hic numerus est quem Author temporis eius terminum praefigit, et quae nota septima superiore scripsimus vel emendavimus manifeste vindicat.

Τούτου φησὶν τῷ τρίτῳ ἔτει.] In haec Not. pag. 80. relata scribit Scaliger. *Quae non sunt tanti ut confutare velim.* At non his asserendis, sed e B. Hippolyto recensendis, momentum omne nostro Georgio pendebat.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δωϟϛ΄.] Tres menses Ioachim in annum recipit, qui eum anno 4895. regnasse, successoris vero Sedeciae tempus a 4896. numerare incipit Author.

Pag. 220. *Τοῦ δὲ κόσμου ͵δωπη΄.*] Cum primo sui regni anno Iudaici populi partem captivam abduxerit Nabuchodonosor, Ioacim quarto ineunte, ipsius Nabuchodonosor exordia nulla ratione queunt in mundi 4887. incurrere. 1. Quod quartus Ioacim annus in 4884. incidat in vitiatis tabulis, adeoque Ioacim et Nabuchodonosor anni secundum historiam confligunt ad invicem. 2. Cum quartus Ioacim et Nabuchodonosor primus Badylonicae captivitati dederint initium, ab iisdem, dum tamen mundi vulgares anni concurrant, ad Cyri primum septuaginta captivitatis anni numerantur; qui nihilominus neque a Ioacim quarto et mundi 4887. neque a Nabuchodonosor primo et mundi 4888. possunt recenseri, excurrentibus quoad Iudaeorum regum computum annis tribus vel quatuor, et redundantibus pariter in Chaldaeorum regum aetatibus annis solidis quinque. Ut enim mundi 4883. debet esse Ioacim quartus et Nabuchodonosor primus in tabulis emendatis, ut ab eo septuagenarius annorum captivitatis procedat numerus, prout quoad Iudaeae regum rationem demonstravit Librarius ex Authore pag. 217. A. et 223. B. et nos in eiusdem pag. notis observavimus, ita quilibet calculus hisce contrarius, pravus omnino falsusque declarandus. Error igitur omni venia maior ab Authore admissus, qui ubi Chronologicas epochas certiores ac clariores debet ostendere, eo magis confusas et obscuriores repraesentat. Castigandi erroris gratia nonnullus labor suscipiendus, et unde processerit coniiciendum. Athaliae regno sex annos duntaxat plerique Chronologi assignant: cui Georgius non septem modo, sed et octavi spatium inter annos mundi relinquit, de quo superius in p. 187. notis: Ioachaz pariter tres menses in alterius regis tempore facile continendos in annum vertentem et absolutum imputat: et excessus licet, ut ex parte vindicatum est, exinde nullus oriretur, amplum adeo tamen et enorme est intervallum a populi ex Aegypto profectione ad templum a Salomone conditum, ut ex annis Heli viginti et paribus Samueli assignatis, totoque spatio 659. annorum, de quo ad pag. 175. notis satius sit rescindere, quam adeo copiosum asse-

rere. Et de excessu quidem in Iuda regum temporibus exuberante ex supra memoratis nulla relinquitur dubitatio: alterius Chaldaeorum regum computum inficientis facilis demonstratio ad pag. 208. et 209. scriptorum memori: Quatuor videlicet annis aerae Nabonasaraeae Ecclesiasticum Canonem alterum Astronomis usitatum superare. Sex autem integris Nabii aetati detractis, et uno Nabonasari annis ante Nabuchodonosor tempestatem restituto, et rursus alio Artabani, cuius in Canone non fit mentio, de quo pag. 251. aetati reservato, desiderata reparatur aequalitas: sin minus apponitur, constat unde quinque annorum tumor in Nabuchodonosor aetate ceperit incrementum. Animadvertit Librarius et inferius pag. 231. ut prius pag. 216. et 217. scribit in margine. *κατὰ τὸ παραδραμὸν σφάλμα τῶν καλλιγράφων εἰς τοὺς τῶν βασιλέων χρόνους, ἄλλα τέσσαρα ἔτη προσθήκην εἰς τοὺς Χαλδαίους εὑρίσκονται κείμενα. Ob Librariorum oscitantiam ad Chaldaeorum regum annos, quatuor superfluos reperies additos.* Placeret Calligraphos, non Georgium, erroris tam foedi reos agere, placeret, inquam, omnino coniecturae clementia, et interpretatio paralogismi summopere suavis, si quaqua versus perpensis Chaldaeorum principum annis erroris origo non statim in ipso Georgio reperiretur, qui tum scriptis inemendatis usus, tum dormitans nonnihil, et parum sibi providus, annorum calculos, nondum opere proprio recensito, confusos nobis reliquit.

Ἀκούσας δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.] His Eusebii Scaligeriani pag. 40. reperiendis titulus praefigitur. *ἐκ τῆς τρίτης τῶν Χαλδαϊκῶν Βηρωσσοῦ Βαβυλωνίου ἱερέως Βήλου* pluraque Georgii textui assuta fient obviam apud Iosephum lib. 10. cap. 11. et apud Euesebium de Praepar. Evang. lib. 9. cap. 40.

Pag. 221. *Δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ϛ'. ἔτει Ἰωακείμ.*] Ineunt itaque simul et primus Nabuchodonosor annus et Ioacim quartus, et ex correctiore Authoris computo in annum ab orbe condito 4883. debet uterque, prout superiores notae demonstrant, convenire: exin vero ad Cyri primum, qui mundi 4952. anni captivitatis septuaginta interlabuntur. Sive igitur a Nabuchodonosor primo, sive a Ioacim quarto captivitatem Iudaicam per annos septuaginta deducas, privata principum tempora ad totam ex eis summam collectam summum debent servare consensum: quod an hic ex aequo et bono contingat impensius examinandum. A quarto Ioacim anno septuagenam Iudaeorum calamitatem conficit Author hoc pacto. Numerat illa in Ioacim aetate annos octo: in Ioachim sive Iechoniae tribus mensibus annum unum: P. 61
in Sedeciae tempore, undecim: a Nabuchodonosor anno regni 19. Hierosolymam evertente, quatuor et viginti: Evilad Merodach, quinque: Niriglesari, tres: et in Astyagis demum imperio, septemdecim: addito Cyri primo cunctisque collectis homadibus, anni colliguntur septuaginta: Ducat Author numerorum initium

a Nabuchodonosor anno primo, adhaerebunt invicem in septuagenaria summa cuncti principum anni? Nabuchodonosor *regno* anni 43. imputantur, Evilad Merodach quinque, *Niriglesari* tres, Astyagis septemdecim, Cyri unus: omnium summa 69. constituit. Quae diversitatis origo? Quod in Hebraeorum regum laterculo tres Ioachim menses anni nomine numerandos velit Georgius: quo fit, ut per Hebraeos principes habita numerandi via, uno maior exurgat calculus, ac dum Nabuchodonosor soli novemdecim, Hebraeorum viginti computantur anni: atque ideo Nabuchodonosor principium in mundi 4884. submoveatur necesse est, nisi regni 44. annos, quod absurdum, Author concedat. Hic est igitur alter eius paralogismus, cui reparando alia mihi non suppetit ratio, quam quo eius menti vicinior, quarto quidem Ioacim anno mundi 4883. Iudaicae captivitatis ponat exordia, at quo nondum suprema regis potestate sublimatum asserat Nabuchodonosor, sed patre adhuc inter vivos superstite sub eius militasse signis affirmet, eoque post annum qui mundi 4884. defuncto supremum ius in Chaldaeos et imperium fuisse consecutum. Hic Authoris paralogismus ut anceps ac incertus in notae superioris limine de Nabuchodonosor primis regnandi auspiciis scriberem impulit. Qua tandem arte annus in Chaldaeorum temporibus supplendus, affixo ad Ioacim quartum primo *Nabuchodonosor* anno, demonstrant emendatiores ad Authoris captum tabulae.

Ὁ Μεγασθένης ἐν τῇ δ'. τῶν.] Locum Megasthenis profert Eusebius de Praeparat. Evang. lib. 9. cap. 41. refert Scaliger, et pag. textus 41. eo refercit.

Pag. 222. *Ὠκταετῆ.*] Scribe *δεκαοκταετῆ*: ita exhibent textus Hebraeus, et versiones singulae: post lineas vero tres *παῖδες αὐτοῦ* memorantur: si filios neges, servos interpretare.

Ὧν δὲ ἡ ἀρχὴ διάφορος.] Quadrant in hunc locum scripta notis ad pag. 217.

V. 56 Pag. 223. *Τοῦ Ἰούδα κ'. ἐβασίλευσεν.*] Obstrictae erga MS. religionis et fidei reus scripta prius in prooemio repeto, et rursum scribendi poenas exsolvo. Eorumdem verborum iteratio exscriptum potius a Librario, quam editum ab Authore opus manifestat. Vel Author seipsum, vel idem iterato Librarius exscribit: quod nimirum extat pag. 219.

Pag. 225. *Ἀπὸ τοῦ ια'. ἔτους Σεδεκίου, κόσμου δὲ ,δϡγ'.*] An non Sedeciae primnm in mundi 4896. coniecit Author pag. 223. ut quid undecimum in mundi 4906. non amandat? pro variis codicibus varios sequitur numeros, et quod notis ad superiorem pag. 217. observatum emendatior alibi loquutus annum Sedeciae undecimum completum in mundi 4903. ineuntem revocat, hoc pacto. Ioacim regnum auspicatur anno 4881. et annis 11. regnat: successor Iechonias, sive Ioachim adit anno 4892. sed et

mensibus 3. in annum putatis occupat. Sedecias itaque anno 4893. rex declaratus post annos 11. id est mundi 4903. in captivitatem abductus est: et eodem 4903. integrum civitati sanctae excidium a Nabuzardam illatum est.

Pag. 226. Ὁ μέντοι Εὐσέβιος.] Editio Latina Eusebii ad annum Abrahae 1416. consulenda.

Μηδ' ὅλως λογισάμενος τὰ Δαρείου τοῦ Ἀστυάγους ἔτη ιζ'.] Ecquid Astyagis annorum oblitus est Eusebius, qui expansos etiam octo super triginta recenset? Ex propria et adversarii doctrina composito ad hominem argumento solet Author adversam quamvis sententiam impetere: quapropter usitato potius et arguto more, quam fideli arguendi iure, lacessit Eusebium. Ex propria quidem doctrina Hierosolymam regni 19. a Nabuchodonosor devastatam supponens Georgius, calamitatis tempus in Eusebii Canonio Astyagis anno nono ex aequo respondere prospicit: exinde Nabuchodonosor 24. annis, Evilad Merodach quinque, Baltasar tribus numeratis, id est duobus et triginta, ultimus Baltasar in Cyri primum, aut potius secundum, incidere deprehenditur: melior vero Chronologorum pars Baltasaris, qui Niriglesarus, annis alios Astyagis septemdecim ante Cyrum, nullo principe interposito, imperantem adiicit: Eusebius igitur, iuncto Cyri post Astyagem et subinde post Niriglesarum imperio, Astyagis ipsius annorum 17. nullam habuit memoriam, infert Georgius.

Pag. 227. *Ἀπ' ἐσχάτου ἔτους Σεδεκίου.*] A Sedeciae ultimo non quarto putat Eusebius captivitatis annos 70. hoc pacto. Ab Astyagis octavo ad 38. annos triginta: tum Cyri 30. sequuntur Cambysis octo, Magorum fratrum annus, et Darii primus: quorum summa est 70. Non itaque Ioacim 4. sed a Sedeciae ultimo et Nabuchodonosor 19. consummati excidii tempus exorditur Eusebius, et *adiecta*, non *neglecta* Clementis authoritate propriam sententiam firmat.

Πρῶτον ἔτος αἰχμαλωσίας.] Haec Eusebius Graecus Scaligeri pag. 41. Scribit ἀπὸ πρώτης κατασκευῆς ἔτεσι ͵θμβ'. typorum vitio.

Ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος.] Eusebius Latinus ad Abraham annum 1426. et Sedeciae undecimum. *Sententiae nostrae*, scribit, *etiam Clemens congruit in* 1. *Stromat.* 47. *Olympiade captivitatem Iudaeorum factam esse contestans.* Ea propter in verba mox secutura. ταῦτα Εὐσέβιος ὑποτάξας etc. Not. pag. 80. Scaliger observat: *Mirum est hunc Georgium, qui nullum errorem Eusebii praeterire solet, hic duos insignes non animadvertisse. Primo enim Eusebius loquitur de capto Sedecia, Clemens de Iechonia. Deinde Eusebius agit de tertio anno* 47. *Olympiados, Clemens de anno primo quadragesimae octavae.* Poterat pariter tertium indicare: Eusebium videlicet a templi opificio annos 442. numerasse, ubi a Davidis obitu 452.

Clemens voluit esse numeratos. Verum fictos et appictos Eusebio, meus Georgius non arguit errores. Ut enim de capto Sedecia Eusebius, ita Clemens sermonem habet eo loci, pag. mihi 329. *ἀπὸ τῆς Δαβὶδ βασιλείας, ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη τετρακόσια πεντήκοντα δύο, μῆνες ἕξ. ὡς δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς τῶν χρόνων ἀκρίβεια συνάγει ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα δύο, μῆνας ἕξ, ἡμέρας δέκα. ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας*: et infra. *καὶ γίνεται αἰχμαλωσία ἐπὶ ἔτη ἑβδομήκοντα. A regno Davidis usque ad captivitatem, quae facta est a Chaldaeis anni* 452. *menses sex: ut autem colligit accuratior temporum supputatio, quadringenti anni octoginta duo, menses sex, dies decem. In duodecimo autem anno regni Sedeciae septuaginta annorum captivitas contigit.* Nil manifestius quam Clementem pariter ac Eusebium de Sedecia scripsisse. Ut porro templi devastationem post annos ab eius conditu 442. ex Clementis dicto suis calculis affiniore colligit Eusebius: ita quadragesimam septimam Olympiadem captivitatis tempore asserturus, Clementis testimonium 48. attestantis in medium proferre non est veritus, quod quam sibi vicina foret utraque, et captivitati Sedeciae per 70. annos stabiliendae confirmandaeque foret apud authorem utrumque accommoda.
P. 62 Varietas deinde codicum quantam solet in annorum et Olympiadum numeros inferre diversitatem, adeo ut Author idem a seipso nonnunquam dissideat, et dissentientes scriptores Librariorum corruptela faciat in concordiam venire? Quae de Clemente tractamus habet editio mea pag. 331.

Συνάγεσθαι τὰ ο' ἔτη.] Perturbatus sequentium dictionum sensus ex Latino Eusebii textu restitutus est.

Ἔτη λ'. λογισάμενος.] A 9. ad 38. triginta numerantur, maxime si nonus ille fiat 30. principium, et eius unitas prima.

Ἐπὶ τὸ κ'. ἔτος Κύρου.] A Persica nimirum, non a Babylonica tyrannide arrepta.

Κατὰ τὸ ιγ'. Ἰωσίου βασιλέως Ἰουδαίων.] Addit ex propriis Scaliger: *καὶ λς'. Ἀστυάγους.*

Pag. 228. *Ἐπὶ τὰς Ὀλυμπιάδας κατέφυγεν.*] Quod tum hic Olympiade 47. tum 65. lector experitur apud Eusebium. Quaestionem, Ecquid certior sit Chronologica, quae per Olympiades, quam quae per regum annos deducitur, subtiliter movet, et erudite solvit Nicolaus Abramus de principio et fine 70. hebdomadum Danielis.

Ἐπιλαθόμενος ὥσπερ ἑαυτοῦ.] Eius tamen nomine Chaldaeorum reges suis diagrammatibus disposuit Scaliger. Hoc est Eusebium fingere.

Εἰ καὶ ἐν ἄλλοις τι διήμαρτον.] Proprios errores, de quibus hucusque, Georgius animadvertit, at non castigavit.

Pag. 229. *Ἔτεσιν ϟ'. περιγράφεται.*] Vulgata Ezechielis 4. capite 390. exhibet: ubi diem pro anno Prophetae concedi Deus

ipse manifesta revelatione praedicit. Textus 70. Interpretum legit. εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν ἐνενήκοντα, καὶ ἑκατὸν ἡμέρας, prout cum Theodoreto Georgius noster exscribit. Annotat Polychronius. ἀλλ' ἔκδοσις περιέχει ἐνενήκοντα, καὶ ἑκατὸν ἡμέρας. Origenes de utroque numero. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ, scribit, τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχειν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἡμέρας· καὶ τὰ πλείονα δὲ ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας. ἀλλ' ἐπισκεψάμενοι τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις εὕρομεν τριακοσίας καὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας. Plura igitur exemplarium, quae vidit Origenes, numerum dierum vel annorum 390. legere, quaedam 150. rariora 190. Ultimum hunc observat Author, alium inferius exponit, primum omittit penitus, vel ignoravit.

Ὑπὸ Σαλμανασὰρ καὶ Ὡσηὲ πρώτης αἰχμαλωσίας.] Theglathphalasar et Phacee foederatos legimus 4. Reg. 16. et 2. Paral. 28. hostes nusquam. Salmanasar autem Osee bellum intulisse referunt haec ex 4. Reg. cap. 17. v. 3. *Contra hunc* (Osee) *ascendit Salmanasar rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa.* Servitutem istiusmodi vocat Author πρώτην αἰχμαλωσίαν, captivitatis primitias, et anno primo Osee mundi 4761. delibatam hic narrat. Alias sibimet adversatur, et Phacee annis 20. solis concessis ultimum Osee ad mundi 4761. et Achaz 12. coniicit. Dicta superius ad pag. 203. memoranda: nec Georgium varios et discrepantes numeros sequi vel proferre novum est.

Ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Ὡσηέ.] At mundi 4761. adiungitur Osee primus annus: Adaptat, ut potest, non plane conciliat numeros Georgius.

Ἕως τοῦ τρίτου ἔτους Ἰωακείμ.] Qui a mundi 4762. numeratis 120. est 4882. quo iuxta correctiorem Authoris calculum V. 57
Ioacim mundi 4880. ad regnum promoti tertium eiusdem Ioacim annum obtinemus. Notae ad pag. 217. sensum hunc exponunt. Consulendus Author in suis correctioribus tabulis, alias non sibi constat.

Εἰς τὸ κδ'. λέγει τοῦ Ναβουχοδονόσορ.] Hoc est in mundi 4912.

Pag. 230. *Ταῦτα δὲ μετὰ δέκα ἔτη.*] Mundi nimirum 4912. a quo ad Cyri primum 40. putantur anni, et ad quem alii novem priores post destructam anno 4903. civitatem interponuntur. Quam inconstans et varius in his calculis Georgius noster vix potest observari.

Ναβουχοδονόσορ λοιπὰ ιε'.] Solis in emendatis tabulis haec habent locum: alias facilius diceret Author a mundi 4912. quo post 150. annos a 4762. numeratos Israeliticae captivitatis memoratum Ezechieli numerum obtinemus, ad 4952. quadraginta complentur anni, numerusque 190. annorum relaxandae servituti promissus perficitur.

Ναβουχοδονόσορ κ΄. ἔτει, κόσμου δὲ ,δϡδ΄.] Nabuchodonosor annus vigesimus mundi 4908. illigatur, ex corruptis Authoris calculis. Aliam numerorum rationem profert Georgius *pag.* 225. litera D. et devastatam Hierusalem anno mundi 4903. recenset. Ad eum igitur mundi 4904. et Nabuchodonosor vigesimus comparantur. Errant porro quae scripta sunt in margine. *σημείωσαι ὅτι κε΄. τοῦ Ναβουχοδονόσορ.*

Τοῦ δὲ κόσμου ,δϡλα΄.] Chaldaeorum regum redundantem et erroneum calculum sequitur hic numerus. Correctionis indicem in marginem retuli. Lege sequentem marginis observationem.

Pag. 231. *Οὗτος τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ, Ἰεχονίαν.*] Prioris Chaldaeorum regis Evilad Merodach fastis praesens narratio ascribenda. *Factum est in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachim regis Iuda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis, sublevavit Evilmerodac rex Babylonis anno quo regnare coeperat, caput Ioachim regis Iuda de carcere.* 4. Reg. cap. 25. quare scribendum in textu *Ἰωαχεὶμ.* Eadem pag. praeeuntis lit. D. lecta.

Τοῦ δὲ κόσμου ,δϡκα΄.] *Ἐν ἄλλοις τι διήμαρτον. In quibusdam lapsus sum et peccavi:* scribit Author pagin. 228. C. Quam verissime. Quoad Medorum enim regum tempora, et deductam, ex eorum temporibus summam, septem integris annis hic peccat. Astyages, inquit, annis octo supra triginta regnavit, et a conditu mundi anno 4921. regnandi fecit initium: ad annum itaque 4958. regnum protraxit. En tamen ut Cyrus successor et invasor eius tyrannidis a mundi 4952. solio eum deturbat; quinimmo Georgius ipse octo et triginta annis eum imperasse frequenter repetens, annorum septem locum in mundi aetate praeripit. Dicemus Astyagi 31. duntaxat annos imputandos? In adversum occurrent communes Chronologorum voces, Eusebii maxime, Astyagis annos 38. contestantis, resistet Medis regibus et eorum imperio ab Arbace primo ad Astyagem ultimum ducentorum et septuaginta quinque annorum numerus, a mundi nimirum 4676. ad eiusdem 4951. ab ipso Georgio assertus infra pag. 359. quocirca Medorum alicui Principi annos septem indebitos incauta manu falso ascriptos non est ambigendum. Ac cum Aphaarti, quem Phraortem scribit Eusebius, a Georgio quinquaginta et unus, ab Eusebio soli 24. anni sint attributi, septem superfluos a Georgio concessos nullum periculum est suspicari. Illos idcirco rescindunt correctiores ad Authoris sententiam a nobis editae tabulae, quae cum Medorum regum annos in 275. summam colligat, repertam apud Eusebium regum eorumdem 252. homadem aliquot adhuc annis exsuperat.

Κατὰ μὲν τῶν μαθηματικῶν κανόνα ροέ.] Ita pag. 208. *B.* correctius legimus.

Κατὰ δὲ τὸν παρόντα ἐκκλησιαστικόν.] A Nabonasaro ad Astyagem annos 175. numerat Astronomicus Canon: ab eodem rursus Nabonasaro per Chaldaeos reges deducto numerandi ordine centum et duos supra nonaginta putandos demonstrat Ecclesiasticus Canon pag. 208. hoc pacto. Nabonasari 25. Nabii 8. Chinzeri et Pori 5. Ilulaei 5. Mardocempadi 12. Arceani 5. Interregni 2. Belithi 3. Aporanadisi 6. Iregibali 1. Messisimordaci 4. Interregni alterius. 8. Isarindeni 13. Saosduchii 9. Cineladani 14. Nabopalasari 21. Nabuchodonosor 43. Evilad Merodach 5. Baltasar 3. Astyagis 1. Summa 192. Verum de huiusmodi numerandi via non est Authori consideratio: sed de ea, quae ut a primo limite ab aera Nabonasari anno 4747. per Medorum reges procedit ad Astyagem anno 4921. ad regiam dignitatem vocatum, et a praefato Nabonasari exordio sive anno 4747. ad hunc usque terminum 4921. reperit Author 175. anno scilicet minus quam in Astronomico Canone. Hocque est apud Georgium Mathematicum Canonem Astronomico componi: verum Ecclesiastici Canonis (qui Chaldaeos et eorum reges respicit) nomine abutitur: quare non anno, sed 17. minus consentientem Astronomico declaravit. P. 68

Pag. 232. *Ὁ αὐτὸς καὶ Ἀρταξέρξης.*] Affinium nominibus in se translatis tam varie vocatus Astyages. Torniellus ad ann. 3456. Eum Esther uxorem duxisse vix Mercator et alii pauci cum Authore credunt. Chronicon. Alex. *τινές φασι τὸν Δαρεῖον καὶ Ἀστυάγην ἐπικεκλῆσθαι. Sunt qui censeant hunc Darium Astyagem vocatum.*

Ἀπὸ Ναβονασάρου ἔτη γίνονται σιγ´.] Ab aera Nabonasari ad Astyagis regni exitum Canon Astronomicus annos 209. numerat, Ecclesiasticus, pares: discrepent licet inter se, quod superioribus regibus spatio breviore concesso, Canon Astronomicus Astyagi solidos 34. annos, Ecclesiasticus prioribus eisdem dato uberiore tempore, Astyagis septemdecim a devicta Babylone ponendos sanciat: idem tamen Ecclesiasticus Canon Astyagi triginta et octo ascribendos existimat, ubi Medis uno supra viginti, tum Medis simul ac Babyloniis septemdecim imperantem inducit: unde fit, ut licet Astronomico Canone usus, cum iuxta Ecclesiasticum totos in Mediam et Babyloniam Astyagaei regni quispiam numerat annos, id est octo supra triginta, ultimus eorum a Nabonasari aera, 213. ceu metam attingit, quae in priori Astronomico ad 209. fixa videbatur. Haec Author in margine, cuius emendationes virgulis inclusae ex praemissis patent.

Pag. 233. *Τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δ϶νβ´.*] Qui felix faustusque Chronologico Georgii Syncelli textui eluceat Regio signatus colore, quo occurrentes hucusque Librariorum et operis ipsius errores emendentur vel amoveantur, et temporum ratio placido

velut fluxu procedens ex Authoris instituto desiderato restituatur ordini.

Pag. 234. *Πρὸ τῆς τελείας αἰχμαλωσίας ἔτεσιν κ'.*] Habes paulo superius enumeratos: Ioacim 8. Iechoniae 1. Sedeciae 11. summa 20.

Pag. 235. *Κῦρος οὗτος πολέμῳ τὸν Κροῖσον ἔλαβεν.*] Initi regni anno 15. a mundi natali 4966. Author inferius pag. 240. *A.*

Pag. 236. *Κῦρος Ἑλληνιστὶ ἐκαλεῖτο Ἀρταξέρξης.*] Iosephus Iudaic. Ant. lib. 11. cap. 7. ineunte. *Κῦρον, ὃν Ἀρταξέρξην Ἕλληνες καλοῦσιν. Cyrum, quem Graeci Artaxerxem nominant.*

Pag. 237. *Διὰ τὸ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἰωακεὶμ ἐκεῖσε ἀρχιερατεῦσαι.*] Ex scriptis de Iudith tempore sententiis, quae Babylonicam servitutem docet generosam illam mulierem antecessisse, ab Authore penitus omissa est, velut ab illis aetatis aliena ratione: quae Hierosolymorum clade posteriorem habent recensitae quidem, at ea solum retenta, quae Xerxi coaetaneam opinatur, cuius fundamenta praecipua Georgio memorata, ceu sedulo digna examine recudimus. Primum verbis propositis suggeritur. Xerxis patrem Darium anno 5028. in regno excipientis tempore, Ioacim Iesu filius, Iosedec nepos, Iudaico Pontificatu eminebat ab orbis conditi anno 5012. uterque vero, sacrum videlicet hic, ille regium munus ad annum mundi 5048. administravit, ut Author Iudaeorum Pontificum et Persarum regum proprio declarat laterculo, et nos ex ipso Chronologicis in tabulis exprimimus. Ioacim autem magnum Sacerdotem, bello Iudaeis
V. 58 illato, et Nabuchodonosor minis territum refert historiae Iudith quartum caput: Ipse est igitur Xerxes, Nabuchodonosor nomine indigitatus, cuius ducem Holophernem virilis animi mulier amputata cervice occidit. Quid? quod capite illo Iudith libri 4. Iudaeorum regem recenseri nullum, nullas eius vires, consilium, opem nullam referri, satis indicat, suppressa Iudaeos inter regia dignitate, administrandae provinciae potestatem universam, penes debilem plebis ducem, vel Pontificem tunc temporis stetisse: quocirca periculo Nabuchodonosor armis ingruenti remedium omne, non a rege, sed ab imbecilla senum turba et a Pontificis Ioacim industria repetitur. *Et fecerunt filii Israel, sicut praeceperat eis Ioacim summus Sacerdos, et Senatus universi populi, qui Hierosolymis residebant:* ita v. 7. Celebratum audis Ioacim et Senatus nomen, Xerxis vocem vel Persicum imperium desideratus non taceri, et Nabuchodonosor Assyriorum principem toties iactari, Holophernem principem virtutis Assur, Assyriorum copias, arma, socios, bella toties non inculcari tota Iudith historia peroptares. Verum cum unum tunc fuerit Persarum et Assyriorum imperium, usitatiore sibi voce Persicas vires declaravit Scriptura. Hebraeis ab antiquo nota fuerat Assyriorum potestas, notus et probatus hostilis eorum animus: iam cum ho-

stiliter ac fortiter reliquias Hebraeorum aggrediuntur Persae, Assyrios, ceu vetustos et expertos hostes appellant Hebraei, quo usu Romana dictio principes olim nominabat Caesares, et illato ab exteris bello, vel etiam excito civili tumultu, Annibal ad portas, nullus sit Annibal licet, inclamat Latina paroemia. Nabuchodonosor igitur Hebraeis putatus est quilibet princeps hostis, et Persarum imperium Assyriaca ditione locupletatum et auctum, non insolenter Assyriorum regnum appellatur Esd. 1. cap. 6. v. ult. *Fecerunt solemnitatem septem diebus in laetitia, quoniam laetificaverat eos Dominus, et converterat corregis Assur* (70. *βασιλέως Ἀσσυρίων*) *ad eos* etc. Hic porro non alius quam Persarum dominus: Nam et Cambysem secundum Nabuchodonosor ab Hebraeis vocatum Chrónicon Alexandrinum testatur pag. 338. eademque ratione tertius vel quartus Xerxes denominari potuit. Aliud fundamentum exponit Author seqq. verbis.

Ὁ γὰρ αὐτὸς Ξέρξης Αἴγυπτον ἀποστᾶσαν.] Istiusmodi defectionem obscure suggerit Iudith caput primum: memorat Suidas verbo *Ἰουδήθ*: narrat Herodotus temporis illius scriptor lib. 1. Hinc tam vehemens ultionis libido eius animis incussa: Iudith cap. 2. *ἐγένετο λόγος ἐκδικῆσαι πᾶσαν τὴν γῆν. Mens ei fuit, quod defenderet, quod ulcisceretur se de omnibus regionibus istis:* hinc Satraparum regnique coacta comitia, exercitus vocati, bella undique denunciata, et in Iudaeam primae acies effusae, vel quod Iudaea Aegyptiis desertoribus conniveret, vel quod spe libertatis, Persis in Medos priores perduelles arma moventibus belli sociam adiungere se neglexisset, et Arphaxad Medo Persarum imperium detrectante, ipsa servitutis impatiens iugum pariter excutere tentasset. Haec aliquae apud Herodotum extantia, et mirum in modum historiae Iudith consentientia, contulit ad invicem inter recentes scripturae et historiae sacrae interpretes eruditus Nicolaus Abram in Veteris Testamenti Pharo.

Ἐν τῇ τῆς Ἰουδὴθ βίβλῳ.] Plura sacri illius libri testimonia Iudith tempus reparato templo Iudaeisque postliminio revocatis posterius asserunt. Cap. 4. v. 2. *Tremor et horror invasit sensus eorum, ne hoc faceret Hierusalem et templo Domini.* Graecus textus dilucidior: *καὶ περὶ Ἱερουσαλὴμ*, inquit, *καὶ τοῦ ναοῦ κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ἐταράχθησαν, ὅτι προσφάτως ἦσαν ἀναβεβηκότες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. Et de Hierusalem et de templo Domini Dei sui turbati sunt, quia recens ascenderant a captivitate, et νεωστὶ πᾶς ὁ λαὸς συνελέλεκτο: nuper omnis populus fuerat congregatus.* Cap. 5. v. 22. *Ante hos annos cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt praeliis a multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant adunati sunt.* et cap. 8. *Non sumus secuti peccata patrum nostrorum,* P. 64

qui dereliquerunt Deum suum, et adoraverunt Deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium etc. cum videlicet abducti in captivitatem, ad idolorum cultum deinceps non *deflexerunt:* Prius itaque corrupti cultus rei, *Dati sunt in gladium, et in rapinam, et in confusionem inimicis suis:* Demum Iudith virtute a periculo imminente liberati, nullum exterum regem experti sunt, *qui perturbaret Israel, et post mortem Iudith annis multis:* donec Antiochorum tyrannis eos afflixit vehementius. Addenda in hanc eandem mentem ab Authore inferius exposita pag. 251. A.

Ὁ ἐκ τῆς δούλης ἔτη μδ΄.] Scaliger cum Eusebio ἔτη λδ΄. sequenti quoque Tarquinio 35. ascribit pag. 42. verum ex Eusebio Hieronymi, cuius calculos frequentius deserit, prout utriusque facta comparatio declarat.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵δϡιγ΄.] Tarquinius Priscus ab orbis conditu 4876. regnavit annis 37. ad vulgarem itaque correctum 4913. a quo Servius Tullus regnum orditur.

Τινὲς βούλονται.] Signat Chronicon Alexandrinum pag. 84. et seqq.

Ἐπὶ τὸ κδ΄. ἔτος.] Vertentem et absolutum.

Ἔτη μὲν γίνονται σκϛ΄.] Tarquinii Superbi quartus supra vicesimum mundi 4980. reperit incidentem: adeoque Romae conditu ad mundi 4755. prave scripto pag. 195. B. nil *mirum si* ad regifugium usque soli σκε΄. hoc est 225. videantur desiderari, qui ex privatis regum summis a mundi 4754. ad 4981. numerantur 227. Haec homas omnium, quas Historici regibus Romanam urbem administrantibus assignent, minima est. Studium omne supremamque diligentiam in ea ad diem usque ultimum constituenda posuerunt Sigonius et Onufrius, quos imitatus omni litterarum genere excultus Petavius lib. 10. de Doct. Temp. cap. 21. ex eis et aliis Romanarum rerum scriptoribus, quod humanum vaenari potest ingenium suo labore et industria totum assequitur. Quoad Authorem observo. 1. Regno Romuli communi Historicorum suffragio annis 38. attributis, eius anno 13. Romam fundatam referre, adeoque ab eius conditu solos 25. annos ex eo recensendos. 2. Numae quadraginta et unum, tum hic, tum apud Eusebium numerari, unicus tamen ille quadragesimum superans, interregnum post ereptum Romulum et Numam regem proclamatum apud alios emetitur. 3. Anco Martio solos 23. et Tarquinio 37. tribui. Ex quibus fit, ut cum plerique Chronologi, (inter quos reperias Eusebium) Romae conditum a primo Romuli anno recenseant, tum Anci Martii annos 24. et Tarquinii Prisci 38. numerent: propriam summam quindecim annis Syncellianam superare videant. Solis quatuordecim excedit hanc Eusebiana: tredecim nimirum ex Romuli regno, et altero ex Servii Tulli Tarquiniique tempore collectis: horum quippe spatium est apud Eusebium 69. apud Syncellum 68. annorum.

Pag. 238. *Θαλῆς θνήσκει.*] De quo Chronic. Alexandr. *Θάλης ὁ Ἐξαμίου* (sic enim legendum) *Μιλήσιος πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος ἀπέθανεν ζήσας ἔτη ϟα΄.* Sic ad annum 4. Olymp. 55. Eusebius ad 35. *Thales Milesius Examii filius primus Physicus Philosophus agnoscitur, quem vixisse aiunt usque ad* 58. *Olympiadem.* *ὑπὲρ τὰ ρ΄. ἔτη* scripsit Author pag. 213. C.

Θέογνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο.] Addit Scaliger pag. 42. *Πυθαγόρου διδάσκαλος:* in quae observat Not. pag. 257. *Duo ultima non convertit Hieronymus.* Quia non habuit Eusebius: nec habuisse iudicio est quod Georgius non exscripsit.

Φερεκύδης ἐγνωρίζετο Πυθαγόρου διδάσκαλος.] Pherecydem Pythagorae magistrum agnoscit Author cum Eusebio: suffragatur Suidas. De Pisistrato Eusebii et Georgii scriptis memorato nulla in Scaligero mentio: quod ultima duo pericopes huius verba aliis *Θέογνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο* prave adiunxerit: unde ille causatus Hieronymum: *haec duo ultima* scripsit, *non convertit Hieronymus.*

Ἄγλωττον δὲ καὶ Λέαιναν.] Ex Leaenae exemplo, et Berosi V. 59
quoque statua linguam inauratam gerente statuas ore hiante positas colligit Scaliger Animad. pag. 257. quo statuas antiquitatis reliquias se nullatenus animadvertisse significat. Non inducat igitur *ἔθος*, quod Leaenae privatum *πάθος*, et singulare Berosi *ἦθος.*

Ἔτη λζ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵δωπδ΄.] Argaeus Philippi praecessor anno mundi 4852. regnum accipit ex pagin. 213. A. tenuit annis 32. ad annum videlicet 4884. quo Philippus succedit: hic ut a 4884. ad 4921. procedat, annos 37. numerare debet.

Ἀερόπας ἔτη κγ΄.] Scaliger perverse *μγ΄.* Eusebio Latino 26. numerante, Philippi 38. Alcetae 29. Haec est eius in Eusebium summa fides, qui nec eius ordinem in scriptis, nec in temporibus numerum servat.

Οἱ Χαλδαῖοι δεδιότες.] Quasi qui planus est Authoris sensus, foret imperfectus; stigmate dictioni *ἀνέζευξαν* apposito Scaliger subiunxit *ἐπολιόρκει δὲ αὐτὴν* . . . . .

Pag. 239. *Ἔκλειψιν ἡλίου σύμπασαν προεῖπεν.*] Scythis a Medorum rege Cyaxare deficientibus ad Alyattem, haud ferendam iniuriam Cyaxares ratus, bellum in Alyattem movit, eoque iam sex annos protracto, cum acie denuo instaurata, Medi Lydique manus conserere pararent, ingruens subito solis deliquium exercitus utrinque deterruit, et ad pacem ineundam compulit: ea conditione firmata est, ut Alyattis filia Ariena Cyaxaris filio Astyagi locaretur. Ex Ariena suscepit Astyages filiam Mandanem, ex Cambyse Persa Cyri matrem, cuius historiam fuse prosequitur Herodotus toto lib. 1. Defectionem illam solarem vocat Author *σύμπασαν ex integro*, et Herodotus repentinae noctis causam. Plinius Solinus Eusebius et Scaliger Astyagis regno eam

ascribunt. Plinius ad annum 4. Olymp. 48. Solinus ad Olymp. 49. Eusebius ad Olymp. 48. annum 2. Scaliger ad eiusdem *Olymp.* tertium revocant: cuncti ante susceptum a Cyro imperium 26. 27. 28. vel ad summum 29. annis, qui ex Astyagis et Arienae coniugio tum firmato, vel si velis inito, suscipiendae Mandani, et Cyro ex Mandane nato ad virilem aetatem, qua debellavit avum Astyagem, provehendo nullatenus sufficere iudicantur. Petavius lib. 10. de Doct. Temp. cap. 1. in Olympiadis 45. annum 4. eclipsim illam reiicit, et Cyaxare regnante, ex Herodoti et Eudemi dictis et Astronomicarum tabularum observationibus acci-
P. 65 disse contendit: cuius calculi ea de causa probantur certiores, quod a primo defectus illius limite, ad Cyri tempus 40. circiter annos, tum Mandani coniugio maturandae, tum Cyro ad virilem aetatem deducendo, numerent. Quantaecumque vero aliae contigerint eclipses circa id tempus, ad eam quae Eusebio ad annum Abraham 1430. vel hic Authori memorantur, nusquam spectant: una est enim, eaque *σύμπασα* a Thalete praedicta.

Ἀστυάγης Λυδοὺς κατεπολέμει.] Vivente nimirum patre Cyaxare, cuius auspiciis militabat; sumpta vero in coniugem Ariena, Medos inter et Lydos foedus initum est, quod eo usque sacrum mansit et inviolatum, donec vindicando Astyagi a Persis regia sede depulso, filius Alyattis Croesus in Cyrum arma movisse narratur.

Ἀβάρεις ἦλθον.] Verborum istorum laudanda Scaligeri correctio: *Ἄβαρις ἦλθεν:* de Abari namque homine privato, de quo Suidas V. *Ἄβαρις*, non de Avaribus Scythico populo est Authori sermo. Ob dictionum *Ἄβαρις* et *Ἀβάρεις* affinitatem quodque suo tempore Avarum gens Romanum imperium armis incursaret, ab una transiit in aliam Librarius; et ut hallucinatum se fateretur et proderet aptius, marginalem apposuit observationem: *σημείωσον περὶ Ἀβάρων.* Eusebius Latinus ad Olympiadem 54. *Abaris de Scythia venit in Graeciam:* de Avarum gente late Cedrenus, et nos in observationibus ad eum editis.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος.] Textus corruptione vitiatus hoc pacto emaculandus. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ὀλύμπια ἀθλήσειν μέλλων, ὑπὸ παίδων ἐκρίθη πρὸς πυγμὴν ἁπαλός· προβὰς δὲ τοὺς ἄνδρας ἐνίκα.* Aliter interpolat Scaliger. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ὀλυμπιάσι ἐξεκρίθη παίδων, ὡς ἁπαλὸς, προσβὰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκα.* Adolescens fuit adeo vili aspectu, ut viribus quantumvis praestans, ad puerile certamen a pueris, ceu infirmus, non admissus, ad viros progressus, et cum eis congressus victor evaderet.

Ἀῤῥαχίων Φιγαλεύς.] Historiam nonnihil obscuram fusius et dilucidius refert Pausanias in Arcadicis. Tulit Arrachion palmas duas e superioribus Olympiadibus, et quartam supra quinquagesimam, tum iusta eorum qui ludis praesidebant sententia, tum virtute sua oppido, quam insignem meruit. Cum enim victis

aliis adversariis, unus quo cum de oleastro certaret, relictus esset, ille eodem impetu, et pedibus praeventum Arrachionem incinxit, et manibus collum obstrinxit: Eius digitum Arrachion pedis infregit, et dum strangulatus iam animam ageret, prae digiti dolore, adversarius eodem temporis momento corruit. Elaei itaque Arrachionis cadaveri victoriam et coronam praeconis voce adiudicarunt. Haec ille. Author Arrachionem ideo coronam adeptum iudicat, quod antagonista posterior animam emisisset.

Τοῦ ἀνταγωνιστοῦ κλωμένου τοῦ ποδὸς ὑπ' αὐτοῦ.] Legit corrupte et mutile Scaliger pagina 42. *ἀνταγωνιστοῦ Κλεομένους τοῦ. . . . . . ποδὸς ὑπ' αὐτοῦ.* Unde Arrachionis Antagonistam vocet Cleomenem, et quid in lacuna desideret, ipse edisserat, vel lumen meridie quaerat: alioqui planus est M. S. textus, et frustra torquetur in Notis.

Σιμωνίδης ἤκμαζεν.] Hunc et sequentem articulum Eusebius ad 55. Chronicon Alexand. ad 53. Olymp. revocat.

Ἡ Λυδῶν βασιλεία.] Quod Petavius libro 10. de Doct. Temp. cap. 5. desiderat, Lydorum videlicet regni notitiam quoad finem et primordia, Syncellus exponit.

Pag. 240. *Κροῖσος κατὰ Κύρου στρατεύσας.*] Ex his quae placent summa decerpit Scaliger pag. 43. ad marginem a Librario notata in fictum Eusebii textum intrudit: et ad rectam prosodiam ab oraculo prolatum carmen exscribit.

Κροῖσος Ἄλυν διαβὰς μεγάλην δύναμιν καταλύσει.

Κύρου τῶν Περσῶν ἔτει ιε'.] Ex Chronologicis tabulis probanda emendatio, ut et sequens, qua ,εϡϛ'. vice ,ε. . . . . . substituitur, nec non tertia, qua quis mundi fuerit annus Ioacim Pontificatu consecratus ex solo praecessoris Iesu filii Iosedec annorum aspectu coniicitur.

Καμβύσης κατὰ Ἰώσηππον.] Haec referre, non asserere Authorem docet proprius eius computus.

Ἀπὸ Ναβονασάρου ἔτει σμβ'.] σλϛ'. id est 236. duntaxat repono. Aera siquidem Nabonasari anno mundi 4747. affixa, solos 236. annos postulat addendos, ut deinde 4983. reddat. Alias anni 242. aerae Nabonasareae adiuncti, annum Cambysis 6. ex Iosephi (ad cuius dictum haec apponitur nota) calculis ultimum attingunt.

Pag. 245. *ϟα'. ἔτη εἰσίν.*] A Nabuchodonosor 19. ad Darii Hystapsis secundum, unus et nonaginta numerantur anni hoc pacto. Reliqui Nabuchodonosor 24. Evilad Merodach 5. Niriglesari 3. Astyagis 17. Cyri 31. Cambysis 8. Fratrum Magorum unus, Darii Hystapsis duo. Summa 91. non ut imperite Librarius 83.

Pag. 246. *Ἔτη εἰσὶ ρι'.*] Alter error Librarii septem, quam par esset, minus scribentis: ργ'. nimirum non ρι'. Calculis error convincitur: ac ex superiore quidem nota ab excidio Hierusalem

ad Darii secundum, unus et nonaginta habentur anni: ab excidio retro versus Ioacim alii viginti: octo nimirum Ioacim Iechoniae secundi unus, et Sedeciae undecim. Omnium summa decem ac centum.

Pag. 247. Ἀμύντας ἔτη μβ'.] Scaliger, nec Syncello 42. nec Eusebio 50. scribenti assentitur: et μθ'. 49. reponit.

Οὗτος ἔδωκε Πέρσαις ὕδωρ καὶ γῆν.] Ac eorum se submisit imperio. Illi etenim exteris, ni terram et aquam pararent, bel-
V. 60 lum inferebant. Iudith cap. 2. v. iuxta Graecam litteram 5. Nabuchodonosor, alias Xerxes Persa praecipit Holopherni. *ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἑτοιμάζειν μοι γῆν καὶ ὕδωρ: renunciabis illis ut mihi praeparent terram et aquam:* idem misit Caduceatores in Graeciam *αἰτήσοντας γῆν καὶ ὕδωρ: qui peterent terram et aquam.* Herodotus.

Φιβαλισχάδας.] Quam importune merces proclamitet Scaliger, et putide se iactet, ipsa eius verba declarant. *Reliqua,* inquit Not. pagina 258. *huius pericopes omisit Hieronymus, quia obscura:* et inferius: *Quia, inquam, obscurus locus visus Hieronymo, propterea ab eo omissus.* Haec Scaligeri in Hieronymum reverentia, ut paroemiarum nugas et vaenalitiariarum formulas ignorasse frequenter in suis animadversionibus expostulet. *Omisit Hieronymus.* At si non constat Eusebium scripsisse, cur omisit Hieronymus? Scripsit Georgius Syncellus: an ideo scripsit Eusebius? Quam diversa Hieronymus omisit clara, patentia, scitu digna, quae placuit omisisse, ne caricis nugit et Grammaticulorum argutiis deprehenderetur acutius, quam utilius attendere? Quam vero reconditiore Parnassi specu Musarum mystes promet doctrinam ad quam Hieronymi caligent oculi? Ficus, ait, vidit Xerxes, *φιβάλεις* eas vocant, iuravit non gustaturum, quin terram eas proferentem subditam armis redderet. Hinc bellum *δι' ἰσχάδας συστάν. Haec obscura Hieronymo, propterea ab eo omissa.* Clariora forsan quae Scaliger interpolat, vel potius dissuit: *ὁ Μηδικὸς πόλεμος διὰ Φιβάλεις ἰσχάδας;* Quod sequitur autem *Φίβαλις δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς*, nec exposuit, nec quid in eo profundioris sensus latet, exposuit: et ut verba reddamus:
P. 66 Haec obscura Scaligero: propterea ab eo omissa. Plana reddit et clara Dicaeopolis apud Aristophanem suem sive puellam interrogans:

Δι. χοῖρε, χοῖρε. Κο. κοῖ, κοΐ.
Τρώγεις Φιβάλεως ἰσχάδας; Κο. κοῖ., κοΐ.
Τί δαί, σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν; Κο. κοῖ, κοΐ.

Di. Porce, porce. Pu. Coi, Coi.
Di. Comedisne Phibali natas ficus? Pu. Coi, Coi.
Di. Itane ficus comedis? Pu. Coi, Coi.

Scholiastes in haec. *Φίβαλις τόπος Μεγαρίδος, ἄλλοι Ἀττικῆς. ἀμφιβάλλεται γάρ. γένος δὲ συκῆς ἐπιτήδειον εἰς ξηρασίαν ἰσχά-*

δων. *Est Phibalis locus Megaridis, et ut alii volunt Atticae. Est quoque Phibalis ficuum genus, quod exsiccetur idoneum.*

Ἐν Ῥώμῃ Κλαρίων ἀγών.] Ἀγὼν ἑκατονταετὴς celebratus, dictione *Κλαρίων*, vice *Σεκουλαρίων*, per apocopen sumpta, Saeculares ludos concipiendos monet. Vox *Κλαρίων* barbara Graecis facta, multo barbarior Latinis, quasi deformitatis adiecto foenore, reddita in his Eusebii Latini ad Olympiadem 81. *Romae Clarior agon centenarius primus actus.* Τὸ, πρῶτος Scaliger pag. textus 43. dissimulavit, redditur tamen a Hieronymo in Latina versione.

Ὁ τῆς Ἥρας ναὸς ἐπρήσθη.] Eusebius Latinus. *Templum Iunonis quod Argis fuerat, incensum.*

Pag. 248. *Μέλισος φυσικὸς ἐγνωρίζετο.*] Vox corrupta *Μιλήσιος* ab hoc commate describendo Scaligerum deterruit. Correxit Eusebius ad Olympiadem 84. scribens. *Melissus Physicus agnoscitur:* aliam quoque vocem *Καλπῶν* in *Καμπανῶν* restituendam monet his verbis. *Gens Campanorum in Italia constituta.* Habet quoque Chronicon Alexand. Olympiad. 102. *Καμπανῶν ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ συνέστη.*

Ῥοῦφος *Λάργιος*.] De quo Pontacus abunde in Notis.

Πανίασος.] Ita restitui ex eius observationibus. Panyasim scribit Eusebius Latinus.

Ἰωακεὶμ υἱὸς Ἰησοῦς δεύτερος.] Ad rerum prophanarum calcem, nulla discriminis nota apposita coniecit haec Scaliger textus pag. 43.

Ἑπτακαιδέκατος ἀπὸ Ἀαρών.] Plures numerandos per mille ducentos et amplius annos quam septemdecim Pontifices brevissima cuiusque hominis vita compellit. Latercula omnium iuxta Scripturam Hebraeorum Chronicum et Iosephum exhibet Petavius lib. 10. de Doct. Temp. a cap. 47. ad 57. Successionem rursus ad calcem operis apertissimam fol. 368.

Pag. 249. *Εἰκοστῷ ἔτει Ἀρταξέρξου.*] Aliter redditur apud Scaligerum. *εἰκοστῷ ἔτει Ἀρταξέρξου τοῦ Μακρόχειρος ἀρξαμένου τοῦ ἔργου, καὶ τελειωθέντος κατὰ τὸ λβ΄. ἔτος, ὡς ἱστορεῖ ἡ τοῦ Ἔσδρα γραφή· ἐπεὶ ἀρχιεράτευσεν ἔτη . . . . Μετὰ δὲ Ἰωάννην ὁ κατὰ Ἀλέξανδρον γενόμενος ὕστερον τὸν Μακεδόνα.* pag. 43.

Ἰωδαὲ υἱοῦ Ἐλιασίβ.] Pontificum istorum catalogum Neemias digessit cap. 12. *καὶ Ἰησοῦς ἐγέννησε τὸν Ἰωακὶμ, καὶ Ἰωακὶμ, ἐγέννησε τὸν Ἐλιασίβ· καὶ Ἐλιασὶβ τὸν Ἰωδαέ· καὶ Ἰωδαὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωνάθαν· καὶ Ἰωνάθαν ἐγέννησε τὸν Ἰαδδοῦς. Et Iesus genuit Ioacim: et Ioacim genuit Eliasib: et Eliasib genuit Iodae* alii pronunciant Ioiadam, Iosephus lib. 11. Ant. cap. 7. Iudam.) *Et Iodae genuit Ionatham* (Ioannem cum citato Iosepho vocat Author) *et Ionatham genuit Iaddus*, qui Alexandrum Macedo-

nem extremam cladem Iudaeis inferre paratum, obviam factus placavit.

Ἔτη λβ'.] Numerus in lacuna desideratus ex seq. *pag.* 254. D. redditus.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Καισαρεύς.] Ita Hieronymi versio ad annum Abrahae 1606. et 1983. Quare citatio marginalis lineis superioribus adiungenda.

Pag. 250. *Μᾶλλον δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἰουδήθ.*] De Iudith gestis et eius tempore Author egit in superioribus pag. 236. et 237. et nos ad locum eundem.

Pag. 252. *Ὅτι αὐτὸς ἱερατεύσας.*] Quod alii *Sacerdotem*, ego *Pontificem* gessisse, quod in eam mentem Author propendeat, nec nisi maiorum abductus authoritate relinquat, reddere non sum veritus. Perspicacius porro sequentia intuito loci, in quo nonnihil desideratur, emendatio in hunc modum disponitur. *αὐτὸς Ἔσδρας*, etc. *ἀρχιερατεύσαντα, χρόνοις Νεεμίου τοῦ οἰνοχόου τοῦ Ἀρταξέρξου τούτου ἀναβάσεως μετὰ ιγ'. ἔτη.* interpretatio vero *praecessorem* non *successorem* exigit.

Pag. 253. *Οὐκ ἂν ἐσιώπησεν αὐτόν.*] Neemiae nimirum scripta Esdram *Sacerdotem*, sive *Pontificem* non memorant.

Λυσίας καὶ Ἰσαῖος.] Decem rhetoribus annumerati: de quibus Suidas.

Pag. 254. *Σουσουνία.*] Suniam vocat Eusebius ad annum Abrahae 1564. aliam de qua paulo inferius Pompiliam: Phrinicum etiam scribit, qui hic Punicus audit.

Δήμαρχοι ἐν Ῥώμῃ.] Locus a Scaligero emendatus. Eusebius ad Olympiadem 83. *Tribuni plebis et Aediles Romae creati, Consulibus eiectis.*

Ἀρχιερεὺς δ' Ἰωδδάε.] Pontificem hunc praeteriit Scaliger pag. 44.

Pag. 256. *Ὡς δὲ ἕτεροι εἰς Μακεδονίαν.*] Inter quos Chronicon Alexandrinum pag. 396.

Ναρσῆς Ὤχου ἀδελφός.] Scaliger *ιγ'. Ὦχος εὐδαί.* . . . . An non Ochus etiam Scaligero duodecimus Persarum Rex? Quis iste *ιγ'. Ὦχος εὐδαί.* . . . . . Errandi fortassis causa fuit ille Librarii *Ναρσῆς*, qui emendate *Ἄρσης*, vel ut aliis placet *Ἀρσᾶς*, vel denique *Ἀρσάμης* scribitur. *Ἀρμουσάμην* hoc tantum loco a se lectum observat Animad. pag. 258.

Χουσαῖον.] Scaliger pag. textus Euseb. 45. reponit *Χουτταῖον:* Iosephus *Χουθαῖον* vocat, *Οὐρανίτην* Neemiae caput ult. v. 28. Horonitem ex Hebraico textu vulgata.

Αἰγυπτίων κδ'. δυναστεία.] Verba haec frequentius repetita et nonnulla alia Scaliger expungit pag. 45.

Pag. 257. *Τέταρτος μῆνας ἔτη δ'.*] Reliqua reges Aegypti spectantia scatent mendis in MS. quare Latino Eusebio usus, prae-

fatorum regum aetates interpolandas censeo, et ad interpolatas versionem accommodandam.

Αἰγυπτίων κθ'. δυναστεία τέταρτος Νεφερίτης μῆνας δ'. τοῦ δὲ κόσμου ͵ερισθ'.

Αἰγυπτίων λ'. δυναστεία Σεβεννυτῶν τριῶν, ὧν πρῶτος Νεκτανέβης ἔτη ιη'. τοῦ δὲ κόσμου ͵ερκ'.

Αἰγυπτίων λα'. δυναστεία δεύτερος Τεῶς ἔτη β'. τοῦ κόσμου ͵ερλη'.

Αἰγυπτίων λβ'. δυναστεία Νεκτανέβης ἄλλος ἔτη ιγ'. τοῦ δὲ κόσμου ͵ερμ'. Emendationis ita componendae argumentum in operis pene limine, quo de Dynastiis Aegyptiorum sermo, praemissum est: reliqua Eusebii, vel Authoris ipsius verbis fundantur. 1. Vox quidem *μῆνας*, quamvis Grammaticae ritu nonnunquam
propria, et apud Aegyptios viri nomen aestimetur, hic nihilose- V. 61
cius appellativae fungitur officio, et ad *Νεφερίτης*, vocabulum, quod aiunt, proprium nonnihil spectans significat, Nepheritis nimirum aetatem: quare tum ab Africano pagina 76. B. tum ab Eusebio pag. 77. A. *Νεφερίτης μῆνας δ'.* menses 4. Nepherites regnasse asseritur. 2. Sequitur utroque loco Sebennytarum trium regum Dynastia tricesima, cuius primus Nectanebo, alias Nectanebes: eius iterum annos ex Eusebio p. 77. requirentibus, decem assignantur, ab Eusebio Hieronymi Latino, et ex Africani loco citato scriptis octodecim referre nunciatur: quae, reor, fuit occasio, ut Georgio annos 18. eidem assignante, Librarius incaute solos octo reliquerit exaratos. Nectanebis itaque numerentur 18. anni a mundi 5120. ad eiusdem 5137. quo obeunte decessit:
3. Succedit Teos Sebennyta secundus, cuius anni duo codicibus P. 67
cunctis extant, quos annis mundi 5138. et 5139. absumit: 4. Pone advenit Nectanebo alter, Sebennyta tertius, cuius annos 18. pronunciat Africanus pag. 77. B. Eusebio eiusdem pag. litera D. ad octo duntaxat eos coarctante, quamvis Eusebius idem Latina lingua Hieronymi labore donatus ex Africani computo scribat pariter 18. Eos porro numeros Georgius suo Chronico abdicet necesse est, et tredecim attribuat, a communi videlicet mundi 5140. ad 5152. quo regni tertium a mundi 5150. Persarum Rex Ochus numerabat. Hic enim Ochus est, qui duobus ante mortem annis Nectanebum eiecit, et in Aethiopiam fugere coegit: adeoque anno 5154. mortuus, anno 5152. post regni annos 13. Nectanebum solum vertere compulit, scribente Georgio pag. 256. A. *Ὦχος κρατήσας Αἰγύπτου δύο ἔτη ἀναιρεῖται.* Caeterum Georgius ipse computum hunc planissime digessit superius pag. 53. A. A vulgari quippe creati orbis anno 2776. ineunte fundatis Aegyptiorum Dynastiis, post annos alios 2365. Nectanebum regnasse scribit: utique mundi 5140. ea quippe summa est, quae ex 2775. et 2365. una iunctis redditur. *πρὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀρχῆς*, inquit, *ἔτεσι ιϛ'. ἐγγὺς*, ante Alexandri, dico annum pri-

mum mundi 5156. ex pag. 260. repositum. Nec me moratur, quod pag. citata 53. annum 5141. statuat Author Nectanebo limitem primum: annos enim 2365. post Adami 2776. numerare coepit, quos ab ineunte et post 2775. emetiri congruebat.

Δι' Ἀσπασίας πόρνας δύο.] Prave reponit Scaliger. *δι' Ἀκασίαν πόρνην Β· καὶ στείλας μετὰ Μεγαρέων ἀστυγειτόνων Ἀθηναίοις.* In notis deinde pag. 58. Scribendum, inquit, *δι' Ἀσπασίας πόρνας δύο.* An non ita prius scriptum? Ut quid insuper *τὸ μετὰ*, vice *κατὰ*, substituitur, nisi ût duabus duntaxat vocibus, *στείλας* loco *στήλας*, et *ἀστυγειτῶν*, *ἀστυγειτώνων* vice textus infectus, magis ac magis vitietur?

Ἀστυγειτόνων.] Megarensium Peloponnesiorum nomina cippis duobus in Atheniensium arce insculpta capitis mulctam reis minitabantur. Thucydides lib. 6.

Σκιπίων Ἀφρικανός.] Ex Chronico Alexandrino haec excerpta verbo tenus. Legit tamen illud *Δικτάτωρ*, et a voce *τὴν χώραν* exprimenda abstinet. Raderus interpres versionem ex Graeco emendat, et in margine adponit pag. 394. *Ab Africa nomen tulit.* Quae de Helice, et Bura narrantur paulo superius Chronici sunt eiusdem, et Eusebii ex parte.

Σωκράτης σοφιστής.] Placet Scaliger pag. 46. legens *Ἰσοκράτης*, qui *σοφιστὴς* extitit.

Πόλιδί τινι παρ' αἰτίαν.] Emendationis author Scaliger.

Ἐν ᾗ μεταμεληθεεἰς.] Idem *ἐν νηῒ μεταμεληθεἰς.* Inepte.

Pag. 261. *Ἑλλήνων βασιλείας.*] Dignoscit haec ab Eusebio aliena: quae sequuntur *Ἀλεξάνδρεια ἡ κατ' Αἴγυπτον*, propria pag. 47. Haec alia rursus. *Σπουδὴν θέμενος τὸ ͵ερο'.* etc. subodoratur non esse Eusebii: quae paulo inferius, *μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας*, etc. in Eusebianum textum adducit.

Ἀπὸ ἑβδόμου ἔτους Ἀλεξάνδρου.] Non quo Macedonico regno successit, sed quo devicta Persica reliquisque Orientis regionibus subactis, per orbem ferme universum Macedonici limites imperii extendit. Comparanda haec cum inferius scribendis ab Authore pag. 308. D. et 310. C.

Τῷ αὐτῷ ἔτει.] A mundi conditu 5164. obeunte Darii anno 4. cuius regno dedit exordium iniens annus 5159.

Ἀπὸ Κύρου ἕως Δαρείου.] Cyrus regnum init a conditu mundi 4952. interficitur Darius anno 5164. post suscepti regni anno 5159. sex alios annos: ab exordiis igitur Cyri ad Darii obitum 212. annos numerabis.

Σπουδὴν θέμενος τῷ ͵ερο'.] Erras Georgi: hallucinatum te proprii convincunt calculi, Macedonum videlicet regum latercula pag. 262. posita. In illis ab anno post creatum orbem 4701. regnat.

1. Caranus annis 30. ad annum 4730.
2. Coenus annis 28. ad annum 4758.

3. Tyrimmas annis 45. ad annum 4803.
4. Perdiccas annis 48. ad annum 4851.
5. Argaeus annis 32. ad annum 4883.
6. Philippus annis 37. ad annum 4920.
7. Aeropas annis 23. ad annum 4943.
8. Alcetas annis 28. ad annum 4971.
9. Amyntas annis 42. ad annum 5013.
10. Alexander annis 44. ad annum 5057.
11. Perdiccas annis 23. ad annum 5080.
12. Archelaus annis 14. ad annum 5094.
13. Orestes annis 3. ad annum 5099.
14. Archelaus annis 4. ad annum 5101.
15. Amyntas anno 1. ad annum 5102.
16. Pausanias anno 1. ad annum 5103.
17. Amyntas annis 5. ad annum 5108.
18. Argaeus annis 2. ad annum 5110.
19. Amyntas annis 12. ad annum 5122.
20. Alexander anno 1. ad annum 5123.
21. Ptolemaeus annis 3. ad annum 5126.
22. Perdiccas annis 6. ad annum 5132.
23. Philippus annis 23. ad annum 5155.
24. Alexander M. annis 12. ad annum 5167.

Ad ultimum Alexandri annum anno 5170. figendum tres anni desunt. Aut Caranus ergo propriam Macedonum regum aeram antevertit; aut e regum aetatibus tres incaute numeranti exciderunt anni. Restituit eos Diodorus pag. sequenti et Argaeo nominis istius primo duos addit, Orestique unum. Philippus ex adverso nominis primus a Diodoro licet solos quinque supra triginta recipiat annos, duos insuper sibi vindicare suo loco visus est: adeoque ut Diodorus Georgii laterculum emendare potest, ita Georgius Diodori proprium emaculat hoc pacto.

1. Caranus annis 30. ab anno 4700. ad 4730.
2. Coenus annis 28. ad annum 4758.
3. Tyrimmas annis 45. ad annum 4803.
4. Perdiccas annis 48. ad annum 4851.
5. Argaeus annis 34. ad annum 4885.
6. Philippus annis 37. ad annum 4922.
7. Aeropas annis 23. ad annum 4945.
8. Amyntas annis 28. ad annum 4973.
9. Alcetas annis 42. ad annum 5015.
10. Alexander annis 44. ad annum 5059.
11. Perdiccas annis 23. ad annum 5082.
12. Archelaus annis 14. ad annum 5096.
13. Orestes annis 4. ad annum 5100.
14. Archelaus annis 4. ad annum 5104.
15. Amyntas anno 1. ad annum 5105.

16. Pausanias anno 1. ad annum 5106.
17. Amyntas annis 5. ad annum 5111.
18. Argaeus annis 2. ad annum 5113.
19. Amyntas annis 12. ad annum 5125.
20. Alexander anno 1. ad annum 5126.
21. Ptolemaeus annis 3. ad annum 5129.
22. Perdiccas annis 6. ad annum 5135.
23. Philippus annis 23. ad annum 5158.
24. Alexander annis 12. ad annum 5170.

Ἐκ τῶν Ὥχου χρόνων ἀμφιβαλλομένων.] De quibus Author pag. 255. D. consulendus.

Διὰ τὴν ἀρετήν.] Lego cum Scaligero. *διὰ τὴν γενεὰν καὶ ἀρετήν:* progeniem quippe, non facinora, quae mox sequentur, enarrant.

V. 62 P. 68 *Μετὰ γὰρ τὴν ἅλωσιν Τροίας.*] Haec dubio procul Dexippi agnoscit Scaliger Animad. pag. 259. quare titulus his ab eo praefixus. *περὶ τῶν Μακεδόνων βασιλέων ἐκ τῶν Δεξίππου.* Nec immerito: Dexippi quippe nomen pag. 263. D. memoratur.

Pag. 262. *Κάρανος ὁ Ἀργεῖος.*] Cum scriptis pag. 198. A. haec comparanda.

Γενεαλογοῦσι δ' αὐτὸν οὕτως.] Ad MS. marginem alia Librarii manu exarata extat Carani successio characterum vetustate membranaeque corrosione adeo obliterata, ut oculorum aciem pene fugiat. Ea relicta, nullum oriebatur periculum: Eusebium tamen reparaturus, cum ex ea nonnihil subsidii exquisierit Scaliger, et literato cuique etiam vitiata possit aliquid conferre, nequaquam duxi omittendam: quinimmo reparandam suscepi, et ex summis totalibus subductis privatas, et ex privatis totales colligendas, si ubivis desiderarentur, supplevi. Cum Eusebianis non convenire Scaliger pagina 259. solerter animadvertit, cum Georgii summis plane concordes non esse iam monui.

Ὁ υἱὸς Κάρανος ἔτη λ'.] Haec verba mihi Scaligeroque redundant. Correctiones marginales probat Author in superioribus pag. 212. C. 213. A. 238. D. 247. A. quibus etiam numeri diversi his maiores, vel etiam in subducta summa tandem conveniunt. His eisdem Scaliger suffragatur.

Pag. 263. *Ἀερόπας ἐπίτροπος.*] Marginale diagramma pag. praecedentis, et aliud pag. 254. A. vocat hunc Archelaum: nomen Eusebius Hieronymi confirmat.

Κατὰ τὴν ρι'. Ὀλυμπιάδα.] Scaliger Animad. pagina 259. *κατὰ τὴν ρια'. ὀλυμπιάδα* numeros Eusebii sequutus reponit: ego ad Georgii correctiorem computum, iuxta quem Alexandrum M. anno 5170. obiisse, regnum vero anno 5159. adiisse tenetur asserere, ρθ'. restitui. Olympiados autem 109. annus primus a mundi 5158. a solstitio incipit, et in 5159. alterum solstitium desinit.

Μέχρι τῆς νῦν ἀρχῆς Ἀλεξάνδρου.] Post annos ab orbe creato 4725. quibus iniit Olympias prima ad annum 5159. quo ex correctiore calculo regiam sedem adiit Alexander, anni numerantur 433.

Ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως.] Contigit anno post mundi conditum 4330. a quo ad annum 5159. medii 828. intercurrunt. Ad Eusebii mentem aliud calculis pretium adiicit Scaliger Animad. pag. 259.

Κατὰ Δέξιππον.] Huius de Macedonibus narrationis Dexippum authorem primum haec verba arguunt. Quis fuerit Trebellius Pollio in Gallienis duobus edisserit: *Dux et scriptor temporum*, Athenis patria dignus: De Alexandri gestis, de Scythica Gallieni expeditione, in categorias, et alia scripsisse, Eunapius, Photius, Suidas, et Tzetzes testantur. Alia de viro Scaliger, et Vossius lib. 2. Excerpta de legationibus Regiae Typographiae nonnulla eius fragmenta repraesentant. Utrum porro *κατὰ λέξιν* narrationem hanc Dexippus, vel ex eius scriptis Georgius condiderit: incertum est. Laudat enim Dexippum Georgius: eius tamen hanc esse dictionem haud asserit: quare non Dexippi historiam, sed a Georgio Synopsim digestam existimo.

Pag. 264. *Ἅμα τῇ βαρβάρῳ διαίτῃ ἔτη ξξ.*] A devicta Persia: prout Canon uterque Mathematicus et Ecclesiasticus determinant. Praesentem lectionem emendat Scaliger pag. 48.

Λοιπὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτόν.] Ista paucioribus contracta leges apud Eusebium Scaligeri pag. 48.

Καὶ Ῥωξάνης τῆς Δαρείου.] Ut Authores plerique, ita Georgius unus, modo Darium, modo Oxyartem Roxanes patrem affirmat.

Pag. 265. *Κατὰ τὴν ριδ'. Ὀλυμπιάδα.*] Character MS. inter ρια'. et ριδ'. ob characterum affinitatem et incertitudinem obscurus Scaligero pag. 48. legitur ριε'. Olympias 114. ex Authoris computo in annum 5178. incidit, qui Cassandri Macedonum regis secundi imperio dedit initium, Aridaeo post regni septimum mundi 5177. Olympiadis 113. anno 4. vivis erepto: a quo *βραχὺν χρόνον ὕστερον* Olympias Alexandri mater interficitur.

Pag. 266. *Ἔτη β'. καὶ μῆνας ς'.*] Annos equidem quinque Lysimacho assignat Dexippi laterculum ad marginem pag. 262. Duos ex authoribus aliis detrahit Georgius pag. 270. B. quae est praesentis emendationis ratio. Caeterum menses aliquot in annum a Georgio putari alibi observavimus.

Βασιλεύει ἔτη λβ'.] Cur annus alter in emendatione additus pag. 274. sub initium edocet.

Pag. 267. *Βασιλεύει Μακεδόνων ἔτη μδ'.*] Ita Georgius non uno loco. Scaligeri Typographus *ἔτη κδ'.* Erronee.

Τὰ ἥμισυ τῶν τελῶν δίδειν προσέταξεν.] Locus ob apparentes soloecos vitiatus. A Senatu quippe ad Romanos, et ab his

rursum ad Senatum facto transitu, verborum mutatur constructio.

Pag. 268. *Τὰ μεταξὺ Νέστου (ποταμοῦ, καὶ Στρύμωνος, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου) ἐρύμην.*] Quae hic virgulis clausa Scaligero exciderunt, vel redundare immerito visa sunt.

Pag. 269. *Σίμων υἱὸς Ὀνίου.*] Scaliger pag. 50. annis decem detractis *θ'*. reponit: quae hallucinatio, nec enim typi vitium dicam recentem non infimae notae Chronologum scriptorem in errorem induxit.

Μακεδόνων βασιλεῖς.] Titulum interpres adiunxit.

Μακεδόνων πρῶτος ἐβασίλευσεν.] Macedonum regum successionem post Alexandri mortem renovat Georgius. Scaliger Eusebium sequutus eorumdem continuata serie veteri laterculo sequentes adiungit, et Philippum Aridaeum scribit quintum ac vigesimum, ac ita deinceps reliquos.

Pag. 270. *Μακεδόνων ε'. ἐβασίλευσεν Πύῤῥος.*] Pyrrhum e suo diagrammate Scaliger expunxit pag. 50. habet Eusebius ad Olympiadem 122. Annos mundi ex antecedentibus, et iis quae sequuntur, restitui.

Ζήσας ἔτη πγ'.] Scaliger, seu potius eius typographus *ἔτη μγ'.* nam regnavit 44.

Pag. 271. *Ὁ Φιλάδελφος παῖς αὐτοῦ ἔτη λη'.*] Idem pag. 52. *ἔτη λε'.* Consentit Authori Latina Eusebii versio.

Pag. 272. *Ὁ αὐτὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον.*] Septuaginta Interpretum historiam abbreviat, et proprio stylo componit eadem 52. pagina.

Καθίστησιν ρλβ'. Ὀλυμπιάδα.] Repono *ρλα'.* Si nimirum *τὸ, ἧς πληρουμένης* ad Olympiadem refero, alias etiam ad Bibliothecam relato, nondum 132. delibatur ex Authoris calculo.

Pag. 273. *Ἀντιγόνου παῖς ἔτη ι'.*] Septemdecim in Asiae, sex in Macedoniae regno exegit annos Demetrius Polliorcetes, ait Author pag. 265. D. qua *ἔτη ιη'. κρατήσας* scribitur: quocirca solos decem non admittit.

Pag. 274. *Τοῦ δὲ κόσμου ͵εροα'.*] Haud levis hic Authoris parachronismus plurimis superius scriptis contrarius. Ab Alexandri quippe morte anno duodecimo, ex communi Chronologorum sensu, Syriae Babyloniaeque regnum excepit Seleucus Nicanor. Sane fixis ad annum 5171. regni eius primordiis, non nisi vita functus, ac duobus annis in sepulchro iacens potuit Demetrium Poliorcetem libertate privare, et sexto post lethum anno Lysimachum Macedonico deiicere solio, quod absurdum etiam referre pudet: et plane contrarium scripsit Author pag. 266. et 273. Cum vero textum Authoris omnem tam ingenti purgare errore sit non adeo difficile, quam deforme; emendatiores Chronologicae tabulae defectum omnem reparandum suscipient.

Ἀντιόχειαν ἐπέκτισεν.] Antiochiam, non Antigoniam memo-

rat Eusebius ad Olympiadem 119. urbibus a Seleuco extructis P. 69
fidem facturus. *Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Apamiam, Edessam, Beroëam et Pellam urbes condidit: quarum Antiochiam 12. anno regni sui extruxit.* Antigoniam tamen scriptum reperias prius quam Antiochiae nomen sortiretur: vide ad Asiae regem Antigonum superius posita pag. 273. C.

Ἐδεσηνοὶ τοὺς χρόνους ἀριθμοῦσι Σελεύκου.] Haec in textu potius quam in margine sedem expetunt, ceu quae Syromacedonum, et Seleucidarum aeram tangant. Graeci post Alexandri magni obitum, novae aerae instaurandae Seleuci regnum quo Asiam obtinuit, observarunt. Ea vero non primo Macedonum, sed duodecimo anno ab Alexandri obitu duxit exordium, ut nota V. 63
penultima suggerit.. Legendus Petavius lib. 10. de Doct. Temp. cap. 40. et seqq. Chronicon Alexand. pag. 400.

Ἔτη ιε΄. καὶ ἐτελεύτησεν.] Novemdecim emendatior Georgius nuper scripsit: errorem istum praeteriit Scaliger textus Euseb. pag. 52.

Οὗτος Ἀθηναίοις ἀποδούς.] Eusebius Latinus. *Demetrius Phalereus ad Ptolemaeum veniens, impetravit, ut Atheniensibus Democratia, id est populi potestas redderetur.*

Pag. 275. Ῥωμαῖος Μαρσούς.] Emendationem iuvat idem Eusebius ad annum Abrahae 1705. *Romani Marsos et Umbros et Pelignos superant.*

Ῥωμαῖοι Σαμνίτων.] Reposui Σαμνίτων, vice Σαυριτῶν. Scribit Eusebius ad Olymp. 115. *Romani Samnites diutissime contra se praeliantes ad extremam servitutem redigunt.* Σαυνίτων Scaliger retinet, tum textus pag. 53. tum Not. pag. 259. et Καλαβρῶν, Ἀράβων loco scribendum coniicit. τὸ, Ἀράβων expungo, ceu superfluam vocem, alias nationem hostilem mihi designat, qua velut ab Arabibus postmodum Graeci, sic iis primitus Romani diutissime fuerint vexati.

Ὁ Σάραπις, ἢ ὁ Σόραπις.] Lubens cum Scaligero Σόραπις lego: lectionem probat Suidas. ὁ Σάραπις αὐτὸς Ἄπις ἐκαλεῖτο, τὴν δὲ σορὸν τούτου τοῦ Ἄπιδος, ἐν ᾗ τὸ σῶμα ἔκειτο αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετήνεγκαν· καὶ ἀπὸ τῆς σοροῦ καὶ Ἄπιδος σύνθετον ὄνομα πεποιηκότες ἐκάλουν αὐτὸν Σόραπιν. *Sarapis idem ipse vocabatur Apis. Loculum autem, quo corpus conditum fuit, Alexandriam deportaverunt: et a voce* σορὸς, *et Apis composito nomine, Sorapin appellavere: posteri deinde Sarapin. Latini demum Serapin.* Eusebius ad Olympiadem 123. *Serapis ingressus est Alexandriam.* Vetus lectio ex Pontaco. *Serapis simulachrum Alexandriam venit:* posuit Author ἱδρύνθη, *erectum est.*

Ἐν Ῥώμῃ πρῶτον ἀργυροῦν.] Licinio et Cambio Coss. et Olympiadis 126. anno 3. inquit Chronicon Alex. Eusebius annis 4. tardius.

Νικομήδειαν ἐπ' ὀνόματι.] Narrationem immutat Eusebius

ad Olympiadem 129. *Nicomedes*, inquit, *Rex Bithyniae Astacum urbem amplians Nicomediam nuncupavit.* Chronicon Alexandr. ab Interprete Radero emendatum eandem lectionem probat.

Τοῦλλος Ὕπατος.] Ignorant annales Romani Tullum Consulem Syracusas capientem: *Δουΐλλιον* scribit Scaliger Not. pag. 259. cum Metellum reponere debuisset. Eusebius ad Olympiad. 132.

Pag. 276. *Γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς.*] Falsum est, ait citatus Scaliger, ullos homines in bello captos, et in servitutem redactos, a Romanis Gallarios dictos fuisse. Asserit tamen eius Eusebius: et Gallinarios, per ludibrium, ut victis victores insultare consuescunt, Gallos potuit aestimare dictos. Scripsit alibi modestius. *Hoc nuspiam legere memini.*

Αὐτοματιστής.] Scaliger *αὐτοματίτης. αὐτόματος* quidem dicitur, a quo *αὐτοματίζω*, et deinde *αὐτοματιστής.*

Ἀρκεσιλάς.] Vocem *Ἀλκέτας.* Librarii vitio scriptam damnat Eusebius ad Olympiadem 127. *Polemo Philosophus moritur, post quem Arcesilas et Crates clari habentur.*

Ῥωμαῖοι διαφόρους.] Loci huius emendatio Scaligero debita ex Eusebii scriptis ad Olympiadem 128.

Ἀρχιεράτευσεν ὁ Ἰησοῦς υἱὸς Σιράχ.] Iesum Ecclesiastici scriptorem Simonis tempore vixisse agnoscit Chronicon Alexand. pag. 410. his verbis: *ιβ΄. ἀρχιερεὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ Σίμων ἔτη κβ΄. κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ τὴν καλουμένην Πανάρετον σοφίαν συντάξας, αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος ἐμνημόνευσεν*, Pontificatum Iudaeorum tenuisse ignorant historiae sacrae, licet e Pontificibus sanguinem duxisse non inficientur: quocirca nec illius anni, nec annorum cum aetate mundi consensus examinandus, quos ab imperito Librario personarum nomine mutato memoratos demonstrare supervacaneum et inutile. Vitium potius resecandum. Perturbata seditionibus Iudaeorum Republica, et eorum Ecclesia sacrorum virorum sceleribus in pessum abeunte, cum ambitioni avaritiae rapinis Pontificatus et res sacratiores obiicerentur; qui a Sacerdotali sanguine alieni, quales Menelaus, et Lysimachus, pecuniis et munerum largitione viam sibi ad sacratissimum Pontificii apicem paraverunt, iidem e Pontificum albo, ceu prophanorum, sacrilegorum, et moechorum nota inurendi potius, quam Sacerdotum nominibus honorandi Chronologis plerisque expungendi visi sunt: Quocirca illis praeteritis, et quasi e Pontificum ordine deiectis, a Simone inter Pontifices duodecimo, ad sextum decimum Iudam pag. 287. A. memoratum, solos tres medios Authorem arbitror recensuisse, qui Sacerdotali sive Pontificio sanguine clari, ad eam dignitatem eo nomine et iure provehi mererentur. Deletis igitur e Praesulum laterculo, Menelao et Lysimacho, post Simonem duodecimum Pontificem tres eiusdem Simonis filios, Oniam videlicet eius nominis tertium; Iesum, alias

Iasonem, eius fratrem; et alterum demum Oniam Oniae tertii et Iasonis fratrem minorem, Menelai nomine vocitatum, decimo tertio, quarto, et quinto ordine collocasse suspicor. Coniecturae dat argumentum, quod post Simonem inter Pontifices duodecimum, si decimus tertius accedat Onias, Iason quartus decimus, Menelaus quintus decimus, Lysimachus sextus decimus (cunctorum enim nomina resque gestas percenset Author in sequentibus) quomodo Iudam sextum decimum Iudaicae Ecclesiae reponit Antistitem pagin. 287. A. ac non potius septimum decimum, vel etiam decimum nonum, Alcimo nimirum, quem summum Sacerdotem lib. 1. Macc. cap. 7. v. 8. et 9. praedicat, et Matathia Iudae patre in Pontificum numerum advocatis? Nec Menelaum itaque nec Lysimachum fratres, nec Alcimum ob proditam pietatem et desertam fidem infames, sed neque Matathiam, quod se populi liberatorem, non sacris praefectum gesserit, Pontificibus accenset Georgius, solos autem Simonis filios in eius scriptis desiderari, ac sub eorum altero Iesu filii Sirach mentionem factam ex infra legendis pag. 286. ad Antiochum Eupatorem arbitror: quorum ordo et tempus hoc pacto disponenda.

Ἰουδαίων ιγ΄. ἀρχιεράτευσεν Ὀνίας πρῶτος Σίμωνος υἱὸς ἔτη ιγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ετβ΄.

Ἐπὶ τούτου Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ, ὁ τὴν Σοφίαν γράψας τὴν καλουμένην Πανάρετον, ἐν ᾗ καὶ μέμνηται τοῦ Ὀνίου τοῦ πρὸ αὐτοῦ.

Ἰουδαίων ιδ΄. Ἰησοῦς, ὁ καὶ Ἰάσων, δεύτερος Σίμωνος υἱὸς, Ὀνίου ἀδελφὸς, ἔτη γ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ετιε΄.

Ἰουδαίων ιε΄. Ὀνίας ἄλλος, τρίτος Σίμωνος υἱὸς, τοῦ Ὀνίου P. 70
καὶ Ἰησοῦ ἀδελφὸς, ὁ καὶ Μενέλαος, ἔτη ις΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ετιη΄.

Ignorant, inquies, quartum hunc Oniam et eius Pontificatum Chronologi. Quod brevissimo, ac non putando spatio tenuerit: inquam. Alter enim Menelaus et Lysimachus frater Pseudopontifices perditis moribus instructi totum eis tempus occupant. Alias indubitatam de illo fidem facit Iosephus Iud. Ant. lib. 12. cap. 6. ineunte, quo Simonis filios tres, Pontificiam dignitatem assequutos dilucide testatur. *ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀποθανόντος,* (lego *καθαιρεθέντος*) *καὶ Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην δίδωσιν ὁ βασιλεύς. ὁ γὰρ παῖς, ὃν Ὀνίας καταλελοίπει, νήπιος ἦν ἔτη. Ἰησοῦς δὲ (οὗτος γὰρ ἦν ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ὀνίου) τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφῃρέθη, προσοργισθέντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως, καὶ δόντος αὐτὴν τῷ νεωτάτῳ αὐτοῦ ἀδελφῷ Ὀνίᾳ τοὔνομα. Σίμωνι γὰρ οὗτοι ἐγένοντο παῖδες, καὶ εἰς τοὺς τρεῖς ἧκεν ἡ ἀρχιερωσύνη, καθὼς δεδηλώκαμεν. Exautorato per idem tempus Onia Pontifice, fratri eius Iesu Pontificatum contulit Rex Antiochus: quod filius ab Onia relictus tunc esset parvulus. Iesus vero (hic Oniae frater fuit) etiam*

*Pontificia dignitate motus est per regis indignationem; eadem-
que in Oniam fratrum minimum translata. Simoni enim hi
tres fuerunt filii, ad quos omnes Pontificatus pervenit, ut in-
dicavimus.* Concinit Nicephorus Patriarcha in Chronico com-
pendio huic operi adiuncto. *οἱ Σίμωνος υἱοὶ τρεῖς, Ὀνίας, Ἰάσων,
καὶ Μενέλαος. οὗτοι δὲ ἀλλήλοις ἀντιτασσόμενοι, ὑπ' ἀλλήλων*
V. 64 *διολώσασιν. Simonis filii tres fuere Onias, Iason, et Menelaus:
isti adversis studiis oppositi ab invicem comsumpti periere.* Au-
thor pariter sibi ipsi testis pag. 286. D. Authori Chronicon Ale-
xand. pag. 450. Georgius rursum ad huiusce pag. verba postrema,
Oniam (quem pariter Menelaum appellatum suggessimus) Ponti-
ficem 14. post Iasonem, sive Iesum 13. agnoscit his verbis: *ἐπὶ
τοῦ ιδ'. Ὀνίου τοῦδε:* ac non tantum Oniae anno 14. Simonem
prodendi Hierosolymorum thesauri gratia conveniase Apollonium
interpretor; verum etiam sub Oniae Pontificis quartidecimi, vel
potius 15. tempus Simonem praefatum ad proditionem molien-
dam animum adiecisse. Subdit Iosephus quae non leviter prae-
tereunda. *ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς Ἰάσωνα ἑαυτὸν μετωνόμασεν; ὁ δὲ
Ὀνίας ἐκλήθη Μενέλαος. Caeterum Iesus Iasonem se vocari ma-
luit, sicut alter pro Onia Menelaum.* Hic ab alio nominis eius-
dem, Symonis et Lysimachi fratre, Pseudopontifice diversus,
aut si unus cum eo fatendus, non potius ex sanguinis, *quam*
morum coniunctione frater Simonis et Lysimachi fatendus. Huc-
usque dictis videtur Eusebius ex Iosepho astipulari scribens ad
Olympiadem 152. *Antiochus in Iudaeam venit, ibique Iesu, qui
et Iason, fratri Oniae Pontificatum tradidit: quo deinde expul-
so, Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit.* Caete-
rum Pontificum istorum tempora, ne temere et absque authori-
tate videar assignasse, quibus coniecturis arioler impensius expo-
nendum. Simonem eorum patrem scribit Author promotum ad
dignitatem anno post orbem creatum 5282. et in ea viginti annos
exegisse utique ad ineuntem 5302. Oniae primi eius filii annos
non exprimit, secundi vero, cui Iason nomen, manifestos habet
inferius pag. 277. C. ubi tres tantum numerat, et in Pontifica-
tum anno mundi 5315. involasse asserit: frater igitur Onias qui
antecessit tredecim annis Praesulatum gessit, ex Authoris ipsius
scriptis pag. 218. A. a mundi nimirum 5302. ad 5315. Occupa-
vit exinde, non melior, nec aequior Iasone frater Menelaus, an-
no praefato 5315. a quo ad Iudam, legitimus nec Pontificia stir-
pe satus memoratur Antistes: Iudas autem Pontificem se renun-
ciavit ab orbis conditu 5334. mediis itaque sexdecim annis mo-
ribus ornatior aut pietate conspicuus Pontifex nullus consecra-
tur. Quam apte demum et castigate annus a mundi ortu 5315.
iniens Oniae congruat, et anni subinde novemdecim prophano-
rum Pontificum Iasonis Menelai et Lysimachi praefecturae assi-
gnentur, exponit Author superius pag. 218. A. ad Ioacim regis

Iuda historiam et 281. D. De Iasone a Iesu filio Sirach diverso iterum Georgius pag. 286. D.

Pag. 277. Ὅτι τῷ ρλζ΄. βασιλείας Ἑλλήνων.] Regnum Graecorum, de quo Maccab. 1. cap. 1. v. 11. idem quod Seleucidarum, post Alexandri M. obitum et annos duodecim propriam sibi aeram constituit, a cuius limite proximo ad Antiochi Epiphanis tempus Eusebius et qui sacros Annales tractavere Salianus, Torniellus, Scaliger, Petavius, et alii una cum sacro textu annos 137. numerant. Georgius noster fixa ad annum Alexandri mortem sequutum Seleucidarum aera, et anno uno Seleuci, et altero Antiochi Callinici regno praeter Eusebii calculos concessis annos 139. ab Alexandri obitu ad memoratum Epiphanem Antiochum ponit: ac insuper toto decennio a communi Seleucidarum aera divagatur, quod annis duodecim, prius quam par foret, eam stabilire praeceps anteverterit. Georgii hallucinationi demonstrandae proprius occurret locus ad pag. 286. Quemcumque eius errorem et annorum defectum emendatiores nostrae tabulae restituent ad ipsius Georgii mentem, qui licet Syromacedonicum imperium ab Alexandri obitu nonnunquam emetiatur, ad castigatiores calculos quandoque reversus, ab annis posterioribus deducendum permittit, de quo nota inferiore sexta occurret exemplum.

Pag. 282. Τῖτος.] Titus Quintius Consul ad annum V. C. 555. cum sexto Aelio.

Περσεὺς ἔτη η΄. καὶ μῆνας θ΄.] Lubens reponerem ἔτη θ΄. καὶ μῆνας θ΄. Author enim pag. 267. B. qua de Macedonum regibus historice tractat, completos decem annos, prout Eusebius et sequaces, impertitur.

Ψουδοφίλιππος ἔτος ἕν.] Eusebius. *Pseudophilippus regnat in Macedonia anno uno.* Scaliger in Pseudoeusebio. *Ψευδοφίλιππος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο.*

Ἐναλλὰξ ἐβασίλευσεν.] Primae vocis defectus sensum mutilum efficit Scaligeriani Eusebii pag. 54. obscuriorem inferius, particulis ἐχρημάτισεν οὖν, in ἐχρημάτισεν εἶναι, mutatis.

Pag. 284. Ὁ *Κεραυνὸς ἐκλήθη ἔτη γ΄.*] Typographus Scaligeri errans ἔτη μ΄.

Κατὰ τὴν ρλζ΄. Ὀλυμπιάδα.] Scaliger ad Eusebii computum κατὰ τὴν ρλθ΄. Ὀλυμπιάδα. Author, duodecim annis, ut nota sexta superiore praemisimus, Seleucidarum regno anteposito, si bene numeret ad Olympiadem 134. obeuntem, vel ad 135. ineuntem Antiochi Magni revocat initium: eo vero duodecim annis, ut ratio temporum exigit, submoto, primus eius annus in Olympiadis 137. annum 4. comperitur incidere: quae ratio movet Seleucidarum aeram longo spatio Alexandri morte posteriorem nonnunquam Authorem agnovisse, ex nota superiore citata.

Pag. 286. *Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς ἔτη ια'. τοῦ δὲ κόσμου ετι'.*] Aerae Syromacedonicae, (cuius primordia post Alexandri obitum et annum 12. statuuntur) anno 137. obeunte Antiochum Illustrem regnum adiisse communis est cum Scriptura Macc. lib. 1. cap. 1. Chronologorum consensus. Seleuco tamen et Antiocho Callinico datis praeter debitum ab Authore annis duobus, a posita Syromacedonum aera anno 139. obeunte, et ineunte 140. Illustris Antiochi regnum describitur; Syromacedonum aeram insuper
P. 71 annis duodecim Georgius praeoccupat, et confestim post Alexandri mortem designat: quae ratio est, ut facta etiam duorum annorum compensatione ab aerae propriae epocha toto decennio Illustris Antiochi primordia divagentur.

Πτολεμαίῳ τῷ Φιλοπάτορι ἐπιτίθεται.] Errorem Librarii emendavit Scaliger pag. 55. et *Φιλομήτορι* reposuit. Author ipse Philometorem ab Antiocho Illustri regno privatum narrat pag. 283. B.

Ἐκβαλὼν αὐτόν.] Scaliger contrario sensu, *ἐκκαλῶν αὐτόν.*

Ἀδελφῷ τε καὶ Μενελάῳ δέδωκεν.] Quod dubie nota praecedente decima cum Iosepho posuimus, Simonis nimirum filios tres Oniam, Iasonem, et alterum Oniam nomine Menelaum: et secundum quidem Pontificatu fratrém Oniam deturbasse, et vicissim a Menelao, sive Onia altero dignitate motum Author hic manifeste scribit; et in relato ibidem Iosepho sententiam firmasse videtur.

Pag. 287. *Τινὲς ἱστοροῦσιν Ματθίου ἔτη γ'. ἀρχιερωσύνης.*] Rariores sunt illi Chronologi, nec eorum sententiae consortem se reddit Author: Pontificatum tamen Matathiae negans, populi praefecturam triennalem in sequentibus concedit. Vide notam sequentem.

Pag. 288. *Ἡγήσατο τῶν Ἰουδαίων Ματθίας.*] Ut populi ducem liberatorem et vindicem, non Pontificem asserat.

Pag. 289. *Τρισχιλίων ταλάντων.*] Author paulo infra: *τρισχίλια τάλαντα ἀνείλατο.* Iosephus Iud. Ant. lib. 13. cap. 16. *τρισχίλια μὲν τάλαντα ἐξεκόμισεν.* Summa igitur *τρισμυρίων ταλάντων* a Librario scripta fidem omnem exsuperat, quamvis talentorum myriadas mortuo patri consepelierit Salomon.

Ἀρχιερατεύσας ἔτη λ'.] Scaliger Africani mentem sequutus solos κζ'. scribit. Eusebius Latinus 26. numerat.

Pag. 290. *Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης ἔτη κη'.*] Alium eius regno annum addit Eusebius, quem pariter requirunt emendatae Authoris tabulae, ut ultimus Cleopatrae annus mundi 5472. prout desiderat Author pag. 308. attingat.

Πτολεμαῖος ὁ Φοῦσκος.] Physconem scribit Eusebius Latinus: Iosephus lib. 2. in Apionem. *ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος*: *Ptolemaeus cognomento Physcon.* *Φοῦσκον* posuit Author, iuxta recentioris Graeciae pronunciationem, qua *ventrico-*

sus et obaesus indicatur. Videndus Simon Portius in Lexico mixobarbaro.

Τῶν δύο βασιλειῶν.] Alexandriae nimirum et Cyrenes. Uni V. 65
namque, et nonnunquam duobus sceptris utraque regio subiacebat.

Ὧδε συντάττονται.] Alicuius defectum sequentia verba declarant; nec enim memoratum hic post Ptolemaeum Phuscum successorum regum laterculum profertur; et a Ptolemaeo Phusco ad Cleopatram Ptolemaei Dionysi filiam inferius vocatam, nullum Aegypti regem exponit Author. A communi forsan mundi anno 5377. quo Phuscus in solium evectus, ad Cleopatram Lagorum ultimam, et sceptro sub annum mundi 5446. ut scribit ille, potitam, nullus alter medius? Inserendus sane Cleopatrae pater alius Ptolemaeus, tum frater eodem nomine nuncupandus, et uterque praesenti loco Librarii oscitantia praeteritus: quam ex Authore partim, et partim ex probatis Chronologis maxime Chronico Alexandrino Authori non ignoto reparandam decrevi.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας η΄. ἐβασίλευσεν τὸ πρῶτον Πτολεμαῖος ὁ Φοῦσκος ἔτη ι΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ετοζ΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας θ΄. ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ἔτη ιε΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ετπζ΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ι΄. ἐβασίλευσεν τὸ δεύτερον Πτολεμαῖος ὁ Φοῦσκος ἔτη η΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ευβ΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ια΄. ἐβασίλευσεν Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος ἔτη λ΄. τοῦ δὲ κόσμου ͵ευι΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ιβ΄. ἐβασίλευσεν Πτολεμαῖος υἱὸς Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Διονύσου Κλεοπάτρας ἀδελφὸς ἔτη ς΄. τοῦ δὲ κόσμου ἔτη ͵ευμ΄.

Prius et iteratum Physconis regnum asserit Author praesente loco, et utriusque fratris tempus summam annorum 33. conficere testatur: Ptolemaeo Dionyso, sive Dionysio, quibusdam Auleti aliis Lathuro cognomine, Georgius pariter ac Eusebius triginta tribuit annos, ad mundi videlicet 5440. Sequitur a plerisque praetermissus Ptolemaeus ultimus, sive Dionysius, si pater fuit Auletes, vel Lathurus, cuius regno nonnulli duos, alii sex Petavius lib. 10. cap. 46. quinque annos imputant, a mundi 5440. ad 5446. quo soror Cleopatra non exercuit modo, sed et regiam omnem suscépit potestatem ex pag. 303. A. Ptolemaeum istum diversum ab Aulete non Author modo pag. 301. D. et 303. A. nec annorum modo numerus, verum et scriptorum authoritas, et aetas tenera, qua Eutropius et Paulus Orosius e vivis, ob Pompeio necem ab eo crudeliter illatam, a Caesare deinde sublatum attestantur: hic quidem libro 6. cap. 15. *Hic exitus pugnae ad Palaeopharsalium fuit. Pompeius fugiens in ostio Pinei amnis onerariam navem nactus, in Asiam transiit: inde per Cyprum in Aegyptum venit: ibique mox ut littus attigit,*

iussu Ptolemaei adolescentis in gratiam victoris Caesaris occisus est: et cap.. sequenti. *Alexandrinos omnes ad deditionem desperatione Caesar compulit, regnum Aegypti Cleopatrae (sorori) dedit.* Ille histor. Rom. lib. 6. *Victus Pompeius et fugatus Alexandriam petiit, ut a rege Aegypti, cui a Senatu tutor datus fuerat, propter iuvenilem eius aetatem, acciperet auxilia.* Et infra. *Mox Caesar Alexandriam venit: ipsi quoque Ptolemaeus parare voluit insidias. Qua causa bellum regi illatum est: Victus in Nilo periit: inventumque est corpus eius cum lorica aurea. Caesar Alexandria potitus, regnum Cleopatrae dedit, Ptolemaei sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat, quae postea regio comitatu urbem ingressa est:* Faveret Eusebius regis istius adolescentis regno, qui sexto tantum anno Cleopatram regiam urbem ingressam narrat, nisi Ptolemaei annos sororis iam imperantis annis inclusos statueret. Quod porro Scaliger modo Georgii, modo Eusebii calculos plane diversos sequutus, eiusdem regis tempori' puta Physconis primo regno, hic octodecim pag. 56. alibi 17. pag. 179. Alexandri vero, modo quindecim pag. 36. modo decem pag. 59. annos ascribat; indicio est obvia quaeque in Georgio ab Eusebio derivata censuisse. Ego quidem calculos Eusebianos Georgianis reparandis accommodatissimos fateor. Etenim si a mundi 5380. quo ex emendatis Authoris tabulis Ptolemaeus Physcon regnum iniit, annos septemdecim primae eius in regno morae ex Eusebio contulerimus, tum fratri Alexandro, decem; ac eidem Physconi repetito in regnum reverso alios octo annos a mundi 4407. auspicandos; deinde vero a mundi 5415. ad 5445. Ptolemaei Dionysi, cuius nomen habet Georgius p. 303. A. per annos 30. cum Eusebio protenderimus, mox Ptolemaeorum ultimo Cleopatrae fratri annis sex attributis, a mundi 5445. ad 5450. quo a Caesarianis militibus occisus est, Cleopatra sorore mundi 5451. ad regnum evecta, post alios exercitae potestatis regiae duos ac viginti annos, Aegyptus, parta apud Actium victoria, mundi 5472. Romanum iugum subire, et Authoris pag. 308. D. compositos, et Africani dictis consentientes calculos reddidisse apparebit. De quibus suo loco tractabitur.

P. 72 Pag. 291. *Παρὰ Μάλχον.*] Corruptae dictionis emendatio Scaligero pag. 259. debita. Reliqua praesentis narrationis omittit ipse textus pag. 57.

Τὸ πρῶτον ἔτη γ'.] Verbis hisce a Scaligero inversis sensus adimitur. *Δημήτριος Δημητρίου, ὁ καὶ τὸ πρῶτον Σιρισκίδης* (ita legit ille) *ἔτη γ'.* Emendare molitus clarius reposuisset: *Δημήτριος ὁ καὶ Σιδηρίτου ἀδελφὸς,* (de qua voce pag. 292. D.) *τὸ πρῶτον ἔτη γ'.* regnum enim semel amissum deinde recuperavit, et nonnihil infra Antiochus Sidetes eius frater asseritur.

Οὗτος τὸν Τρύφωνα.] Haec ad Antiochi Sidetis nomen apud

Scaligerum praemissa, ad Demetrium, quasi ab eo gesta, perperam referuntur pag. textus Eusebiani 57.

Pag. 292. Τοῦ δὲ κόσμου ,ετνϛ'.] Antiochus Sidetes novem annis regnans coepit anno mundi 5347. successor itaque Demetrius anno 5356. in regnum est restitutus.

Κτείνει η'. χιλιάδας.] Praesens emendatio, et lacunae sequentis reparatio peti potest ex Iosepho Ant. Iud. lib. 13. cap. 8.

Pag. 293. Κατὰ δὲ ἄλλους ψμη'.] Addit Eusebius ad Olympiadem 158. *Ut vero alii affirmant habens a conditione sui annos* 668. Videndus Author pag. 172. A. 181. A. et 183. D. et in eum annotata.

Ἔτη κϛ'. στρατηγῶν.] Habet pag. 289. A. Hyrcani istius annos 30. Eusebii numerum ad Olympiadem 169. Author incautus exaravit.

Pag. 294. Τοῦ δὲ κόσμου ,ετπϛ'.] Praecessor Gripus ab anno mundi 5360. viginti sex annis regnavit: successor itaque Antiochus Cyzicenus anno 5386. excepit.

Ἰουδαίων κ'. ἀρχιεράτευσεν Ἰανναῖος.] Praemittit Scaliger pagin. textus 58. Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν Ἀριστόβουλος ἔτος ἕν. Merito. Aristobuli quippe F. Hyrcani Pontificatui per annum gesto attestatur Iosephus Iud. Ant. lib. 13. cap. 19. Eusebius quoque ad Olympiadem 169. *Aristobulus*, inquit, *filius Ionathae Rex pariter et Pontifex, primus apud Iudaeos diadematis sumpsit insigne.* quod verius de patre Ionatha Georgius noster affirmat supra pag. 288. D.

Pag. 295. Δῶῤῥαν.] Legit Scaliger Δώραν. Iosephus lib. 13. Ant. cap. 23. Ἄδωρα. Quod ille Δώραν τὴν πρὸς τοῖς θερμοῖς ὕδασι scripserit, verba intercepta se praeteriisse declarat.

Πρὸς τοῖς Ἄραψι Πέλλαν.] Omisit Scaliger. Iosephus citatus. ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ κατὰ τὴν Ἰδουμαίαν Ἄδωρα, Γάδαρα, et post pauca Πέλλαν. Scriptorum hic locorum plura aliter profert Iosephus: Ἀπολλωνίαν, Μάρισσαν, Γάβαλα.

Pag. 296. Καὶ τὸν Ὑρκανὸν ταύτης κληρονόμον.] Finit hic Scaliger pag. 58. et appositis stellulis fingit in textu se nonnihil desiderare, quod ipse spontaneus omisit.

Pag. 299. Ὧν ὁ νεώτερος.] Error Librarius, hac eadem pagina πρεσβύτερος laudatur.

Πομπήϊος οὖν πολιορκίᾳ λαβών.] Chronographicum Georgii Syncelli manuscriptum aliud a Regio integrum vel a Regio non excerptum litteraria Respub. pene ignoravit, vel extare non certo novit. Habet Vaticana Bibliotheca a verbis hisce Pompeii Romanorumque res gestas spectantibus Syncelliani Chronici partem non modicam codice, e quondam Palatinis, numero 246. signato: pars eadem in codice non admodum vetusto Bibliothecam Illust. D. Peréz nuper illustravit; quem cum Regio comparandum laboribus hisce meis litterariis et conatibus promovendis V. 66

nobilitate et eruditione spectatissimi fratres Puteani perhumane et commode suggesserunt: et demum ad desideratae *cuiuslibet* doctrinae procurandam accessionem recentius quidem *Syncelliana*e partis memoratae MS. codicem ex Vaticano numero 154. et laudato Palatino transsumptum, ad nos usque diversis *aliis* coniunctum publici boni amantissimus, magisque bonis *omnibus*, quam sibi optimo vivens, aut dignissimo sibi possidens quidquam Eminentissimus Dominus Cardinalis Franciscus Barberinus mittendum curavit. Ex Regio igitur, prout hucusque, cum Barberino, Perezianoque Codd. collato, nostra deinceps versio, vel notulae procedent. In illis praesenti Chronologicae postremae parti praefigitur titulus:

Γεωργίου τοῦ εὐλαβεστάτου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως σύνταξις, ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουλίου Καίσαρος Ῥωμαίων, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ευλδ΄. μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ· κόσμου ἔτη ͵εψοζ΄. ὁμοῦ ἔτη τμγ΄. Πομπήϊος πολιορκίᾳ λαβών.

His ultimis verbis in huiusce notae titulum assumptis praemittit Scaliger p. 59.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ἐβασίλευσεν θ΄. Ἀλέξανδρος ἔτη ι΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ἐβασίλευσεν ι΄. Πτολεμαῖος Κλεοπάτρας υἱὸς ἔτη η΄.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ἐβασίλευσεν ια΄. Πτολεμαῖος ὁ Διονύσιος ἔτη λ΄.

Haec extra sedem posita nec ipse Scaliger inficiabitur: Eusebio consentire probabit, qui eiusdem Eusebii scripta comparaverit: quod sententiam ad pag. 290. notas positam ex parte confirment, nullatenus arbitror repudianda.

Βρεττανοὺς Ῥωμαίοις ὑποτελεῖς καταστήσας.] Stellulis lacunarum notis et aliquid desiderari suggerentibus continuum et integrum sermonis filum abrumpit Scaliger: et sibimetipsi magis quam Georgio defectus notam inurit.

Pag. 303. *Κλεοπάτρα ἔτη κβ΄.*] Barberinum, Perezianum, et his etiam testibus Palatinum, ad quod collatio facta est, annis Cleopatrae 25. assignandis concordi charactere conspirant: Regium nostrum 22. putatis contentum est: cuncta regni eius exordia vulgari mundi anno 5446. devincienda testantur. Numerus uterque apud Georgium incertus, et ab eo secummet variis locis colluctante asseritur uterque. Inspice, sodes, pag. 261. A. verba: *ἀπὸ ἑβδόμου ἔτους Ἀλεξάνδρου, ἕως κβ΄. Κλεοπάτρας ἔτη τριακόσια.* Annus Alexandri septimus is est, quo decessit e vivis, prout eadem pag. decernit C. mundi 5170. a quo tercentesimus est mundi 5470. quem nusquam Cleopatra ab anno 5446. regnum auspicata poterit attingere, nisi regnans annos 25. emetiatur:

quare dici posset verba ἕως κβ'. Κλεοπάτρας, in κε'. ex statuto tercentum numero emendanda. Iuvant hanc de Georgio suspicionem alia eius verba pag. 312. D. (si tamen mendae expertia quis sustineat) huiusmodi. ἔτυχεν ἀποκατασтῆναι κατὰ τόδε ͵εϥα'. ἔτος τοῦ κόσμου. Contigit autem Alexandria capta Aegyptiorum annorum ἀποκατάστασις: anno igitur praeeunte mundi 5470. Cleopatrae 25. una cum urbe et imperio Cleopatra vitam amiserat. In adversum stat Georgius ipse Regio Codice instructus, quo Cleopatrae annos duos et viginti duntaxat asserit a mundi 5446. ad 5468. decurrendos. Favet Regio Perezianus Codex, qui licet nitidis et rubris characteribus Cleopatrae annos 25. astruat praesenti loco, confestim tamen de eius morte ratione instituta (quae in Regio lacunosa est) subdit: ἀσπίδι καθ' ἑαυτῆς χρησαμένη ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἔτη ϱϟη'. (quem errorem ex oppignorata fide expressi, cum σϟη'. scribere debuisset) post Alexandri igitur a mundi conditu 5170. fatum et annos 298. si aspide, ceu lethi telo, Cleopatra pectus confixit, a mundi 5446. quo fratrem in regno excepit, annis tantum 22. sceptris potita mundi 5468. ineunte vitam reliquit: illudque idem est quod ex Africano, cuius dicta non refellit, imo verbis expressis refert Georgius pag. 308. P. 73 C. μέχρι τοῦδε οἱ Λαγῖδαι, καὶ σύμπας τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς σύλλογος μετὰ ἔτη τριακόσια, δυοῖν δέοντα: id est 298. ἔτη σύνεγγυς τριακόσια testatur pariter Latinum Chronicon pagina 310. C. citatum. Illius porro in seipsum Georgii ἐναντιότητος causam perscrutato praeter alibi expositam alia non occurrit, nisi quae post excerptum, et ex variis authoribus in appositas partes abeuntibus digestum opus, Georgio morte praevento, ad unius sibimet consoni, et ad partes omnes concordis computi illud idem castigari et instrui nequivisse suggerit.

Ὀλυμπιὰς ϱπγ'.] Hoc est Iulii Caesaris annus primus et iniens a mundi conditu 5454. Olympiadis 183. anno primo, post primam anno 4726. institutam consignatur. Olympiadum designationes ex Africano Georgium recensere monent quae ex Africani scriptis subiicit pag. 307. et seqq.

Ἀπὸ κατὰ Ῥώμην.] Barberinum, et Perez. correctiora: ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης . . . . . . Lacuna τὸ, ψ'. desiderat. Roma etenim anno 4754. condita fuit ex pag. 195.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη ε'. μοναρχήσας. Octaviani igitur auspicia anno 5459. consecrantur: eadem post notam alteram.

Pag. 305. *Χρονογραφία.*] Una textus serie Barb. et Perez. legunt, χρονογραφία ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ευνη'. Praemittit Barb. ἔτους ͵ευνη'. Cum Regio titulos divisi. Primus Authores a praecedentibus diversos a Georgio tractari, novamque imperii, sub quo degebat Author, speciem repraesentari suggerit. Alter nova pariter ratione Chronicam methodum ab eodem institui. Regum etenim et Principum singulorum primordia et aetates ad cer-

tum unum a mundi conditu annum referre et alligare, et his illa praeponere hucusque solitus, utraque ab invicem deinceps divisa, et aetatem quidem mundi prius, tum Romanorum Imperatorum aliorumque eadem aetate viventium tempora, ordine certe, at nullo nexu ad se mutuo iuncta in sequentibus describit.

Κόσμου ͵ευνη΄.] Repono ͵ευνθ΄. Iulius enim Caesar non nisi obeunte anno 5454. Dictatoris exercuit munus, ineunte nimirum Olympiade 183. ex Georgio pag. 303. B. post annos igitur quinque imperium ad 5459. prorogavit. Tiberius insuper a mundo condito 5015. suscipit imperium ex pag. 319. B. eum igitur terminum ut Augustus attingat post administratam 56. annis Rom. Rempub. anno 5459. debuit ad munus illud subeundum accedere. Denique si prout subditur annus mundi 5460. obiens fuit Augusti secundus completus, certe anno 4559. imperium iniisse patet. Alia correctionis huius certior coniectura notis ad pag. 311. suggeritur.

Τῷ ͵ευξ΄. τοῦ κόσμου.] Augustus anno 4559. imperator declaratus secundum imperii annum mundi 4560. numerat ex superiore nota.

Ἐν ᾧ καὶ ἡ Ἴνδικτος ἐθεσπίσθη.] Promulgatum ab orbis natali anno 5460. Augusti secundo Indictionis decretum asserit cum Maximo Georgius: Ab ipsis orbis incunabulis numerandam volunt Graeci, quod earum periodus cum eius numero non incongrue consentiat. Excipitur annus unus 5460. nimirum, qui cum multiplicatae indictionum periodi foret quintus decimus ex Augusti iussu, aiunt illi, Indictionis in posterum numerandae primus habitus est. Paucis id docet Petavius de Doct. Temp. libr. 11. cap. 39. et seqq. et Auctar. libr. 8. cap. 5. Maximus, inquit, Monachus in Computo Indictionem ait coepisse anno Augusti secundo, quem mundi putat 5460. qui divisus per quindecim dat Indictionem 15. at Augustus primam illam esse iussit et infra. Augustum Maximus putat pro Indictione 15. primam
V. 67 numerasse, etc. Maximum sequitur Georgius Monachus, etc. Haec S. I. Dionysius. Petavius alter Paulus nomine Tractatu de Annorum Incarnationis epocha, et Indictionibus: Non tacebo, scribit, ex Dione census et Augusti descriptiones recensente plura facile induxisse, ut cum Computistis crederem institutas sub Augusto indictiones. Quae quidem sub Constantino, ut vulgo creditur, vel Theodosio, ut vult Cedrenus, factae demum annorum indices, Olympiadis reiectis: non etiam primum inventae. Id sanum, nec febrile esse convincit, quod Iulianus et Paullus de Fundo Indictioni obligato responderunt in l. 1. 3. §. 6. de Action. empt. et 28. de usu et usufr. Ambigi praeterea video tributumne capitis, aut patrimonii fuerit. Super quo visum mihi: ab initio mixtum ius utrumque fuisse: cum non passim omnes, sed qui ad certam quantitatem agrorum possiderent, censerentur modo,

per singulas provincias varie praefinitum, aetatis annum attigissent. Nam qui descriptioni praeerat, et Censualibus, seu Actorum libris, annum aetatis uniuscuiusque censitioni obnoxii, adnotabat, addebatque modum census ac tempus, quo censum solvere inciperent, qui tum, infra scriptam aetatem adhuc agerent. Aetas autem illa non eadem ubique, sed pro diversitate Provinciarum varia et distincta fuit. Syrii certe, ab annis 12. foeminae, a 14. masculi, tributo obligati fuere: ut ab Ulpiano didicimus l. 3. D. de Censibus. Idem observatum apud alios plures, indeque factum, ut 15. annis constaret Indictio. Nam in quindecennium fiebat descriptio: inque longius tempus fieri non poterat. Necdum enim tum nati, qui proxime sequenti decimo quinto anno functione onerandi erant. Variatum deinde est, et iam Ulpiani ipsius aetate, aliud iugatio fuit, aliud capitatio. Agri siquidem, ut cum Tertulliano loquar, tributo onusti, et hominum capita stipendio censa fuere. Ex primaeva autem illa censitione, et illud utilitatis emergere voluit Cassiodorus 3. Var. Epis. 52. quod nulli sua incerto possessio: *Augusti*, inquit, *temporibus orbis Romanus agris divisus*, *censusque descriptus est*, *ut possessio sua nulli haberetur incerta*, *quam pro tributorum susceperat quantitate solvendam.* Initium vero Indictionum idem quod anni fuit: sicque Romani post solstitium hiemale, Graeci a prima lunatione post aequinoctium Autumnale computarunt Indictiones. Cumque isti menses mobiles, non fixos, ut Romani habuerint: primusque eorum mensis ab ipsa prima lunatione post aequinoctium Autumnale coeperit, quae ut plurimum 24. Septembris contingebat, factum est, ut Romana Indictio, aliam epocham, quam habuerit. Graecam autem sequuti sunt, qui post Constantinum Imperatores fuere, quique eorum imperio subditi: et ita accipiendum est, quod B. Ambrosius monuit, Indictiones mense Septembri incipere. At Rom. Pontifices semper suam retinuere, adhucque hodie retinent. Maximi de Indictione sententia legitur Auctarii Petaviani pag. 333.

Κικέρων ὁ ῥήτωρ.] *Ἀνιστορησίας* Georgium accusat Petavius, quasi Ciceronem secundo vel tertio Augusti anno trucidatum affirmaverit. Verum tam Ciceronis mortem, quam sequentia quaeque, imo ipsam Indictionis institutionem *σποράδην*, et per saturam, homadi annorum 5458. vel 5459. et succedentibus appingi, quasi sub id tempus sequentia quaeque narrata contigisse declarentur, noscent abunde qui Georgianam scribendi rationem perviderint.

Οἱ Ἀντιοχεῖς ἔνθεν ἀριθμοῦσιν τοὺς αὐτῶν χρόνους.] Antiochenae aerae certum institutionis annum non assignat Author. P. 74
Ad Augusti tempus eam revocasse nullus suspicabitur, qui praesentem periocham inter Augusti gesta et post enumeratos eius annos animadvertit: quinimmo Iulii Caesaris aetati potius addi-

xisse consentiet, qui ad habitam hic de eo mentionem confestim omissum suo loco de Antiochena aera sermonem subiectum perpendet. Adi Chronicon Alexand. pag. 446. Eusebium, *Petavium*, et alios Chronologos.

Ἔτη λδ΄. τὸν Ὑρκανόν.] Ab Alexandrae morte anno mundi 5435. posita ad Herodem anno 5469. regem institutum plures 33. anni nequeunt numerari: quocirca vindicandis cum Authore et Eusebio Hyrcani 34. annis ex Innaei propriis alter eximendus (triginta siquidem concedit ei Georgius Eusebio 27. duntaxat numerante) ut acti sursum Alexandrae anni spatium Hyrcano postulatum relinquant.

Pag. 306. *Τὰ τρία τούτων Ἀντιγόνῳ.*] Hanc ego correctionem inferre ausus, miror tria eaque diversa MMSS. eodem errore maculata. *τὰ τρία τοῦτον Ἀντίγονον λογίζεσθαι.*

Περὶ τῆς Ἡρώδου ἀσημότητος.] Ut quid Eusebio sua redditurus Scaliger, Iosephi *ἀρχαιολογίαν* describendam hic curet, non video; nisi quod plerisque Herodem vili sanguine natum asserentibus placitum, ipse ex adverso evertat, et si robur argumenta suppeditarent, maiorum et stirpis totius claritatem ei summam appingat. Ea fuit in Herodem Scaligeri pietas, quam falsam pariter ac pravam prolixo et erudito de Herode tractatu probavit Nicolaus Serarius, quo *καινὰ κενά τε* Scaligeri *ὄνειρα*, ad veritatis de doctrinae lucem prolata in nihilum abeunt. *De* Herodis genere consulendum Chronicon Alexand. pag. 454.

Pag. 307. *Μετὰ ἔτη ρκϛ΄.*] Ab anno a mundi conditu 5333. quo populi rem administrare coepit Iudas 5469. quo Herodes in regnum est intrusus, annos numero 136. non 126.

Pag. 308. *Ἐν τῷ μεσαιολίῳ.*] Tria verba praecedentia in omnibus MMSS. legenda Scaliger expungit pag. 60. Scribitque *Μαισαιόλιον*, ubi illa *Μεσαιόλιον* legunt: arridet, substituens *διεχρήσατο*, vice *δὲ ἐχρήσατο*, ubique reperto. Mihi praesens locus mutilus est, et in eo de Actiaca victoria mentio desideratur: et *τὸ Μαισαιόλιον* in *Μαυσωλαῖον* commutatur. Cleopatra quippe sepulchri, Mausolaei nonnunquam ob fabricae molem vocati, clausa praesidio seipsam confecit.

Μεχρὶ τοῦδε Λαγίδαι.] Ambigue et incerto de fati Cleopatrae anno loquutum Authorem, ac modo ab orbis conditi anno 5468. annis modo duobus posterius consignasse notis ad pag. 303. observavimus: quare quod hic in annos duos sequiores, et mundi 5472. removeatur, ad Georgium nil spectat, cum privatus is sit Africani, huius haec dicta referuntur, computus. Ex eius porro verbis celeberrimae tres epochae Chronologis Africani sensuum studiosis perquirendae ultro se offerunt. Prima est Alexandri mortis et Graecorum imperii, quam in mundi 5174. non ut Georgius in 5170. coniicit. Nam cum Lagidarum exterminium in mundi 5472. duobus nimirum de tercentum minus post insti-

tutum ab eis imperium remittat, ante annos 298. mundi 5174. illud primo stabilitum liquet, ante Christianam aeram annis 426. Africanus quippe natalis Christi epocham eandem, quam Georgius, statuit ex p. 324. et 325. Secunda est Actiacos annos et Aegypti captae aeram ad mundi 5472. ante Christi natalem annis 28. devinciri. Tertia tandem Augusti annos a mundi 5461. numerari. Nam cum undecimus Augusti ex Regio nostro Barb. et Perez. attente inspectis iisque cum Palat. collatis sit qui mundi 5472. et Olympiadis 187. quartus recensetur ab Africano: ex eius calculis anno 5461. duntaxat imperium adiisse necesse est, ante Christi ortum 40. vel 41. prout Christus 5500. vel 5501. natus ab eo asseritur. Suspicionem tamen meam ne subticeam, ια΄. vice ιδ΄. a primis Librariis lectum arbitror, et 11. Augusti annum, 14. vice redditum. Author enim ex Africano, ut reor, scribit pag. 311. C. οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπὸ τοῦ ιδ΄. ἔτους ἀριθμοῦσι Αὐγούστου χρόνους ab Augusti, inquam, 14. qui capta Alexandria signatur in Fastis.

Ἡρώδης ἐπικτίσας τῶν Γαβινίων πόλιν.] Lepide Scaliger Not. pag. 259. *Quare Cuthaei sive Samaritae Γαβῖνοι vocentur, dicere fortasse possem, nisi corruptus esset locus.* Nihil hic a corruptione Scaligero timendum: integer est Africani locus, iisdem omnino verbis tribus in MMSS. digestus. Subindicat, quod ille veretur exponere, Iosephus lib. 14. Ant. cap. 10. a Gabinio Syriae Proconsule, altero Samariae ante Herodem reparatore sic nuncupatam. Gabinius, inquit, Iudaeam perlustrabat; et quotquot inveniebat urbes dirutas, aedificari iubebat: atque hoc pacto instauratae sunt Samaria, Azotus, Scythopolis, Antedon, Raphia, Dora, Marissa, et aliae non paucae: idque mandante Gabinio, quorum posthac habitatio tuta permansit, cum ante longo tempore desertae fuissent: Ut itaque sine civibus et aedificiis urbs Samaria, ita sine nomine iacuit ad primam usque a Gabinio susceptam eius reparationem, qua Γαβινίων πόλις appellari meruit: ac sequutis demum annis ab Herode ἐπικτισθεῖσα, Sebastes in Augusti honorem accepit appellationem. V. 68

Pag. 309. Ἦν Ὀλυμπιὰς ρπθ΄.] Brevis haec sententia plura ad temporum mensuram spectantia continet. Huiusmodi est clarior eius expositio. Olympiadis 189. primus annus is fuit, qui ante Kal. Martias diem sextum dies alios rite compositeque intercalandos excepit, cum prius nonnihil extra ordinem exorbitassent, et in aerae Antiochenae vigesimum quartum iam completum et absolutum incidit (verius certe reponerem vigesimum quintum) quo etiam Aegyptiacus annus prius vagus et incertus, vel certus quidem, at non magis Romana a confusione liber et immunis fixus constitit, et omni menda castigatus. Haec rursum obscura lucem exigunt et uberiorem interpretationem. Aeram Antiochenam (qua nimirum Antiochia Romanis subiecta, moxque

suae restituta libertati, Iulio Caesare Dictatore proclamato, suos annos deinceps coeperunt eius cives numerare) Olympiadis *182.* anno quarto, ante Christum octavo supra quadragesimum, et ut Author Georgius ad suos putaret calculos mundi 5453. inchoasse doctrinae temporum scriptores praecipui, maxime qui Scaligerum lib. 3. Isag. Can. pag. 295. ducem sequuntur, communiter tradunt, ut testis est qui contrariam init sententiam eruditus Petavius lib. 10. toto cap. 62. Huiusce aerae ab Antiochensibus usurpatae quartus supra vigesimum completus, seu potius quintus ac vigesimus in Olympiadis 189. annum primum, ante Christum 23. et ad Georgii nostri computum in mundi 5478. incurrit. Iidem porro temporum ac diversarum rationum calculos tractare soliti scriptores anni Aegyptiaci principium (de quo breviter nonnulla notarum istarum pag. 1. 6. et 13. delibavimus) in certum anni nostri Iuliani diem ante pugnam Actiacam incidisse negant; nullo quippe intercalari apud Aegyptios recepto, annum illis usitatum uno die Iulianum antevertere necesse fuit:
P. 75 eiusque subinde primum diem, vagam semper et incertam in anno Iuliano sedem habuisse. Aegypto vero post Actiacam pugnam domita, Romanisque legibus ac institutis subdita, vagi illius anni lex simul abrogata est, et alterius, cuius fixus foret in anno Iuliano primus limes, consuetudo admissa. Cessit Actiaca victoria Caesari Augusto, prout Africanus, cuius haec verba sunt, putat, Olympiadis 187. anno 4. ante Christi natalem annum 28. mundi 5472. quo erratici anni Thoth, sive principium, Augusti mensis diem 29. occupabat. Exin utriusque anni dies certi, et iisdem spatiis a se invicem dissiti, labi coeperunt. Verumenimvero, vitiosa Iuliani anni dispositione ex adiectis quibusdam diebus intercalaribus superfluis Aegyptium a mendoso Iuliano exorbitare cogente, eodem Iuliano postmodum castigato, et Aegyptii Thoth ad mensis Augusti 29. diem, quo, subacta Aegypto, primum steterat, revocato, ac demum recepto ad accuratioris Astronomiae regulas intercalari die, fixum deinceps et immotum primus mensis Aegyptius, cui Thoth nomen, 29. Augusti principium obtinuit. Perfectam illam et absolutam utriusque anni reparationem memorat Africanus institutam Olympiadis 189. anno primo. *ἦν Ὀλυμπιὰς ρπθ'.* quo superfluis duobus diebus intercalaribus sublatis, reliqui, ut composito deinceps ordine procederent, sunt instaurati; quo eodem aerae Antiochenae quartus vel quintus supra vigesimum completus numerabatur, idemque intercalatione facta conspicuus erat, et bissextilis audiebat, *ἥτις πρὸ ϛ'. Καλανδῶν Μαρτίων κατὰ Ἀντιοχεῖς κδ'. ἤχθη*: ac tandem qui effraenis et absque iugo incedebat Aegyptiorum annus fixum statumque diem, quo desineret et renovaretur, in Iuliano est assequutus: *δι' ἧς ἐπὶ τῶν ὅρίων ἕστη ὁ ἐνιαυτός.* Videndus hic Petavius lib. 10. de Doct. Temp. cap. 71. Quod Scaliger de

Lustri et Olympiadis concordia Not. pag. 259. profert, ab Africani mente penitus aliena, qui Petavii cap. 40. legerit, experietur. Id in eius Animadv. placuit, quod post verba κατὰ Ἀντιοχεῖς κδ'. τὸ, ἔτει, scribendum suggesserit. Probatur etiamnum conceptis verbis ibidem scribens. *Tamen velle videtur Africanus eo anno celebratam fuisse Olympiadem* 189. *quod anno sequenti factum. Nam bissextum Iulianum antecedit primum annum Olympiadis mensibus sexdecim, aliquando septemdecim:* quae mihi causa fuit, ut anni Iuliani castigationem in aerae Antiochenae 25. annum reiicerem, si 189. Olympiadem ab Africano scriptam, praecise sibi coniunctam accipiat: alias eiusdem aerae 24. qui bissextilis Olympiadis 189. primum annum antevertit. Nusquam porro verborum istorum δι' ἧς ἐπὶ τῶν ὅρίων ἵστη ὁ ἐνιαυτός, sensum assequitur, eadem hoc pacto interpretatus. *Dies intercalatitius, quod bissextum dicitur, cohibet annum intra fines suos, ne in antecedentia vagetur.* Cohibet equidem: at cum singulis id quadrienniis praestet cur hoc potius, quam alio loco miraculum ab Africano decantaretur, non percipio. Memoratur itaque speciatim quod fixo ad anni Iuliani diem certum Aegyptiorum anno, non receptus modo bissextilis dies, sed et intercalationi deinceps faciendae castigatissimus modus ab Augusto est adhibitus.

Ἀφρικανὸς ἐάσας εἰπεῖν.] Horum vice, Africani nomine scribit Scaliger textus pag. 60. *ταῦτά μοι προπαρεσκεύασται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δεῖξαι βουλομένῳ πῶς ἐγγιζούσης τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θείας σαρκώσεως ἐξέλιπεν ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ Πατριάρχου Ἰακώβ.* Quanti haec erant, ut Africano ascriberentur, quae superius pag. 300. D. proprio nomine scripsit Georgius.

Περὶ Ἀντιγόνου, καὶ τέλους τῆς Ἰουδαίων βασιλείας.] Haec vere Eusebius apud Scaligerum pag. 60. Haec eadem Latina versio ad Olympiadem 186. Eustathius Regiae Bibliothecae postrema licet historiae parte (quam medio narrationis cursu Librarius reliquit abruptam) nondum instructus, longe tamen auctior, et ea historiae sacrae serie, quae a Iudicibus Hebraeis ad Alexandrum M. et eius aetatem excurrit, dupla nimirum, et pari, quae ante annos 20. Lugduni prodiit mole locupletior; relatis κατὰ λέξιν quae Syncellus noster ex Eusebio subiungit, et quae eadem Eusebii Latina Hieronymi interpretatio credere postulat, sequenti de Septuaginta hebdomadibus expositioni, has, non alterius utique, quam Eusebii reliquias huc colligendas et sacro more inserendas subiungit. *διελεῖς δὲ τὰς ο'. ἑβδομάδας οὕτως· τὰς ἑπτὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ· τὰς δὲ ἑξήκοντα δύο σὺν ἀπομενούσαις ταῖς ἑπτὰ εἰς τὸν χρόνον κατέσχον οἱ Χριστοὶ ἡγούμενοι, τὴν δὲ μίαν ἑβδομάδα*

ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς ἐκήρυξε τὴν καινὴν τοῦ κηρύγματος διαθήκην. ταύτης δὲ τῆς ἑβδομάδος ἐν τῷ ἡμίσει ἦλθεν ἐπὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ᾗ ἤρθη ἐκ μέσου ἡ διὰ Μωϋσέως παραδεδομένη λατρεία. αἱ δὲ ο΄. ἑβδομάδες εἰς τὸν ἐπὶ Χριστοῦ συντελοῦνται χρόνον κατὰ τοὺς Ἰουδαίων ἀριθμούς. ἐκεῖνοι γὰρ κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον τοὺς ἐνιαυτοὺς ἀριθμοῦσιν, ὥς ἐστι πρόχειρον εἰπεῖν τὸν μῆνα ἡμερῶν εἶναι κθ΄. ὡς τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου ἐπάρχοντος τξε΄ καὶ δ΄. τοῦ δὲ σεληνιακοῦ τνδ΄. εἰς τὸν δὲ σεληνιακὸν ἐνιαυτὸν διὰ τοῦτο Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι
V. 69 τρεῖς μῆνας ἐμβολιμαίους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν. *Hoc porro pacto septuaginta hebdomades distribues. Ac septem quidem post reditum e captivitate, usque ad Dei templi reparationem assignatis, tum duas et sexaginta una cum residuis septem tempori quo Christi Duces obtinuerunt principatum imputabis: ac hebdomadem tandem unam spatio illi, quo Christus novum Evangelicae doctrinae foedus enunciavit. Huius autem hebdomados medio ad passionis mysterium Salvator et Dominus noster Iesus Christus accessit, quo traditus per Moysen cultus sublatus est.* (Alia ratione) *septuaginta hebdomades iuxta Iudaeorum calculos in Christi tempus desinunt. Illi quippe ad lunarem cursum annos componunt, adeo ut mensem viginti novem dierum cum medio expedite asserant: solari nimirum periodo diebus 365. cum diei parte 4. conflata: lunari vero colligendae, ad 354. impensis. Ex quo fit ut ad lunarem annum post annos octo tres menses insititios una cum Graecis Iudaei adiiciant.* Secunda haec de hebdomadibus sententia totidem verbis ab Africano scribitur pag. 323. B.

Μέχρι τῆς Αὐγούστου καὶ Ἀντωνίου βασιλείας.] *Quomodo a regno Antonii*, obiicit Scaliger: intelligo ad eius finem et Antonii obitum. Vellem propterea *καὶ Ἀντωνίου* expunctum: aut reponendum. *μέχρι τέλους τῆς Αὐγούστου καὶ Ἀντωνίου βασιλείας·* aut denique *μέχρι τῆς Αὐγούστου μόνου βασιλείας, καὶ Ἀντωνίου τελευτῆς.*

Ἀπὸ δὲ κτίσεως Ῥώμης.] *Recta ratio*, scribit ille Not. pag. 260. *nimirum ad primum annum Augustorum. A morte autem Antonii anni Augustorum* (verius protulisset Augusti) *Actiaci putantur:* scripserat linea superiore. Falsam tamen reperio rationem eiusmodi, sive ad Eusebii, sive ad Georgii sententiam et calculos eam accommodaverim. Ad Eusebii quidem, qui Romam ad annum Abrahae 1264. conditam, Antonii mortem ad 1988. refert, hoc est ad posteriores 724. annos: ad Georgii vero, qui vulgari mundi 4754. positis Romae fundamentis, Antonii necem, etiam Africani maiori servato calculo, de qua nota septima praecedens, anno 5472. superius pag. 308. D. collegit, solis videlicet a Romae conditu 718. annis. Emendando
P. 76 itaque textui, observo Augusti imperium, de quo hic sermo, vel

illud intelligi, quod cum Antonio iniit, anno mundi 5459. et ut prave nonnunquam cum Authore scribam 5458. vel quod anno 5472. ex Africani calculis suscepit solus. Posterius hoc annis mundi coniunctum si sumpseris, Romam anno mundi 4754. conditam annis duobus solis summa 720. adiecta superat. verum ab exactis regibus anno mundi 4980. quae colligitur 477. annorum summa ad illius imperii limites, annum scilicet 5472. non attingit. Prius si dederis, a Regifugio quidem ad occupatum ab Augusto post Caesaris mortem imperium, reperio scriptos hic 477. annos: Augustum namque, de quo saepius, ad Rempub. administrandam anno 5458. depravate posuit Author pag. 305. A. At cum a iactis Romae fundamentis anno 4754. ad fugatos reges et institutos Coss. anno 4981. non plures 227. a Romuli vero morte quae mundi 4779. signata est soli 201. et non 243. numerentur anni; eam ob rem a Romae conditu et anno 4754. ad Augustum 5458. vel 5459. imperantem, non 720. sed 704. vel 705. duntaxat annos iuxta Syncelli computum recte posuerim.

Ἀπὸ δὲ ἁλώσεως Τροίας.] Praesentis textus depravatio Eusebii Troiam ad annum Abrahae 835. destructam, et Antonii mortem ad annum 1988. referentis sententiae congruit: quae sequitur in numero υλγ'. ut Authori, sic Eusebio adversatur. Ad Authoris mentem reparatur scripto ͵αρκη'. vice ͵αρνγ'. et υκδ'. vice υλγ'. Ultimam namque cladem passa est Troia anno mundi 4330. ex pagin. 170. a quo ad Augusti principatum mundi 5459. consignatum medii fluunt 1128. et rursus a praefato captae Troiae limite ad susceptum a Romulo anno 4742. regnum soli 411. elabuntur.

Τῆς οὖν ρπε'. Ὀλυμπιάδος.] Quoddam Eusebii fragmentum apud Cedrenum extans praemittit istis Scaliger textus pag. 61. et ex Georgio multis partibus, inquit, ab antiquariis mutilato inter Cedreni collectanea vult deportatum Not. pag. 260. At Georgii opus, ut sibi fingit, vitiatum quam temere arioletur Scaliger declaravimus in prooemio.

Pag. 311. *Τῇ δὲ ρπη'. Ὀλυμπιάδι.*] *Atqui Olympiade ineunte inibat annus secundus a morte Antonii ad annum* 5472. ab Africano *posita. Vides Librarii ἀτοπίαν;* bene monet Scaliger Animadv. p. 260.

Κατὰ τοίνυν ρπε'. Ὀλυμπιάδα.] Lepidum dignitate motum et relegatum refert Suetonius. *τὸ κατασχεθέντος* a MS. Barb. depromptum est. Periochen hanc omittit Scaliger.

Οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.] Hoc est quod observat Eusebius ad Olympiadem 187. *Quidam ab hoc loco primum annum Augusti Monarchiae supputant.* Est autem apud eum Augusti 15. Alii cum Petavio lib. 13. de Doct. Temp. anno 14. aeram Augustorum assignant. Idem lib. 10. cap. 69. Tyrones, scribit, admonendos censeo, uti diligenter annos Actiacos ab Actiaca victoria discer-

nere studeant. Nam veteres nonnunquam ἀπὸ τῆς μάχης ἐν Ἀκτίῳ tempora computant, id est, ab ipso anno, quo ad Actiam superatus est Antonius. Alii vero Actiacos annos et Augusteos ab Augusti postrema victoria, et Antonii nece colligunt. Ita ipsi Alexandrini ex Georgii relatu. Collatis porro ad annum 5458. Augusti primordiis, et ex Africano, ad annum 5472. Antonii nece, Augustorum aera in Augusti 15. quod repetit Georgius pagina seq. incidat necesse est: in quartum vero decimum si ab anno 5459. Augusti annorum principium fiat ex annotatis ad pag. 305.

Τοῦ δὲ κόσμου ͵ευξθ.] Annus a mundi conditu 5469. regno ab Herode occupato consignatus, ne Hyrcanus quatuor supra triginta a mundi 5436. regnare exorsus sibi vendicet, impedimento est: annus itaque unus pag. 305. et 309. A. assertus Hyrcano detrahendus, vel regni eius primordia in annum anteriorem attollenda: quod ad pag. 305. demonstratum.

Ἀρχιερέα μεταστειλάμενος.] Spatio linearum trium solo τὸ, *ἀρχιερέα*, ter repetitum, et in MSS. tribus repertum *displicet*: *ἱερέα* primo loco legerem ni MS. avocaret authoritas.

Pag. 312. *Ἀρχομένῳ τῷ ͵εφα'.*] Anno quinquies millesimo et quingentesimo Christum Dominum humanam induisse carnem scripsit Author sub operis initium, et in sequentibus *annum* Christi primum ad mundi 5501. alligat, et Christi *pariter tricesimum* mundi 5530. nuncupat. Hic corporis humani susceptionem, quae Maximi in Computo Eccles. cap. 32. sententia est, in annum posteriorem submovet, et Christi Domini aetatem ab immaculatae carnis eius conceptu, et prima in virginis utero nativitate censeat numerandam. De Dominico Incarnationis die iuxta Graecorum traditionem plurima Chronicon Alexand.

Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸ ͵ευοβ'. ἔτος.] Praesens locus verbis ambiguis constans eum habet sensum, ut nexis ad invicem periodi partibus, annus mundi 5472. cum Augusti quinto supra decimum, et una cum captae Alexandriae anno 6. copuletur, quo tempore, vel annus Bissextilis, vel Bissextilis diei emendatio in Aegyptum fuit inducta: quae tacita est Authoris sententia, ubi a mundi 5446. assignatis Cleopatrae regno 22. annis, eam vita et regno 5467. cessisse ad pag. 303. A. demonstravimus, ex quo sequutus 5472. captae Alexandriae sextus absque difficultate colligitur: idemque est Panodori annum ab Alexandria Romanis subiecta sextum cum mundi 5472. componentis, verum Alexandriam mundi 5466. Augusti 16. ante Christi natalem anno 27. captam asserentis opinatum. Alter loci sensus est ex partibus, quod aiunt Grammatici, ad invicem adversantibus compositus iuxta quem ex Africani mente an. 5472. et Augusti 15. Alexandria sub iugum missa, anno subinde sexto sequente bissextus dies in Aegyptium annum fuerit ex aliorum sententia invectus.

Τῷ ιε'. τῆς Αὐγούστου βασιλείας.] Quartumdecimum posuit

aperte velut firmam epocham pag. 311. C. Numeri mutati causam
ibidem adiecimus.

Ἐνιαυτοῦ τοῦ τξε'. πρῶτον ἡμερῶν.] Locus corruptus, ita V. 70
quondam ut arbitror scriptus. *ἐνιαυτοῦ τοῦ τξε'. πρῶτον ἡμερῶν
ὄντος, καὶ περὶ δ'. α'. ἡμέρας:* ex quo vitio *οὗτος παρὰ λα'. μιᾶς*
etc. expanse reponitur. *ἐνιαυτοῦ τοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε
πρῶτον ἡμερῶν ὄντος, καὶ περὶ τεταρτομόριον μιᾶς ἡμέρας.*

Ἥτις κατὰ τὴν κθ'. τοῦ Αὐγούστου μηνὸς συμπίπτει.] Mente,
ut arbitror, non facto. Annus enim Aegyptius diebus solis 365.
constans, nec intercalationis diei post annos quatuor componen-
do sex horarum excessum admittens ante Augusti tempora, adeo-
que post quadriennium Thoth suum transferens in anni fixi diem
anteriorem, revolutionis suae principium, et redeuntis periodi
annorum 1460. primum terminum nusquam olim habuit diem
Augusti 29. quinimmo circuitus illius cardo vel primus limes ad
Caniculae Sydus, Sothin ab Aegyptiis nuncupatum annis ante
memoriam labentibus referebatur, ut Georgius author est p. 40.
B. idemque Horus Apollo, et Porphyrius in Antro testantur. Pe-
riodi tamen illius annorum 1460. exordium viderentur haec Geor-
gii verba ad Augusti diem 29. astringere, nisi neglecto prae vetu-
state priori Caniculae cardine, quod iam anni Aegyptiaci princi-
pium in spatium anterius non retrahatur, alius hic dies, nimirum
Augusti 29. ut anni fixi terminus est immotus et stabilis, ita pa- P. 77
riter si vagus esset et incertus, eiusdem in partes priores retro-
cessus limes primus et cardo post Augusti Caesaris tempus cogi-
tatione conciperetur.

Ὡς ἔτυχεν ἀποκαταστῆναι.] Non restaurata et redeunte an-
norum 1460. ad diem Augusti 29. periodo, sed anni Thoth ad
eum diem in perpetuum colligato, si quae deinceps fingitur eius
priori more divagantis inconstantia, velut hic primum instituta,
ab hoc quoque primo termino effluxisse cogitetur. *ἀποκαθιστᾶν*
enim non *ἀνακαλεῖσθαι* modo, sed et *ἐπισκευάζειν*, et *καταρτίζειν*
esse, nec non insuper *ἀποκατάστασιν* non rei tantum in priorem
statum restitutionem, sed et turbulentae et commotae subsiden-
tiam et pacationem significare demonstrat Budaeus: quare qui
vagus et errans sistitur, et ad deputatum terminum stabilis co-
hibetur annus, mihi apud Authorem *ἀποκαταστῆναι* bene appre-
henditur.

Κατὰ τόδε ͵εуοα'. ἔτος τοῦ κόσμου.] Varius est, nec sibi con-
stans in numeris Georgius, cum maxime rem eam tractat, cuius
computus non idem sibi cum Authorum computo, quorum scripta
eum evolvere fuit necesse. Exemplo sunt haec verba *κατὰ τόδε
͵ευοα'. ἔτος*, cum nonnullas ante lineas *κατὰ τὸ ͵ευοβ'. ἔτος* scri-
pserit. Hic Georgii, alter Panodori numerus proprius: et figuris
licet affines spatio tamen annorum septem vel octo dissiti a se
invicem arguuntur. Res paradoxa, acuta Georgii mens, et quae

illius dicta obscurat apparens ἐναντιότης paucis exponitur. Christum anno Caesaris Augusti 43. natum Georgii cum Panodoro pronunciatum est: hic tamen ab illo discrepat, ut Christi natalem annum, ac simul Augusti 43. in 5493. a conditu mundi, ille in 5500. completum ab eodem orbe creato reiiciat: sit nihilo secius idem utrique Iulianae Periodi 4713. ex quo idem rursus utrique et Augusti primordiis respondens erit Periodi Iulianae 4671. quo conditi orbis Panodorus 5451. Georgius 5458. numerat. Ut Georgii mens ex integro et non emendato eius textu pag. 305. A. ita Panodori ex pag. 313. B. constat. Diversus utriusque ab orbis natali numerus in Iulianae Periodi 4671. incurrit. Ex istis, Augusti annus 15. mundi 5472. et Periodi Iulianae 4685. quo capta est Alexandria astrictus, Bissextum et intercalarem diem ex Augusti mandato excepit, infert Georgius: Panodorus autem diverso annorum mundi computo usus, et Alexandriam Augusto annum 16. in imperio agente subactam arbitratus, qui ipsi est mundi 5466. ac Periodi Iulianae 4686. anno postmodum sexto, Augusti, ut de ipso testatur Georgius, secundo et vicesimo, Periodi Iulianae 4692. mundi, iuxta proprium sibi computum 5472. Bissextum eundem diem Augusto et eruditis viris decernentibus admissum observat. Vides utrobique, in Georgii nimirum et Panodori diversis computis eodem, si vocis sonum respicias, mundi 5472. Augusti iussu evulgatum Bissexto condendo deputatum diem: at quam diverso spatio coniicit, qui Augusti annum 15. et Periodi Iulianae 4685. ex parte una; et ex opposita Augusti 22. et Periodi Iulianae 4692. spectat: hoc est annorum 7. intervallum. Quia vero ab Alexandria Caesaris armis devicta sex postmodum annis diem intercalarem inductum Panodorus asserit: cum in Augusti potestatem eius anno 15. cesserit; sextus exinde annus in Panodori computo nonnisi mundi 5471. putatur: qui tamen ut superiori numero concors, et Georgii Africanique dictis consonus, ad marginem expetitam nactus est emendationem.

Αὐγούστου δὲ ἔτει ιε΄.] Augusti imperii anno primo ad mundi 5458. affixo, quintus ac decimus cum mundi 5472. coniungi repetitur: verum quia eius annus ultimus, qui sextus est supra 50. coincidentem requirit 5514. quod Tiberius successor imperium anno 5515. auspicetur, ex pag. 319. A. eam ob rem Augusti annus primus, (ex emendatiore Authoris calculo, quem nos pariter ad marginem adiecimus pag. 305. A.) mundi 5459. consociatus, sequentem quartum et decimum in mundi 5472. refert: et ut Bissexti legem eo creati orbis 5472. ita Augusti 14. positam debet Author Georgius admittere: quod supra conceptis verbis professus est pag. 311. C. *οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπὸ τοῦ ιδ΄. ἔτους ἀριθμοῦσι τοὺς Αὐγούστου χρόνους.*

Κατὰ τὸ ις΄. ἔτους τῆς Αὐγούστου βασιλείας.] De annis Au-

gusteis, non Iulianis loquitur Author Georgius: quod si quippiam aliud magis serium et momenti maioris agens vir eruditissimus advertisset, praesentibus Georgii verbis ἀνιστορησίας non respersisset labem.

Pag. 313. *Μεθ' ἣν ἀρξαμένην ἔτει ε'.*] Ita distinctis characteribus una cum Regio scribit Barberinum. Faveret coniectura ex numero ͵ευοα'. post annum Augusti 16. et mundi 5466. per alios quinque adiunctos exurgente petita, nisi plura simul scripta obstarent: quare ἔτει ε'. in ἔτει ς'. emendandum concedo, et sensum non ex *anno quinto impendente*, sed ex *sexto labente* repetendum moneo.

Τεθῆναι τὴν τετραετηρικὴν ἡμέραν.] Quadriennalem diem bissextum ex Panodori sententia imperii Augustei anno 22. positum, et Augusti decreto sancitum, τεθῆναι, Georgius animadvertit. An tunc primum ut reciperetur indictus, et ante annos sex Alexandrinis propositus ac consultus, anno Iuliano impraesenti ad regulas Astronomicas emendato, Alexandrinis primum placuit, et in posterum una cum anno fixo et castigato qui observaretur acceptus est? aut certe simul cum anno Iuliano vitiato ab urbe Alexandria Romanis subiecta civibus usitatus, plenam Augusti placito apud Alexandrinos emendationem sortitus est? Dubium hoc in partem omnem versatum discutit temporum doctrinae doctissimus author lib. 10. cap. ultim. Quae Georgii circa illud doctrina est duobus et locis mihi colligitur. Primus habetur pagina superiore his verbis. *ἐπειδὴ κατὰ τὸ ͵εορβ'. ἔτος τοῦ κόσμου, ὅπερ κατὰ τόνδε ἀκριβῶς ἡμῖν ἀφοδευθέντα κανόνα τῷ ιε'. τοῦ Αὐγούστου βασιλείας ἔτει συντρέχει, κατ' ἄλλους δὲ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ς'. τὸ λεγόμενον Βίσεξτον προετέθη ὑπὸ Αὐγούστου Καίσαρος.* Indubium est autem anno illo sexto, prout vult Panodorus, Bissextum diem ab Alexandrinis acceptatum: a dubio igitur procul est ipso captae Alexandriae anno, qui Augusti quintus ac decimus numeratur, ab eisdem in anni fixi ordinem fuisse admissum. Legitur alter pag. 309. A. *ἣν Ὀλυμπιὰς ρπθ'. ἥτις πρὸ ς'. καλανδῶν Μαρτίων κατὰ Ἀντιοχεῖς κδ'. ἔτει ἤχθη, δι' ἧς ἐπὶ τῶν ἰδίων ὁρίων ἔστη ὁ ἐνιαυτός.* Olympias 189. anno secundum Authoris Canonem 5478. et Augusti 21. incipiens circa solstitium aestivum, annum primum ad anni sequentis mundi nimirum 5479. et Augusti 22. solstitium aliud protrahit: is vero Augusti annus secundus supra vicesimum est, quo bissextum V. 71 Augusti et eruditorum nutu firmatum Georgio non reluctante statuit Panodorus: universo itaque cunctorum consensu, et non infirmando usu communiter acceptus fuit, qui tantam prius firmitatem non obtinuerat in eruditiorum animis maxime, qui ex plurium, quam par foret dierum intercalarium adiectione anni dierumque ordinem animadverterent vitiatum: eo vero Augustei imperii anno 22. accurata recensione adhibita, cum anni ab

P. 78 Augusto bene digesti structurae nil desiderandum relinqueretur, suumque annum errantem et vagum imo et Iulianum omni inconstantia procul ablegata, viderent suis terminis consistere, δι' ἧς ἐπὶ τῶν ἰδίων ὅρων ἵστη ὁ ἐνιαυτός: eius pariter usui, ut Augusti consiliis, se submiserunt, et ex eius regulis tempus omne deinceps metiti sunt: quamvis non tunc primum gratus et usurpatus; nam et sex annis prius προετέθη, qui reciperetur ex Senatus consulto propositus et institutus, et ut certius scribit Barberinum προσετέθη, a captae Alexandriae spatio annuae mensurae adiunctus est.

Ἔτεσιν ἑπτὰ διήμαρτεν.] Panodori errorem alio errore corrigentem Georgium Scaliger arguit Animadv. pag. 260. Panodorus, ait, ad Constantini vicennalia 5816. annos numeravit: detractis autem de 5816. summa 326. annis soli supersunt 5490. qui non modo septem, sed etiam decem integris annis Panodorum errasse convincunt. Verum cum ab Adamo ad Christum annos 5493. accurate distinctos Panodorus asserat, annos post aeram Christianam minus diligenter colligens, alios eam praecedentes vitiose subduxisse, nonnisi cum vitio damnatur.

Ἡμεῖς δὲ τῷ ποιητῇ τῶν χρόνων.] Quae causa in eadem Maximi defensio unica est Computi Eccles. part. 1. cap. 32.

Ἠφάνισεν.] Eusebius Latinus ad Olymp. 193. *exilio damnavit.*

Pag. 314. *Οὐινδικούς.*] Idem *Vindelicos* reddidit.

Ὁ αὐτὸς τὸ Πάνειον.] Periochen istam, qua fertur in Herodem reverentia ex Eusebio suo Scaliger expunxit pag. textus 62. et Animad. pag. 157. inter Georgii nugas recenset. *Templum enim,* inquit, *in Caesaris honorem Καισάρειον, non Πάνειον in Panos cultum extruxit.* Iosephus lib. 15. Ant. cap. 13. *Ἡρώδης περικαλλέστατον αὐτῷ (Καίσαρι) ναὸν ἐγείρει ἐκ πέτρας λευκῆς πλησίον τοῦ Πανίου λεγομένου. Herodes elegantissimum Caesari templum excitavit e marmore candido, prope Panium quod vocant.* Ad Panium itaque fuit templum Caesari ab Herode dicatum ac vicinum adeo, ut cum unum extrueret, aliud repararet. Latinus Eusebius. *Herodes, id quod vocatur Panion, extruxit:* quod Syncellus exposuit εἰδωλεῖον.

Ὁ αὐτὸς Ἀνθηδόνα.] Denegat haec Eusebio Graeco Scaliger, quae Latinus Interpres ad Olymp. 192. adstruit.

Ὁ αὐτὸς τῶν Ἰουδαίων ὀνομαστούς.] Ita Barb. Scaliger cum Perez. habet νομομαθεῖς, iidem vero tunc ὀνομαστοὶ, qui νομομαθεῖς, quos ad mortem Herodes insectabatur. Eusebius ad annum Herodis 30.

Pag. 315. *Ἔτος Αὐγούστου Καίσαρος ͵ευνη'.*] Nisi ͵ευνθ'. legeris, et ab eo Augusti anni processerint, sequentes μα'. et μβ'. in mundi ͵ευϟθ'. et ͵εφ'. nunquam incident.

Κατὰ τὸ μγ'. ἔτος Αὐγούστου.] Ad annum creati orbis 5459.

positis Augusti primordiis, eiusdem tertius supra quadragesimum in Christi natalem 5501. incurrit. Alias Augusti quartus et quadragesimus devinctum sortitur 5501. tertius et quadragesimus priorem 5500. etc. quae totidem anachronismis Georgium expostulabunt, si Augusti principium ad 5458. fixerit.

Ἀρχιεπισκόπου . . . . Ῥώμης.] Lacuna verbis Nicephori interpolanda *Πόρτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης.*] Portus enim Romani Episcopus celebratur.

Μαξίμου τοῦ ἁγιωτάτου.] Cuius sunt ad marginem adnotata: in quae irrepserunt mendae. 1. *τοῦτο τὸ ἔτος τὸ πρῶτον τῆς τοῦ σωτῆρος ὑπάρχει γεννήσεως.* vice *τοῦτο τὸ ἔτος τῆς τοῦ Ἰωάννου ὑπάρχει συλλήψεως.* 2. *ρπα΄.* vice *ρπ΄.* 3. *εἰκοσιοκτωετηρίδος* vice *ἕκτης εἰκοσιοκτωετηρίδος.* Inferius. 4. *ἔτος ἦν:* adde, *πρῶτον τῆς τοῦ σωτῆρος γεννήσεως.* Dies porro Annunciationis apud Maximum est feria 2. Christi natalis feria 4.

Pag. 318. *Καὶ Σιτίων Ἀλεξανδρεύς.*] *Σιτίων*, non semel in MS. extat. Legitur Sotion apud Eusebium Hieronymi ad annum Christi 14.

Pag. 319. *Πόλεις ιγ΄. κατεπτώθησαν.*] Quatuordecim videretur Librarius enumerasse, nisi Diam Hyrcaniam unius tantum urbis nomen arbitrarer cum quibusdam Latinis Eusebii exemplaribus a Pontaco inter notas reiectis, haud dubie tamen probandis, si Reg. Vatic. et Barb. MSS. codices Graecos consuluisset. Conferendus praesens textus cum eius notis coll. 343. 344. et seq.

Pag. 320. *Ὡς φάρμακον.*] Ita Reg. et Barber. Reponit Scaliger pag. 62. *φαρμάκῳ ἀνεῖλεν.* cui consentit Eusebius scribens, *Drusus veneno periit.*

Ὁ αὐτὸς Λιβάδα.] Ita pariter Barb. Scaliger legit *Λιβιάδα.* Ego *Ἰουλιάδα*, et Iosephi lib. 2. Antiq. cap. 13. Gemina vero fuit Iulias: prima Philippi, Herodis opus altera. *Φίλιππος μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν, κἀν τῇ κάτω Γαυλανιτικῇ, Ἰουλιάδα· Ἡρώδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ, Τιβεριάδα· ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ φερώνυμον Ἰουλίας. Philippus ad Iordanis fontes in Paneade condidit Caesaream: aliamque in inferiore Gaulanitide, quam Iuliadem vocitavit: Herodes vero in Galilaea, Tiberiadem; in Peraea autem cognominem Iuliae.* Eusebius ad Olympiadem 201. *Herodes Tiberiadem et Libiadem condidit:* quae lectio Pontaco non placet.

Pag. 323. *Ἡμερῶν κθ΄. καὶ ἡμισείας.*] *Τὸ, ἡμισείας*, nota huiusmodi contracte descriptum ς. semel, iterum, ac tertio praeterit Scaliger pag. 63.

Τὸ μὲν ἔτος ἐνίκαν.] Frequentes per hunc Africani textum respersi errores Scaligerum, ut Animad. pag. 261. scriberet, impulerunt. *Ego ista non assequor neque qui ea somniabat, intelligebat.* Et inferius. *Mira vero discrepantia disputationis*

huius cum ea, quae est (eiusdem Africani) *apud Eusebium in lib.* ἀποδείξ. *quanquam idem sit argumentum. Omnino haec, ut hic extant, nemo assequitur.* Petavius de Doctorum Temporum lib. 12. cap. 30. eandem Africani sententiam, tum hic, tum libro octavo, de Dem. Evang. aliis verbis apud Eusebium expositam testatur.

Pag. 324. *Ἐπὶ τὸ πάθος προήει ἔτους ιθ'.*] Numerum mutavi in ιη'. Eusebii mentem eam esse arbitratus, qui succedentis paginae primis verbis scribit: *μετὰ τὸ ιε'. ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ (Χριστοῦ) διαγενέσθαι. Post Tiberii annum decimum quintum praedicationis Christi triennale spatium durasse:* quare octavum et decimum Tiberii non superasse Christum Eusebio Graece loquenti ipse dialecto Latina Hieronymi studio donatus sibimet attestatur anno Tiberii 18. *Ad passionem venit anno* 18. Eam lectionem tuetur et certiorem probat Pontacus, et Anastasii Vaticani (quae de Regio potest esse sententia) authoritate in contrarium relata, Librarium, qui 19. vice 18. substituerit, erroris postulat.

Γράφει δὲ καὶ Φλέγων.] Scaliger corruptius quam Reg. *γράφει δὲ καὶ λέγει ὁ τὰς ὀλυμπιάδας . . . . περὶ τῶν αὐτῶν.* Barberinum et Perez. emendate. *γράφει δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς ὀλυμπιάδας*, quibus cum Chronico Alexandr. pagina 520. addo, *συναγαγών.* Appositum verbum probat Photius scribens. *ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ Ὀλυμπιονικῶν, καὶ χρονικῶν συναγωγή. Lecta mihi Phlegontis Tralliani, eius qui Augusti Adriani libertus fuit Olympionicarum et Chronicorum collectio.*

Pag. 325. *Ὅτι μὲν ,εφλα'. οὐχὶ δὲ ,εφλγ'.*] Graecorum computorum reponendae rationi disertis illustrata observationibus sequentia retulit Petavius ad Auct. operis de Doctrina Tempo-
P. 79 rum Variarum dissertat. libro octavo, et ex authoritate Evangelica Africanum verbis istis quam recte redargui testatur.

V. 72 *Διὰ τὸ εἰρημένον Ἰησοῦς δὲ ἦν.*] In plano puroque loco miror errorum colluviem: in Reg. quidem et Perez. *σι'. δὲ ἦν*: in Barber. vero diffuse scribi: *διακοσιοστὸν δέκατον δὲ ἦν.* Cum Petav. reposui. *Ἰησοῦς δὲ ἦν.*

Ἐτῶν λγ'. καὶ ἡμέρας μιᾶς τῷ ,εφλδ'.] Annum ex Georgii computo passioni Christi consecratum, et aetatis eius tertium ac tricesimum putatum aerae Christianae secundum supra quadragesimum esse declarat Petavius hoc pacto loci citati pagg. 298. et 302. Aerae Christianae annus 42. is numeratur in cuius diem Martii 23. decima quarta Paschali incidit feria sexta, ut ex Astronomicis tabulis constat: isque idem annus est, qui Panodori et Alexandrini computi monumentis Christi Domini tertius ac tricesimus ab eius natali mundi 5493. consignato aestimatur: Georgius porro annis aliis octo Christi natalem annum in 5501. nimi-

rum exorientem removet: qui igitur Panodori calculis ad regulas Astronomicas quam accurate directis aerae communis 42. est, idem in Georgii tabulis tricesimus tertius duntaxat ordinabitur.

Πρωτοκτίστῳ ἡμέρᾳ ζωὴν ἐκ νεκρῶν ἐπήγασεν.] Ut mundus Martii mensis die 25. conditus, eodem pariter die in Virginis utero mortalem vitam Verbum carne indutum accepit, ac tandem anno 34. recurrente in vitam lethi expertem resumpto corpore Christus homo feliciter transiit: quas tres causas affixi ad Martii diem 25. anni principii ab operis huius initio Georgius in medium adduxit.

Ἥτις ἀεὶ τῇ κε΄. τοῦ Μαρτίου μηνός.] In quo Georgium decipi ultro citroque ad menses Romanos alliganda Nisan Iudaici neomenia demonstrat. Ac si Martii 25. devincienda semper Nisan neomenia; sane Christus Martii 25. non exurrexit a mortuis, quandoquidem Nisan id est Lunae reparatae die 17. in vitam rediisse indubium est. Quod igitur Martii diem 25. Nisan novilunium in ortu suo viderit coniunctum, illud eadem semper statione fixum perperam aestimavit Syncellus.

Pag. 326. *Ἐπὶ γὰρ τὸ α΄. ἔτος.*] Quae sequuntur insigniter depravata sunt, scribit Petavius, neque vis argumentationis, qua Panodorum Syncellus oppugnat animadvertitur. Emendationibus ad marginem adiectis vitia patere fateor: Authoris argumentationem ipse Petavius plurima ex parte explicat, pars altera ex subiunctis nota fiet. Ideo septem annis (quae est argumentationis summa a Petavio confecta) minus putasse Panodorum Georgius censuit, quod cum anno mundi 5458. Augustus imperare coeperit, Panodorus 5451. tantummodo posuerit, Mathematicorum calculum sequutus. Quibus erudite et subtiliter a Petavio expositis ex Georgii scriptis illud a me observatum subiungo: levem imo nullam Astronomici Canonis penes Georgium authoritatem existere, qui Ecclesiasticum quam maxime probat et sequitur. Astronomicum autem et Ecclesiasticum Canonem a Georgio duplicem assignari, et unum alteri suppositum haberi ex ipsius verbis coniicio. Primus a Nabonasari epocha annos 424. ad Alexandri obitum exponit. Habetur cum Ecclesiastico pag. 208. de utroque mentio fit pagin. 207. C. 226. D. 231. C. et alibi. Alter Ptolemaeorum tempora ad Augustum deducit, et ab Augusto deinceps prosequitur: isque est, de quo Petavius Variar. dissert. lib. 8. p. 303. In lib. *προχείρων κανόνων*, qui tabulas Astronomicas complectitur, Canon ille Astronomicus a Philippo Aridaeo incipit, ut in MSS. codicibus apparet, qui Theonis Commentarios *εἰς τοὺς προχείρους κανόνας* exhibent. Idem priori coniunctus est, de quo superius fuerat testatus. Fuit apud Astronomos in usu Canon quidam, sive laterculum regum, qui a Nabonasaro ad Antoninum usque propagatur: nimirum ad Ptolemaei tempora. Ut prioris eius partis alter est Ecclesiasticus Canon

oppositus: ita et posterioris ab Aridaei videlicet primordiis ad Augusti auspicia proprius est iterum Canon Ecclesiasticus, *qui* quod Scripturae et historiae sacrae scriptorum calculos sequatur nomen istud primo sortitus est. Hunc ubique Georgius noster profert, et eius numeros amplexus a Philippi Aridaei Thot, sive ab Alexandri obitu ad Actiacorum annorum Thot alterum et renovatum Augusti imperium modo 298. modo 300. nonnunquam ex Africano 302. annos colligit: de quibus ad pag. 303. et 324. Caeterum, eo relicto, quod Panodorus utatur Astronomico Chronographiae sacratioris violatae reus postulatur. Criminis haec Panodori, et totius Georgii argumentationis summa et explanatio. Aliud eius argumentum inferius indicabo: Panodori vindicias apud Petavium legendas rogo.

Καθ' ὃ ἔτος καὶ ὁ Κλαύδιος Πτολεμαῖος τὴν τῶν προχείρων κανόνων ψηφιφορίαν ἐπήξατο.] Scaliger in haec verba pag. 261. *Insigne delirium, Ptolemaeum Astrologum, qui sub Antonino Pio scripserit, aequalem Philippo Aridaeo facere.* Petavius lib. 10. de Doctrina Temporum capite ultimo. *Coelum terrae miscet Georgius, ac trecentorum fere annorum intervallo dissita componit.* Parcite benevoli. *καθ' ὃ ἔτος Κλαύδιος ἔζησεν* non scripsit Georgius, sed *καθ' ὃ ἔτος ψηφιφορίαν ἐπήξατο.* Quandocumque vixerit Ptolemaeus, sub Antonino Pio videlicet, eo tempore ad Philippi Aridaei annum primum expeditorum Canonum ratiocinia accommodavit, et ad annum ratiocinia accommodavit, et ad annum eundem voluit defixa. Ubi delirium? Ubi temporum perturbatio?

Pag. 327. *Γίνονται ͵ευξγ'.*] ͵ευξδ'. debuerat colligere: Reg. Vat. Barb. Pal. et Perez. Codd. una fuit errans lectio.

Ὡς πρὸ τοῦ μγ'. ἔτους.] Telum aliud in Panodorum torquet Georgius, at quam imbelle et sine ictu. Actiacam, inquit, victoriam refert Panodorus ad annum mundi 5464. ergo, infert, ante Augusti 43. Christi natalem annum numeret necesse est, intellige ante mundi 5500. quam Ecclesiastica traditio Christi adventu tenet consecratum: quod nullo negotio concedet Panodorus, qui Domini ortum ex Mathematico Canone annis septem praevenit: et a mundi conditu 5493. celebrandum docet.

Κατὰ τὸ ͵εφε'.] Author seipso emendatior scribit inferius ͵εφς'. Sex enim supra 50. Augusti Caesaris a mundi 5451. labi cepti non nisi 5506. terminantur.

Μόνα γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς καθαιρέσεως μγ'. ἔτη.] Christum anno Caesaris Augusti 43. humana carne indutum, et Augustum post imperii totius, Antonio devicto, obtenti annum pariter 43. obiisse, ipsis annorum numeris declaratur. Suscepit enim imperium Augustus anno 5458. vel 5459. Christus vero natus est anno 5500. vel 5501. ac inter utrumque limitem medii sunt 43. Augustus iterum ex Africani calculis subiecit Aegyptum anno

5472. a quo ad 5514. quo defunctus est, alii 43. putantur. His a Georgio scriptis de Augusti in Antonium victoria Africani numeros probet necesse est: hunc nimirum anno 5472. superatum, ante Christi natalem annis 28. ipsius Augusti anno 14. si a 5459. imperium emetiatur, vel decimo quinto, si a 5458. regnare cepisse statuat, ac tandem ante ipsius Augusti mortem anno 43. P. 80
His, inquam, ita positis, qua ratione a mortis Alexandri Thoth, annos solummodo *τριακοσίους δυοῖν δέοντας*, prout habet Africanus pag. 308. C. vel quod in idem recidit *ἐνιαυτοὺς σϡή*. prout pag. 303. B. licet ex consilio et ad MS. *ϙϡή*. expresserim: qua ratione iterum ab Alexandri morte ad Cleopatrae terminum *ἔτη τριακόσια* numeravit pag. 261. A. et hic tandem ab epocha annorum 5170. ad 5472. Lagidarum annos *τριακοσίους δυοῖν πλεονάζοντας* recensere non vereatur; ipse Georgius huc arcessitus, reor, non explanabit, *Cuius*, ait Petavius Auctarii lib. 8. pag. 304. *in hoc infinita peccata sunt.*

Μεταξὺ τοῦ ͵εφιδ΄. καὶ τοῦ ͵εφιε΄.] Hoc est obeunte 5514. et ineunte 5515. quo imperii annis 56. exactis supremam anno 5459. ac non 5458. debuit consequi potestatem, aut certe annis 57. V. 73
imperavit, quod pag. 305. B. scriptis adversatur.

Πανόδωρος δὲ τῇ μαθηματικῇ.] Ut Georgii discursus, ita rationis eius in Panodorum instructae, robur hic omne, et conclusionis acies. 1. Panodorus Mathematico, non Ecclesiastico usus est Canone, *οὐ καλῶς διανοησάμενος:* de quo supra. 2. Ut Panodorus exordium Augusti annis octo, ita finem pari spatio antevertit, *οὐ καλῶς διανοησάμενος:* imperium enim eius annis octo retardandum, et mors totidem in annis mundi removenda.

Τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων ἡγεῖσθαι προσέταξεν.] Ubinam Scripturarum? Observa Tarasii tempore Aristarchae Ecclesiasticae a primis Iconoclastis sparsa Graecos iam suis animis innutriisse semina.

Pag. 328. *Τῷ αὐτῷ ἔτει Ἰάκωβος.*] Hierosolymitarum Episcoporum epocha ad annum Domini 34. devincitur. De Iacobi in Episcopatu annis post lineam alteram.

Pag. 329. *Γάϊος ἑαυτὸν ἀποθεοῖ.*] Haec et sequens perioche suo loco mota.

Pag. 330. *Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος ἔτη η΄.*] Reponerem *κη΄*. 28. Inferius quippe cum eius annos ad 26. processisse memoret Nicephorus, hic autem octo memoratos legam, octo supra viginti scriptos coniicerem; nisi Pontificatus annos 30. disertis verbis ex Eusebio pag. 335. B. Author ascriberet: nam et ipso Resurrectionis anno pag. 328. B. dignitate ornatum, successorem vero non nisi circa Neronis tempora postrema recensitum, apud Authorem pag. 336. conspicio.

Γάϊος Καλλιγούλας ἔτη τρία.] Addit Scaliger textus Euseb. pag. 64. *μῆνας δέκα.*

Pag. 331. *Πέτρος ὁ κορυφαῖος.*] Petri Apostolorum Coryphaei Pontificatus in Romana sede annos, epocham, et una Georgii de illa mentem in Canone Chronico clare designavimus pag. 500.

Pag. 332. *Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστής.*] Prima ex Georgii sensu Alexandrinae sedis epocha ad locum eundem recensetur, et ex Ecclesiasticis Chronologis Petri ad Urbem adventu anno solo posterior iudicatur. Marci Episcopatus annos 16. pag. 334. A. ad marginem, ex Perez. quoque codicis margine, expresses in Canone Chronico numeravimus, cuius praeterea numeri fides ex adiuncto illuc eodem monito probata relinquitur. Annos Marci in Pontificatu aliter referunt Eusebius, Nicephorus, Eutychius Seldeni, Abrahamus Ecchellensis in Chronico Orientali, et alii.

Τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρῶτος.] Ad epocham eandem, mundi nimirum 5541. et Christi 41. Antiochenae, et Alexandrinae Ecclesiae incunabula, ex Chronologorum omnium consensu Author alligare videtur.

Pag. 333. *Ἀγρίππας θεμέλια πηξάμενος.*] Haec alio disposita ordine refert Scaliger pag. textus Euseb. 65. de quibus Act. cap. 12. et Iosephus Antiq. lib. 19. cap. 7. et 8.

Ἀγρίππας ἔτη κγʹ.] Scaliger pag. 66. *ἔτη κϛʹ.* Recte quidem ad Eusebii mentem, Georgio positum numerum ubique retinente.

Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου.] Secunda est in editis oratio, cuius hic verba citantur. Ad editorum fidem MS. mendae reparantur.

Γαιτθίων.] Superius *Γηττῶν.* Zonaras *Γιττῶν.* Epiphanius *Γιτθῶν.*

Pag. 334. *Εὐόδιος ἔτη κθʹ.*] Pagina superiore scripsit *κηʹ.*

Ῥωμαιτάλκου.] Barber. codex *Ῥυμαιτάκλου.* Perez. *Ῥυμαιτάλκου.*

Ἐκ Τυάνων τῆς Καππαδοκίας.] Tria Manuscript. *τῆς Ἰταλίας.* Scaliger provinciae nomen expunxit pagin. 65.

Πρὸ χνδʹ. ἐτῶν φανείς.] Ita fideliter cuncta MSS. Scaliger citatus *χνζʹ.*

Pag. 335. *Ἔτος που λʹ.*] Coniecturis ad pag. 330. productis Iacobi annos 28. dubitans ex particula *που* subindicavi.

Pag. 337. *Ἡγησίππου μαθητοῦ τῶν Ἀποστόλων.*] Eadem Hegesippi testatur Abdias Babylonius, vel operis eius nomine publicati author. Caret his ementitus ille Hegesippus tomo 7. Biblioth. PP. Latinorum extans: de quibus etiam Renatus Laurentius in prooemio ad eundem Hegesippum.

Pag. 340. *Ἅρματι πωλικῷ, καὶ τελείῳ, καὶ δεκαπώλῳ.*] Aurigasse vel triumphasse quosdam biga, quadriga, seiuge etc. refert Bulengerus oupscul. de Triumphis. Neronem Olympiis aurigantem narrat hic Author *ἅρματι πωλικῷ*, *curru simplici*, sive

biga pullis vecta; τελείῳ, *perfecto*, id est quadriga; et δεκαπώλῳ, *decemiuge*. Lucianus in Timone versus finem: νενίκηκε ἐν ὀλυμπίᾳ τελείῳ ἅρματι, καὶ συνωρίδι πωλικῇ. Interpres. *Vicit solemni quadriga, equestrique certamine.* συνωρίδα πωλικὴν, *equestre certamen* vertit ille: quam correctius *bigam* posuisset. Quem porro legimus hic currum δεκάπωλον, *decemiugem* scripsit Suetonius Neronis insaniarum enarrator. *Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem.*

Pag. 341. *Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.*] Subiungit Barb. quod tum in Reg. tum in Perez. deest. ἐπὶ Νέρωνος ἐν Ῥώμῃ ἤκμαζον ποιηταὶ Λουκιανὸς, Βύδιος, σατυρικὸς Ἰουενάλιος, καὶ Πέρσιος· Σευκάστεος στρατηγικὸς, Μουσίωνός τε, καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι. Emendatius scribuntur Λουκανὸς, Ὀβίδιος, Στάτιος, Σούρκουλος ῥήτωρ: Μουσώνιος, Ἰουβενάλιος, de quibus Eusebius ad Neronis tempora.

Λῖνος ἔτη ιη'.] Ita reddunt cuncta MSS. Exscribit ιη'. Scaliger pag. textus 65. Ecquid Eusebius Graecus ιη'. Latino annos 11. scribente refert?

Νέρωνος αἰσχρῶς τὸν βίον καταλύσαντος, Οὐεσπασιανός.] Huic annos Author non assignat: novem numerandos ex eius rationibus colligo.

Οὐιτέλλιος κρατεῖ μῆνας η'.] Scaliger Latino Eusebio reclamante μῆνας ς'. scribit pag. 65.

Pag. 342. *Εὐσεβίου.*] Prolixiorem titulum Barber. codex praemittit. ἅλωσις καὶ αἰχμαλωσία ἐσχάτη τῶν Ἰουδαίων σὺν τῇ πόλει.

Κατασκάψας καὶ μυριάδας.] Scaliger ξ'. μυριάδας.

Ἔτους Ἀβραὰμ ͵βσνε'.] Praesens emendatio nullo negotio colligetur pag. 93. A.

Ἔτη ͵αυδ'.] Haec alia probatur ex pag. 181. C. Quod ἔξοδος rei cuiusque exordium referat communius est quam quod exponatur.

Ἤτοι δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη . . . .] Reparandae lacunae adiungo φοδ'. ab anno quippe Darii secundo quo templum reparatum, licet non absolutum, a mundi 4993. annos 574. lapsos docet pag. 241. B.

Ἀπὸ δὲ τῆς β'. ἐπισκευῆς ἔτη . . .] Adiungo υϟη'. 498. P. 81
a mundi nimirum 5069. qui fuit Artaxerxis Longimani annus 20. quo moenibus cincta, et aedificiis publicis instructa civitate templum ultima manu et ornatu postremo non potuit non absolvi. Subtilior, quam quae credi queat, expositio haec videtur: quare quod sentio verius, sincerus aperiam. Corruptus in periochis istis textus ita me iudice interpolandus.

Ἀπὸ δὲ τῆς ἐξόδου ἐξ Αἰγύπτου ἔτε ͵αψνα'.

Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ διὰ Σολομῶντος ἔτη ͵αυδ'.

Ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας ἐπισκευῆς, ἤτοι δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη φνδ΄.

Ἀπὸ δὲ Ἀντιόχου πολιορκίας ἔτη σπζ΄.] Monet ad interpolandum perioches cuiuslibet inconcinnus textus: quid *enim ἐξόδου* cum Salomone coniunctio suggerit? quae prima templi *anno* Darii. 2. structura? Vel quae altera post Darii et ante Antiochi tempus sacrae illius aedis reparatio? Impellit amplius non absimilis annorum post insigniores chronici totius spatii epochas ordine retrogrado apud Eusebium ad Abrahae annum 2086. collecta annorum summa his verbis. *Colligitur omne tempus in 2. annum Vespasiani et novissimam eversionem Hierosolymorum a 15. Tiberii Caesaris anno, et ab exordio Evangelicae praedicationis 42.*

A captivitate autem quam ab Antiocho perpessi sunt, anni 239. Porro a Darii 2. anno sub quo rursum templum aedificatum est, anni 591.

V. 74 *A prima autem aedificatione templi sub Salomone usque ad novissimam eius ruinam, quae sub Vespasiano facta est, anni 1103.*

Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀντιόχου πολιορκίας ἔτη . . .] Placet numerus σλθ΄. ab Eusebio iam insinuatus. Ducentis quippe et triginta novem annis ante mundi 5567. cum Canonis Chronici pag. 492. occurrant ab orbe condito anni 5328. et in emendato Syriae et Asiae regum laterculo conspiciatur a latere Antiochi Epiphanis annus septimus, is etiam idem est qui apud Eusebium ad annum Abrahae 1848. oppressiones Iudaeis ab Antiocho suscitatas indigitat. Lege Authoris pag. 386. A. B. et hoc numero Syriae regum laterculi emendationem probabis.

Pag. 343. *Εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσεν.*] Tria diversa MSS. *ἐκέλευσεν* scribere miror. Eusebius Latinus. *Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.*

Τὴν ἰδίαν γαμετήν.] Ita Codd. MS. quibus invitis reponit Scaliger pag. 66. *τὴν ἰδίαν ἀδελφήν.* Idemque postmodum erroris proprii vindex Animadv. pag. 262. scribit. *Legendum γυναῖκα ex Hieronymo.*

Pag. 344. *Κλήμης ἔτη θ΄.*] Ut Domitiani mentio ante lineas quatuor inter annum mundi 5576. et 5577. clausa anno posterius nominato imperium eum sumpsisse docet: ita Clementis nomen inter mundi 5577. et 5578. positum anno posteriore vel sequiore saltem Pontificatum obtinuisse suggereret: atque ita anno Domitiani 11. Martyrium subiisse, prout pagina praesente innuit Author sub initium. Decessor Anacletus duos tantum annos Ecclesiam rexit. Post Petri igitur Romanam Ecclesiam anno a mundi conditu 5541. moderati annos 25. Linus medius nonnisi annos undecim ex Eusebii computo potuit Romana in sede numerare: quae probatio numeri ιη΄. in ια΄. hoc est 18. in 11. pag. 341. B.

mutandi posset esse nota certissima, nisi me numeri ιη'. 18. MS. in omnibus consensio, et quam superius observavi cum Theophane Georgii concordia retineret. Quod veritas extorquet lubens fateor. Annos 18. Lini Pontificatus numerat Georgius? Sub Troiano igitur, quod communis Chronologiae vox asserit, martyrium Clemens subiicit. Clemens in adversum circa Domitiani interitum a Domitiano iussus est interimi? Linus itaque non nisi scriptos ab Eusebio annos 11. potest obtinere: atque ita scriptor idem sibimet oppositus.

Ἀλεξανδρείας γ'. ἐπίσκοπος Αἰμίλιος.] Primum Alexandriae Praesulem Author putat Marcum; secundum Anianum; tertium, hunc Aemilium, quem Abilium scribit Eusebius, Barber. *Αἰγμίλιον*, Perez. *Ἀμέλιον.* Eius Pontificatui tredicem annos ascribit Eusebius.

Pag. 345. *Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γ'. Ἰούδας.*] Iudae Hierosolymorum Antistitis tertii Pontificatum ad annum a mundi conditu 5587. et a Christi ortu 87. refert Georgius, cuius nota ea est certissima, quod eo mundi et Christi aetatis numero sub primo paginae limine signato, eundem rursum quasi confirmaturus linea praesentem textum sequente repetat, adeoque Iudae, ut praemisi, Praesulatum ad eum devinciat. Suspectus mihi Iudas iste: de quo ad pag. 347. nota seq.

Pag. 347. *Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γ'. Ἰοῦστος.*] An non Iudas nota superiore celebratus tertius est? Ut quid hic Iustus iterum tertius, reliqui numeris succedentibus recensentur? Quod Iudas ille Eusebio et Nicephoro ignotus, a Georgio fuerit fortassis intrusus, et intra numeratos ordine praesules sine ordine numeratus. Ei tamen successionem et numeri ordinem in Canone Chronico censui assignandum, ne vel ab Authore admissum reiicerem, vel in eius numerorum male digestam seriem incurrisse viderer.

Pag. 348. *Λυσίᾳ Κύντῳ.*] In verba ista, *Lysiae Quinto,* Pontacus Notarum in Eusebium pag. 603. scribit: *Foedatam orthographiam docet vir doctissimus Casaubonus in Spartianum pag. 27. et legendum Lusio, pro Lysiae. Imprimis quod ita nominetur a Spartiano, et Ammiano lib. 29. dum loquuntur de Lusio strenuissimo inter Traiani Duces: praeterea quod Georgius Monachus author Graecus, qui extat in Bibliotheca Regia, et codex Clarissimi Petavii eandem scripturam adhibeant.* Subdit inferius. *Caeterum ut commendamus summopere Casauboni summum studium, ita agnoscimus eum deceptum ab eo, qui ei fidem fecerat, ita haberi in codice Petavii.* Addo pariter foede imposuisse, qui Regium codicem ita referre testatus est. Semel itaque et iterum dolum passus est Casaubonus. An Quietum, vel Quintum legas edocet Pontacus: Quinto pronunciando favet Graeca scriptio, quae τῷ, *Κουίντῳ* scite emendaretur.

Κατ' Εὐσέβιον.] Ad annum a Christi natali 118.

'Αδριανὸς Αἴλιος ἔτη κα'.] Barberinum et Perez. *ἔτη κδ'.*

Μινουκίῳ Φουνάνῳ.] Ita MSS. Codd. Fundanum scribit Eusebius ad annum Christi 127.

Pag. 349. *Ἱεροσολύμων θ'. ἐπίσκ. Φίλιππος.*] Philippum et Henecam successorem omittit Scaliger. Senecam profert Eusebius.

Pag. 350. *Χοχεβάστης.*] Barber. et Perez. correctius *Χοχεβᾶς τις: quidam Cochebas:* כוכב, *ὃς ἑρμηνεύετο ἀστήρ.* Eusebius ad annum C. 135. Barcochebas. Regium et Barb. legunt *ὁ μονογενής:* Perez. cum Scaligero *ὁμογενής.* quae dictio non displicet.

Ἱεροσολύμων ις'. ἐπίσκοπος πρῶτος δὲ ἐξ ἐθνῶν Μάρκος ἔτη η'.] Pericopen istam inter annum ab orbe condito 5629. Christi 129. et mundi 5630. Christi 130. constituit Georgius: nondum vero fuerat Marcus iste Praesul ordinatus, cuius annum primum ad mundi 5631. Christi 131. remittit in Canone Chronico pagina 501. qui Antonini Pii memoratur secundus. At
P. 82 non sub Antonino promotum Episcopum mihi persuadeo ex Eusebii ad Adriani annum 19. scriptis: *Hierosolymis primus ex Gentibus constituitur Episcopus Marcus, cessantibus his, qui fuerant ex Iudaeis:* Sequitur: *Aelia ab Aelio Adriano condita etc.* Haec itaque Adriani non Antonini tempore contigerunt, et ante annos tres fuerant memoranda. Canon Chronicus iuxta Georgii numeros et Pontifices digestus vadem erroris tuetur Georgium.

Pag. 351. *Καὶ Ταῦρος.*] Emendate. *Ταῦρος Πλατωνικὸς φιλόσοφος ἐκ Βηρύτου, καὶ 'Αρειανὸς φιλόσοφος Νικομηδεὺς ἐγνωρίζετο.* Eusebius ad an. C. 147.

Κρίσκος.] Extat in cunctis codd. Scaliger pag. 68. *Κρίσκης:* correctius *Κρήσκης.*

Μαρκιανός.] Marcum profert Eusebius Latinus ad ann. C. 144.

Pag. 352. *Γάϊος.*] Gaianum scribit Eusebius ad annum C. 157. Caium alterum nominis et annorum parium Scaliger paritate delusus expungit pag. 68.

Pag. 353. *Νικόστρατος λογοποιός.*] Barb. et Perez. correctio. Scaligeri vitium *ὁ Νικαεύς.*

Τά τε δημόσια ἀνῆκαν.] Barber. et Perez. *τά τε δημόσια τέλη.* Scaliger. *τά τε δημόσια τέλη ἀνήκοντα κατέφλεξαν.*

Μάξιμος.] Eusebius. Maximinus.

'Ηλίας ἔτη β'.] Scaliger *ἔτη δ'.* Hunc non recenset Eusebius ad ann. C. 157.

Pag. 354. *'Ιούλιος.*] Scaliger cum Eusebio *'Ιουλιανός.* Deest in MSS. aliis.

Pag. 355. *'Ωριγένης ὁ ματαιόφρων.*] Non fert haec Scaliger, et expungit.

Δολιχιανός.] Dolichianum, sivé Dulichianum Narcisso praemittit Euseb. ad an. C. 186.

Κόσμου ἔτος ‚εψγ΄.] Severus Rom. Imperator anno conditi orbis 5685. Domini 185. renunciatur, et annis 18. imperat. Sequitur Antoninus Caracalla filius mundi 5703. Christi 203. et annis septem imperio potitus est, ad mundi 5709. Christi 209. Occupavit Macrinus anno uno, mundi nimirum 5710. Successit Antoninus Aurelius, qui Heliogabalus, mundi 5711. C. 211.

Ῥωμαίων ιη΄. Μακρῖνος.] Numerum 18. duobus Imperat. Caracallae et Macrino (quod hunc istius putet filium, et amborem unum imperium) Georgius apponit.

Μακρῖνος δὲ τούτου παῖς.] Nisi famulum interpreteris *τὸ, παῖς*, erroris argues Authorem. V. 75

Κόσμου ‚εψια΄.] Parachronismum hic repertum nota penultima emendat.

Pag. 358. *Σαρδιανός.*] Gordium vocat Eusebius ad annum D. 186.

Pag. 359. *Ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος.*] Sub decessore Antonino Heliogabalo, legationem ab Africano susceptam consentiunt, qui de eo scripsere Chronologi. Ad successoris Alexandri tempus cur non referat Georgius, coniicio ex Cassiodoro, qui sub Heliogabalo quidem Imp. et Alexandro cum eo Consule initam animadvertit in Chronico. Ex Consulatus itaque ad imperii epocham transiit Georgius. De Africani gestis et scriptis Eusebius in Chronico, et Hist. Eccl. lib. 6. cap. 31. D. Hieronymus de Script. Eccles. Nicephorus lib. 5. cap. 21. Suidas, ex his nova Trithemius, et certiora Vossius de Historicis Graecorum.

Καθὰ Βίωνι.] Solensem dicit Vossius de Hist. Graecis, et Aethiopica scripsisse. Eius testimoniis Plinius, et Plutarchus utuntur. De Belitara, qui Semiradis progeniem extirpavit, et Assyriorum regno potitus est narrationem instituisse refert Agathias lib. 2.

Ἔτη ‚ατϛ΄.] Recolenda hic scripta pag. 168.

Παμβεκῷ.] Barb. *Πανέκῳ.*

Pag. 360. *Σάνανον.*] Perez. *Σάγανον.*

Ἀρταξάρης, ὁ καὶ Ἀρτ.] Regum Persarum a Georgio descripta tempora non conveniunt cum Theophanis computo de regibus iisdem instituto: de quo ad Theophanem.

Σαπώρης ἔτη λα΄.] Perez. *λδ΄.*

Ὀρμίσδας ἔτη ϛ΄.] Barb. et Perez. *ἔτη η΄.*

Τὸν Τζίβιον.] Barb. et Perez. *τὸ Νιτζίβιος*, intellige *Nisibin.*

Pag. 361. *Ἀδεσὴρ μῆνας ἑπτά.*] Inter Adeserum et Ormisdam ultimum Barber. et Perez. intercalant: *Σαραβάξας μῆνας δύο. Βοράνη ἡ θυγάτηρ Χοσρόου μῆνας ἑπτά.*

Ἡρακλᾶς ἔτη ις'.] Ita Latinus Eusebius. Scaliger in Graeco reponit ιζ'.

Ὁ ματαιόφρων.] Vox Scaligero iniucunda et expuncta.

Pag. 362. Φίλιππος τοσοῦτον.] Expungit Scaliger pag. 70. scribente in adversum Eusebio. *Philippus primus omnium ex Rom. Impp. Christianus fuit.*

Pag. 363. Ἐν ᾧ Φαβιανὸς ἐπὶ τῆς Ῥώμης.] Haec Historice Georgius, non Chronice. Canon enim Chronicus ad eius mentem et verba digestus Pontifices istos tres, Fabianum Romae, Babylam Antiochiae, et Alexandrum Hierosolymorum, Decii biennio spatio non condonando semotos ostendit. Sententiam iterum adversum se profert hac eadem pag. lit. C.

Κατὰ Ἰουστίναν.] Errore Graecis communi Georgius implicatur.

Pag. 375. Διακονικὴν ἐπιστολήν.] Inter Formatas, et Ecclesiasticas literas, quae Diaconicae nomen praeferat opere de iisdem a Bernardino Feurario edito nullam reperias. Haec a tabellario Diacono Diaconicae forsan accepit nomen. Memorat eandem Hieronymus de Script. Eccles. laudat Turrianus in Scholiis ad Dionysii epistolam. Tomo 1. Bibliothecae PP. Graecorum.

Γάλλος καὶ Βολουσιανός.] His adde ἔτη β'.

Pag. 376. Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμπρονίῳ.] *Abrittum* legit Eusebius Latinus. Iordanes de bello Gotth. *Abruptum.* Alii alias apud Ortelium, qui *Forum Terebronii, et Decii aram:* quod ad eam Decius uterque, pater et filius, ceciderint, ita vocatum testatur.

Pag. 381. Δομνῖνος.] Infra legitur Δόμνος pag. 385. Domnum pariter scribit Eusebius.

Συνθέμενος καὶ τὴν αὐτοῦ στρατείαν.] Barber. et Perez. συνθέμενος καὶ τοῦ πλήθους προδοσίαν, ἣν αἰσθόμενοι Ῥωμαῖοι. Scaliger. συνθέμενος καὶ τὴν αὐτοῦ στρατείαν προδόσειν, ὧν αἰσθόμενοι Ῥωμαῖοι.

Pag. 382. Ἀσίαν καὶ Λυδίαν χωρήσαντες.] Quae a verbis istis ad pag. 385. lineam postremam inclusa, desunt in Regio. Istis aliis defectus iudicatur. λείπουν (barbare vice τοῦ. λείπουσι) βασιλεῖς ἓξ, φύλλα τρία. *Impp. sex, et folia tria desiderantur.* Quae deerant Barb. et Perez. suggesserunt.

Pag. 384. Ῥώμης κζ'. ἐβασίλευσεν.] Legit Barber. κη'. Ego cum Authore inferius consulendo κθ'. quod Quintilius nuper memoratus locum 28. occupet.

Pag. 385. Τῷ καινῷ λεγομένῳ φρουρίῳ.] Eusebius Latinus Cenophrurium reddit.

Κύριλλος.] Ante Cyrillum hunc anno Christi 283. in Eusebii Chronico signatum alius nomine Timaeus Antiochenae sedis episcopus occurrit ad annum 274.

Κόσμου ἔτη ,εψο'.] Adeo ut anno post orbem creatum 5770.

exeunte Probo ad imperium vocato, eius menses quatuor supra sex annos Taciti mensibus sex, et Floriani tribus adiuncti annum componant: *ὁμοῦ γίνονται ἔτη ζ'.*

Τῷ τρίτῳ ἔτει Πρόβου.] Post foliorum trium defectum, de quo superius, ab istis verbis codex Regius sermonem instaurat.

Pag. 386. *Ἐσφάγη ἐν Ἀπαμείᾳ.*] Locus in Reg. corruptus, vitiosior a Scaligero redditur pag. 72. *ἐπαναστὴς τῇ Ῥωμαίων ἀρ-* P. 83
χῇ ἐσφάγη. . . . ἐν Σερμίῳ. Barb. et Perez. *ὃς ὕστερον ἐπαναστὰς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἐσφάγη ἐν Ἀπαμείᾳ ὑπὸ τῶν ἰδίων. Πρόβος ἐσφάγη ἐν Σερμίῳ.* Locum ita restitutum probat Eusebius Latinus. *Saturninus Magister exercitus novam Antiochiae civitatem exorsus est condere, qui postea imperium molitus invadere, Apamiae occiditur.* Et infra. Probus tumultu militari apud Sirmium in turre, quae dicitur Ferrata, occiditur.

Κόσμου ἔτη ,εψοέ.] Anno ab orbis incunabulis 5770. et a Christi in mundum adventu 270. Diocletianum imperii Rom. potestatem assequutum communis erat inter Historicos Georgii Syncelli tempore notio: et ex ea Theophanes Georgii coaevus et continuator mundi 5770. Christi 270. et Diocletiani primum statim in historiae limine simul devinxit: ex eadem rursus Cari cum filiis imperii primordia in annos mundi relaturus Georgius ipse, confestim ex praeiudicato in mundi 5775. (annis enim stetit tantum duobus) coniecit. Calculis tamen propriis decipitur. Probus namque, cui menses quatuor et anni sex in imperio debentur, anno mundi 5770. exeunte ad imperium vocatus, ad 5776. vertentem et absolutum tenuit: quare Carus, Numerianus et Carinus anno 5777. ineunte illo potiti post annos duos, id est 5778. finito, imperare desierunt: quare Diocletiani auspicia, si constanter loquatur Georgius, in mundi 5779. removere tenetur. Aera porro Diocletiani a Graecis authoribus, qui Christianam in mundi 5500. conferunt, ad mundi 5777. posita, colligunt plerique computum illorum ab altero, iuxta quem Christi natalis a mundi 5493. praeoccupatur, nullum habere discrimen. Hac autem argumentatione, quam pari methodo sexcentis accommodant locis, consilium se stabilivisse arbitrantur. Aera Diocletiani propria non annos solum 277. a Christi natali numerat, sed integros 284. computus igitur ille Graecorum annis 7. errare arguitur: et emendationi accipiendae alios annos 7. expostulat: is vero est qui Christi ortum mundi 5500. consignat: quare ut sine vitio procedat, in priorem, qui ortum eundem annis 7. antevertit, et mundi 5493. addicit, incurrat, et ad eius normam corrigatur necessum est. Potissimum hoc, quo nituntur, rationis eorum robur parum apud me valeret, nisi quod validius proponunt indictionum in hoc et illo computo, quoad Christi natalem annis septem totis observata varietas (quae nulla tamen inter Chronologos esse debuerat) quod meditantur, evinceret: qua

tamen omissa, ut pote non sola in adversum prolata, ex annorum septem defectu, quo computi duo sibi opponuntur, hunc qui Christum natum mundi 5500. ponit, et alterum qui 5493. asserit, unum, inquam, cum altero coire, et unicum ex duobus censendum nusquam assentiar, qui defectus memorati, et ex defectu discriminis aliam observaverim apud Georgium originem,
V. 76 minorem videlicet, quam exquirit veritas, quorumpiam Rom. Impp. aetatem, quae si aequa et aliis Chronologis consentiens fuisset ascripta nulla numerorum peritia, nec quivis alius numerorum occursus summas duas septenario toto dissidentes componeret, aut hanc in alteram migrare demonstraret.

'O ἅγιος Βαβυλᾶς ἐκώλυσεν αὐτόν.] Ex variis et scriptoribus in diversas partes abeuntibus diversas colligit et in unum oppositas opiniones Georgius confarcinat. Iam Babylas Antiochenus Praesul sub Decio ex pag. 263. A. C. consequutus Martyrii coronam, hic iterum etiam Antiochiae iubente Numeriano ad gladii poenam trahitur. Babylae duo, uterque Antiochenus, hucusque ignoti. Antiochenum unum, Nicomediensem alterum ex diversis authoribus memorat Baronius in Martyrol. ad Ianuarii diem 24. Huius quoque memoriam non Episcopi, sed Ludimagistri celebrat Menaeum die Septembris 4. verum Maximiani tempore morte consummati. Scriptorum itaque ἀλληλομαχίαν committit Georgius, et seipsum pluribus telis instructus confodit. Accurato examine controversia omnis discutitur apud laudatum Baronium.

Pag. 391. Ἕως ὧδε Συγγέλου.] Lege Συγκέλλου. Hucusque Georgii Syncelli opus mentem et calamum detinuit. Ager brevis et angustus, spinis obsitus, confusa ruderum congerie horridus, laborem, quem vir librorum culturae peritus coniiciat, ignarus et iners animus non credat, sustinendum impulit. Novavi, aravi, excolui. Totum quaqua patet? Non glorior: nisi de potiori. Qua diligentia, vel solertia? decernent eruditi. Quod de labore meo iudicium est: incultum agrum, at solum ferax, copiosae sementi recipiendae idoneum, arte meliori messem uberiorem reportaturum, pro rudi et inculta Minerva mea aratro proscidi.

IN BREVIARIUM P. 84
CHRONOGRAPHICUM V. 77
S. NICEPHORI PATRIARCHAE CP.
BREVES
ANNOTATIONES.

Pag. 395. *Νικηφόρου.*] Nicephorum CP. olim Patriarcham Breviarii huius Chronographici authorem communis agnoscit sententia: ut extat tamen, et manibus teritur, cum posteriorum Nicephoro Patriarcharum, et Imperatorum eius tempore sequiorum nomina et aetates recenseat, Petavius acris vir iudicii ac eruditionis non tritae communem illam de Nicephoro sententiam scriptorem nominis eiusdem alterum cum hoc confundere subdubitat. Verum pro comparata sibi solertia, et partis ex vetusto librorum usu experimentis, privatam publicae opponere, novamque opinionem haud firmo stabilire fundamento devitans, Nicephori posterorum nomina aliena manu apposita facili consensu admittit ea, quam Nicephori eiusdem historiae praefixam voluit, praefatione. Cui non adhaesit Petavius dubio motus deinde Vossius iuniorem quendam Nicephorum confixit de Graecis Histor. lib. 2. cap. 25. cui ad Photium Ignatii successorem Chronologiam suam deducere placuerit: verum quo teste vel authore, vel cuius sylvae ligno Mercurium istum exsculpat, non aperit. Stat itaque constans, et apud me perseverat immota vulgaris opinio, quae Chronographiae istius alium a Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano authorem non admissura his rationibus innititur. 1. Patriarchis et Impp. pristinis adiecta nomina posteriorem non convincunt operis totius authorem, sed deductum et continuatum in tempus sequius prioris operis usum. 2. Praefixus operi titu-

lus Nicephori Patriarchae connotans tempus, et sub quibus vixit, Imperatores, non eos postremos, qui scrupulum ingerant, sed superiores certae veritatis testes, Michaelem Balbum dico, Leonis Armenii, qui Nicephorum Patriarcham exautoravit, successorem, et Theophilum Michaelis filium, Nicephori Patriarchae in hoc opus sartum ius et tectum tuetur. 3. Operis huius, et alterius Breviarii Historici stylus idem, et genus dicendi, quale a Photio Cod. 66. describitur; huius et alterius operis verba eadem in titulis usurpata; illius *Νικηφόρου Πατριάρχου ἱστορία σύντομος*, huius *Νικηφόρου ΚΠ. ἀρχιεπισκόπου χρονογραφία σύντομος:* adeo ut gemelli foetus non unam magis requirant alvum, quam Historicum et Chronologicum Breviarium unum referant patrem. 4. Opponit Vossius Theodorae et Michaelis F. tempore Chronographiam istam finiri: Addam ego ad Basilium usque Macedonem protrahi pag. 403. D. et Theophanus Leonis eius F. uxoris memorari nomen pag. 405. ad calcem postremam: vim nihilosecius nullam haec nobis inferre, sed recentiore manu appicta iudicabit, qui summam temporis totius a mundi conditu ad scriptoris aetatem, in Theophilum desinere p. 404. A. animadvertere non detrectabit. 5. Postremam, non infimam licet, suggerit delineatio Apparatus Historiae Byzantinae a R. P. Philippo Labbe digesta: Verbo Nicephorus. *In dubium quidam trahunt, an eius* (Nicephori CP. Patriarchae) *sit, quae Graece Latineque edita est Chronologia: sed facillimum fuit tres quatuorve Imperatores et Patriarchas ad Photium usque et tempora Anastasii Bibliothecarii adiungere, quemadmodum aliis plerisque scriptoribus accidit: Neque vero ea de re ambigere sinet imposterum Anastasii Bibliothecarii ad Ioannem Diaconum praefatio, in qua haec leguntur pag. 3. Edit. Regiae.* Huic sane operi ratum duxi B. Nicephori Constantinopolitani Episcopi Chronographiam praeponere: ut scilicet, et ex ea possis aliquantula carpere, et sicubi fortassis hac utendum iudicaveris, tuam non lateat omnino notitiam. Haec Anastasius Nicephoro suppar, et de Nicephori Chronographia testis, et omnis de illa controversiae iudex pene dicam supremus. Ad quemnam porro limitem Nicephori excurrat Chronographia sciscitantem, ad Michaelis Balbi postremum et Theophili primum docet titulus his verbis, *μέχρι χρόνων Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ*, et ad ipsius Nicephori annum vitae ultimum non addere. Paucis at certis responsum hoc fulcitur. Anno Nicephori Logothetae Rom. Imp. quarto, qui a Christi natali 798. apud Theophanem, apud Baronium et sequaces Christi eiusdem 806. numeratur, et indictione 14. signatur, circa Paschatis solemnitatem (Tarasius enim Februarii 25. diem ultimum obierat, et de Patriarcha eligendo contentio non mediocris intercessit) Nicephorus penes Imperatorem a Secretis, relicto Palatio, ad Ecclesiasticum ordinem migrat,

et CP. inauguratur Pontifex. Post annum Nicephori Imp. nonum Michaeli Rangabi sceptra deferuntur moderanda, anno Christi, ut putat Theophanes 804. ut Baronius 812. quo Nicephorus noster Patriarcha a commissa dignitate, Aprili dicamus mense, septimum coepit recensere. Annos nonnihil duobus minus regnavit Michael: Michaelem excepit Leo Armenius anno ex Theophanis computo 806. ex Baronii 814. indictione septima, qua Nicephorus annum Praesulatus nonum a festivitate Paschali occepit: quare cum annos ei novem imputet Theophanes, iis nonnisi completis, P. 85
Leonis secundo, Christi ad Theophanis numeros 807. ad Baronii 815. indictionis octavae Aprili, ab ipso Leone thronum deserere, et exilium ob fidem erga sacras imagines servatam pati coactus est: elapsis quippe quadragesimae diebus, et sub Paschatis solemnia eiectum narrant Theophanis continuatores, suo tempore, si Deus dederit, in lucem emittendi: iidemque mense Decembri anno iuxta Theophanem a Christi exortu 812. iuxta Baronium 820. indictione 13. Leonem Armenum post imperii annos septem et menses nonnullos occisum referunt. Quae praecessit autem solemnitas Paschalis anni sexti in exilio trahendi dedit Nicephoro primordia. Balbus ille Michael, occiso Leone, e compedibus ad thronum evolavit; et post annos octo et menses fere novem obiit, potestate Theophilo filio tradita mense Octobri, anno quem Theophanes numerat a Christo nato 822. quique Baronio nonnisi 829. putatur, quod inter ipsum et Theophanem mensium 4. sit dissidium; hoc una cum indictione a Septembri, illo a Ianuario anni decursum emetiente. Is autem vel Graecus iniens, vel Iulianus pene declinans, idem est, qui post annos quatuordecim a Nicephoro in exilii calamitatibus exactos (totidem enim enumerat eiusdem nominis Theophanes alter, eius historiae et tralationis compendiariae author ad Martii diem 13. in Surii collectione) Nicephori morte Iunii 13. quo festum eius Ecclesia Graeca celebrat, insignitus fuit. Quatuor ergo solos menses ante Balbi ela- V. 73
tum funus, et Theophilo delatum imperium Nicephorus letho functus est, quo tempore, vel modico post, debuit, qui opus manibus excepit in titulum praefigere *μέχρι χρόνων Μιχαὴλ, καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ*, quod illius auspicia prima, illius vero finem ultimum eius Author Nicephorus Patriarcha pene conspexerit.

BREVIS ET DESULTORIA ANNORUM
Nicephori ad communes mundi annos et Indictiones comparatio.

Anni a Christi ortu, iuxta computum Graecorum a Septembri.	*Indictiones.*	*Anni Iuliani.*	*Imperatorum anni.* Nicephori *Logothetae.*	*Anni* Nicephori *Patriarchae.*
798	14	806	4	1
803	4	811	9	6
804	5	812	Michaelis Rangabis ann. 1	7
805	6	813	2	8
806	7	814	Leonis Armenii annus 1	9
807	8	815	2	Agitur in exilium. 1
812	13	820	7	6
813	14	821	Michaelis Balbi annus 1	7
821	7	829	9	Moritur Nicephorus mense Iunio.
822	8	830	Theophili annus 1	

Baronius a Iuliani anni mense primo annos Nicephori, qui Aprili thronum adiit, numerans, Nicephorum post dignitatis annos 9. et exilii 14. ab anno nimirum 806. ad 828. hoc postremo mortuum scribit, qui tamen sequentis 829. mensem Iunium atti-

git. Haec de Nicephori tempore breviter ad eius breviarium
Chronolog. gesta qui volet amplius deducta Surium loco memo-
rato, Menaeum ad 13. Martii et Iunii pariter 13. Anastasium,
Cedrenum, Zonaram adibit, et Theophanem propediem lucem
aspecturum, et prolixam eius historiam reliquis operibus a P.
Franc. Combefis data praeli opportunitate praemittendam prae-
stolabitur. Quod ad notiora et recentiora, Vossio Chronogra-
phicum hoc Nicephori opusculum ab Anastasio Bibliothecario La-
tine ab antiquo redditum assentior. Dedit iterum Author Miscel- P. 86
lae: Ioachimus Camerarius, et Commentarium addidit. Parem
Antonius Contius circa opusculum idem accommodavit curam et
laborem: Graece divulgavit Iosephus Scaliger in Temporum The-
sauro; ad quorum editiones hanc a me comparatam, et ad cu-
mulum accedentem subiungo. Titulo porro additae dictiones pri-
mae de fide erga MS. servanda nihil detrahunt, tum quod ab
alienis soleat titulus apponi, tum quod Nicephoro debitum ho-
norem praeterire caverint.

Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν.] Obliteratis in MS. Enoch annis locus eorum punctis internotatur. ρξβ'. posui in margine, quot editionis Regiae Anastasius. Correctior tamen est marginalis eius et Miscellae lectio 165. quam pariter Contius exhibet: Erronea penitus Scaligeri ρν'.

Pag. 396. *Κατὰ τοὺς ο'. ἔτη ͵βσμβ'.*] Summam hanc Nicephorianam Contius censet emendandam in alteram quae ex singulis Genearchis consurgit ͵βσξβ'. ne post diluvium, inquit, Mathusala videatur mortuus. Prave vel recte ita senserit Nicephorus, non discutio: ita scripsisse ex legendis pag. 404. A. contendo; qua diluvium ad annum a mundi conditu 2242. figit, et annos retro 2242. positis ad turrim Babylonicam 525. tum ad Abrahae dimidiatas victimas aliis 425. et tandem ad Abrahami diem ultimum annis 76. summam 3268. nullo negotio colligit.

Καϊνᾶν γενόμενος ἐτῶν ρλγ'.] Anastasius Regius. *Cainan factus annorum centum triginta.* Contii et Miscellae lectio. *Cainan natus anno* 130. Et haec correctior infra probabitur.

Σάλα γενόμενος ἐτῶν ρλγ'.] Anastasius Regius, Miscella, et Contius annos 130. emendatius referunt.

Ἔβερ γενόμενος ἐτῶν ρλγ'.] Pares narrat Anastasius Regius: Contii et Miscellae computus 134. ex lectione vulgatae 70. Interpretum editionis, at non ad Nicephori mentem.

Φαλὲκ γενόμενος ἐτῶν ρλγ'.] Anastasius, Miscella, et Contius 130. et haec lectio probatior.

Ῥαγαῦ γενόμενος ἐτῶν ρλε'.] Ita Regius Anastas. Contius et Miscella 132.

Σερούχ γενόμενος ἐτῶν ρλη'.] Regium, Miscellam, et Con- V. 79
tium annis 8. excedit.

Ἔτη ͵γτκδ'.] Scaliger mendose ͵γτπδ'. Contius cum Anastasio

Regio 3324. Authori consentiens scribit. Privatarum summarum collectio apud Contium errorem arguit, quem ut a me alienum non prosequor.

Ἕως Ἀβραὰμ ἔτη ͵απ' . . .] Eundem numerum duobus adiunctis habent Anastasius et Contius emendatiores: anni quippe 1082. ex 3324. detracti diluvium cum anno 2242. coniunctum relinquunt.

Pag. 397. Λευὶ γενόμενος ἐτῶν μθ'.] Excidit hic Scaligero. Levi annos 45. numerant Anastasius Regius Miscella et Contius accuratiores.

Καὰθ γενόμενος ἐτῶν ξ'.] Anastasius cum Miscella et Contio 63.

Ἀμρὰμ γενόμενος ἐτῶν οε'.] Iidem 70.

Ἔτη φβ'.] Fallitur. φια'. colligere debuerat. Contius 505. subducit.

Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ͵αφπ'.] Scaliger ͵αφλ'. quam vitiose. Contius cum Anastasio Regio et Miscella 1687. quam accurate. Anni quippe 1587. aliis 2242. ad diluvium additi, summam 3829. conficiunt: quam eandem 2242. ad diluvium, et a diluvio ad Abraham 1082. et ab Abraham ad profectionem ex Aegypto 505. una iuncti componunt: de qua iterum notae sequentes.

Ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ κατὰ τοὺς ο'.] Anastasius Regius et Miscella lacunam occurrentem replent scribentes: *secundum alios autem* 3829. quae Authoris sententia est. Contii textus clarior: Ab Adam vero secundum 70. ter mille octingenti novem, secundum alios 3698.

Πρεσβύτεροι ἔτη κγ'.] Miscella et Contius *ann.* 33.

Ἀλλόφυλοι ἔτη . . . . .] Scribendi ex Anastasio *ann.* 20.

Ἀελὼν ἔτη γ'.] Anastasius, Miscella, et Contius *ann.* 20.

Ἀλλόφυλοι ἔτη κ'.] Iidem ann. 40.

Ἡλὶ ὁ ἱερεὺς ἔτη κ'.] Hunc Scaliger omittit: eidem Miscella et Contius annos 49. attribuunt.

Σαοὺλ ἔτη μ'.] Samuelis annos nullos habent Anastasiani codices: scribunt vero, *Samuel et Saul annis* 40.

Ἔτη χλ'.] Ex summis privatis textus Graeci nusquam colliguntur: qui tamen extant in Anastasii Regii, Miscellae, et Contii summis.

Ἀσὰ ἔτη β'.] Solerter praemisit Scaliger Ἀβιὰ ἔτη γ'. Asae porro Scaliger reposuit annos 40. Miscella et Contius 41. Abiam una cum Regio MS. Anastasius Regius omittit.

Ἰωρὰμ ἔτη . . . .] Interpola ex aliis Codd. η'.

Ἰωὰς ἔτη ις'.] Ita Scaliger. Repone ex Latinis Anastasii 40.

Pag. 398. Ἰωαθὰμ ἔτη ιζ'.] Latina Anastasii *an.* 16.

Ἄχας ἔτη ις'.] Scaliger prave ιε'.

Κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔτη ν'.] Idem corruptius ἔτη η'.

Ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ἔτη υλβ'.] Miscella et Contius *an.* 424.

Ἕως αἰχμαλωσίας ἔτη νμη'.] Miscella et Contius *ann.* 445.

Καμβύσης β'.] Miscella et Contius *an.* 8.

Δαρεῖος ἔτη λϛ'.] Anastasius Regius *an.* 37.

Ξέρξης Δαρείου ἔτη κη'.] Idem 24. et alia lectio *ann.* 23.

Ἀρταβάνης ἔτος ἓν, μῆνας ζ'.] Anastasii Codd. legunt: *Artabanes mensibus* 7.

Ἀρταξέρξης, ὁ καὶ Ὦχος ἔτη κβ'.] Scaliger *ἔτη κζ'.* Anast. Reg. 26. alii Codd. 22.

Pag. 399. *Ἐβασίλευσεν οὖν ἔτη ιη'.*] Anastasii codd. an. 17.

Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων ἔτη ,ερξζ'.] Conferenda homas haec cum superius a Syncello scriptis pagg. 261. et seq. 475. et 486. nec non cum Notarum pag. 67. Miror Latinos Anastasii Codd. scribere 5177.

Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη κϛ'.] Anastasius Regius 24. vox *Ἀντίοχος* redundat.

Πτολεμαῖος ὁ Φούσκων ἔτη ιζ'.] Contius 16.

Ἔτη δ'. μῆνας ζ'.] Contius idem: *Mensibus* 6.

Οἱ ἐβασίλευσαν Αἰγύπτου ἔτη σϟϛ'.] Anastasius Regius 295. Miscella et Contius *ann.* 297.

Pag. 400. *Ἑαυτὸν ἔχωσεν.*] *Ἑαυτὸν κατέσφαξε.* Contius substituendum contendit, et *seipsum vivus interfecit*, reddendum. Ecquis alium praeter vivum interficiat? *ἔχωσε* legerunt Codd. Latini, et *seipsum obruit*, Miscella omnium aptissime, *seipsum vivus defodit*, interpretatur.

Ὀθών.] Galbae ante Othonem nulla mentio in Codd. Anastas. locum et lacunam ei mecum reponit Scaliger. Contius omissum accusat. Galba perperam hic omissus est, qui imperavit menses 7.

Μετὰ ἔτη λε'.] Solerter observat Contius ad Vespasiani secundum annos 39. numerari. Caeterum quos Vespasiano annos 19. ascribit MS. Regium, et Scaliger mecum exscribit, ad solos 9. reducunt Anastasii Codd. Latini.

Μάρκος Αὐρήλιος ἔτη θ'. μῆνας ια'.] Menses omisit Scaliger: duos refert Miscella: Annos 19. una cum Anast. Regio et Contio.

Pag. 401. *Ὁ πατὴρ Ὠριγένους.*] Addit Anastas. Reg. *Haeretici:* Miscella pravanimi, id est *κακόφρονος:* solam dictionem Graecam apposuit Contius.

Μεταξὺ Βαΐων.] Anastas. Reg. *Intarbeo:* Miscella cum Contio: *inter Carras.* P. 87

Ἀντωνῖνος ὁ Καράκαλλος.] Scaliger ex Anastas. *ὁ Γάβαλος.*

Μαξιμῖνος ἔτη ϛ'.] Emendat Scaliger ex Latinis *ἔτη γ'.*

Δέκιος ἔτος ἓν, μῆνας ια'.] Ita mecum Scal. Codd. Latini *mens.* 3.

Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλλιανὸς ἔτη ιε'.] Contius et Miscella: annos 12.

Ἀπεγένετο ἐν Σιρμίῳ.] Scaliger hallucinatus *ἐν Καινοφρου-*

ρίῳ ἐσφάγη: Codd. Latini: *mortuus Sirmii.* Error in eo fuit, quod Aureliano praeterito, a Claudii, ad Aureliani pariter mortem transilierit.

Ἐν Νικαίᾳ τῶν Βιθυνῶν ἔτη τιη΄.] Miscella prave 317.

Ἔτει σπε΄.] Perperam Contius 385. qui lapsu foediore reponendum 351. contendit. De singulis Imperat. aetatibus legenda hic erudita eius observatio.

Pag. 402. *Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ Κωνστάντιον.*] Haec a Scaligero expuncta.

Οὗτος ἐποίησεν ὑπατείας δύο.] Anast. Reg. *decem.*

Ἐβασίλευσαν ἔτη κδ΄.] Idem: *viginti novem.*

Ἰουβιανὸς μῆνας θ΄.] Contius: *octo.*

Ἐν Κυνηγείῳ ὑπὸ Ἀγαρηνῶν.] Repono *Ἀρειανῶν*: de quibus Codd. Latini testantur. Cynegium autem interpretor *Circum*, quo ludicrae venationes et cum bestiis pugnae exercebantur. Anastas. Reg. *ad venationem:* Miscella, *in venatione.*

Ἔτη ις΄. καὶ πγ΄.] Scaliger *μγ΄.* hoc est, *μῆνας τρεῖς.* Repono *ὑπ. γ΄.* hoc est *ὕπατος τρίτον.* Miscella et Contius clare: *Consul* 3. scribunt.

Θεοδόσιος ὁ νέος ἔτη μβ΄. καὶ μῆνας ς΄.] Anastas. Reg. *duos.*

Οὐαλεντινιανὸς ἔτη κθ΄.] Miscella et Contius 25.

Ἀναστάσιος ἔτη κζ΄.] Scaliger corrupte *κς΄.*

Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ.] A Scaligero expunctus.

Ἰουστῖνος ὁ α. Ι. ἔτη ιβ΄. μῆνας ια΄.] Anast. Reg. *menses* 10. Miscella, *menses* 2.

Pag. 403. *Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κη΄.*] Anast. Reg. *an.* 29.

Λεόντιος ἔτη ι΄.] Codices Latini, *an.* 3.

Ἀψίμαρος ἔτη ζ΄.] Contius *an.* 8.

Φίλιππος καὶ Βαρδάνιος.] Repono ex Latinis *Φιλιππικὸς, καὶ Βαρ.*

Ἀναστάσιος.] A Scaligero praeteritus.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.] Hunc quoque, qui Copronymus est, a Scaligero cum Leone Chazarenae filio praetermissum miror. Eundem Anastas. Reg. non exprimit. Contius ex historiae fide supplevit: habet tamen Miscella.

Κωνσταντῖνος ἔτη ς΄. μῆνας θ΄.] Anastas. Reg. *menses* 4.

Εἰρήνη ἔτη ε΄. μῆνας β΄. ἡμέρας β΄.] Dies non reddit Scaliger. *Septem* signat Anastas. Reg. Contius 2. Miscella totidem.

Σταυράκιος μῆνας β΄.] Anast. Reg. *mens.* 8.

Μιχαὴλ ἄλλος μῆνας θ΄.] Anast. Reg. non habet menses. Miscella et Contius addunt, *dies* 9.

Θεόφιλος ἔτη ιβ΄. μῆνας γ΄. ἡμέρας κ΄.] Contius *dies* 10.

V. 80 *Θεοδώρα ἔτη ιδ΄. μ. α΄. ἡμέρας κβ΄.*] Anast. Reg. *dies* 21. Miscella et Contius 25.

Βασίλειος.] In Codd. Latinis non extat: nec Michael superior in

Miscella: quo constet pro libito plurium Impp. nomina a variis Librariis addita.

Ἕως τῶν διχοτομημάτων Ἀβραάμ.] Ad illud usque peractum sacrificium cuius victimas in partes duas divisit: de quibus Genes. cap. 15.

Pag. 404. *Ἕως τῶν χρόνων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν τγ'.*] Prave Anast. Reg. 313.

Ὁμοῦ ͵ςτμη'.] Ita Anastas. Reg. in textu: in margine 6350. quibus Scaliger Miscella et Contius suffragantur.

Γενεαλογία Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου.] Ut hic Graece, ita Latine corruptam exhibet Anastasius Regius: in Miscella et Contio non extat. Editioni Regiae Thuani MS. lacinia haec probatior attexitur. *Gen. Val. M. Valentinianus gignit Gratianum et Valentinianum Impp. et Gallam uxorem Theodosii M. Theodosius maior genuit Arcadium et Honorium Impp. et Placidiam uxorem Constantii. De Arcadio natus est Theodosius Iunior, et Pulcheria, quae fuit uxor Marciani Imp. De praedicto Constantio et Placidia natus est Valentinianus tertius.*

Πλακιδία ἡ κτίσασα.] Pericopae sex istae Latinis in Codd. non extantes alterius a Nicephoro videntur authoris: Iulianam quippe Anastasii non scripsisset coniugem, quam mox post lineas aliquot Areadnem vocaturus erat.

Pag. 405. *Εὐσεβία Κωνσταντίνου.*] Praemittit Anast. Reg. *Fausta uxor Constantini M.*

Κωνσταντία Μαυρικίου.] Constantinam vocant. Anast. et Miscella.

Φλαυία, ἡ καὶ Εὐδοκία.] Interpolationis author Anastas. Reg. scribens. *Flavia quae et Eudocia, et Martina Heraclii.* Ex Zonara Constantini F. Heraclii, et Apsimari coniugum apposui nomina.

Μαρία καὶ Εὐδοκία.] Illae post Irenem Copronymi uxores.

Προκοπία Μιχαήλ.] Addunt Anast. Regius et Miscella. *Theodosia Leonis Thecla et Euphrosyne Michaelis.* Augustarum laterculum non extat in Contii editione.

Pag. 406. *Ναδὰβ ἔτη β'.*] Ita Latini Codd. Scaliger et MS. fidem ἔτος ἕν.

Ἰωρὰβ (Ἰωράμ) ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐφ' οὗ Ἐλισσαιέ.] Corruptionem emendant Latini Codd. additis Ioram, *ann.* 12.

Ἐπ' ὀλοθρεύσει.] Interpolo Ἰοῦ χρισθεὶς ἐπ' ὀλοθ.] Ita Codd. Latini.

Ἰωαχὰζ ἔτη ιζ'.] Corrupte Scaliger ἔτη ζ'.

Ἰωᾶς ἔτη ις'.] Anast. Reg. *an.* 17.

Ζαχαρίας μῆνας β'.] Latini Codd. *mens.* 6.

Σεροὺμ ἔτη ις'.] Iidem emendate *mense uno.* Manahem nomen in Graeco Regio omissum, de quo Lat. Cod. *Manahem annis* 10.

Φακεῖας ἔτη ι'.] Miscella et Contius *ann.* 2.

Pag. 408. *Σίμων ὁ θεοφιλής.*] Huic Scaliger et Codd. Lat. praemittunt Simonem Oniam.

Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰανναῖος.] Pater eius Aristobulus a Librario omissus.

Pag. 409. *Ἰωνάθης Αἰλιονέων.*] Matthiam vocant Miscella et Contius, et ab Aelioneone diversum statuunt.

Ἀνανίας ὃν δέσμον.] Hunc una cum successore Ismaelo Scaliger praeteriit.

Ἰωάννης ἔτη β΄.] Ab Anast. Reg. omissus.

Φίλιππος ἔτος α΄.] Anast. Reg. *an.* 2.

Σενεκᾶς ἔτη δ΄.] Idem *an.* 2.

Ἰοῦστος ἔτη δ΄.] Idem, *an.* 1.

Λευὶς ἔτη δ΄.] Scaliger prave ἔτη β΄.

Ἐφραῖμ ἔτη β΄.] Anast. Reg. *ann.* 4.

Κασσιανὸς η΄.] Idem *an.* 5.

Πούπλιος.] Anast. Reg. omisit.

Pag. 410. *Μαζαβάνης ἔτη κα΄.*] Scaliger ἔτη θ΄. Miscella et Contius *ann.* 24.

Εἰσὶν ἔτη ξβ΄.] Anatt. Reg. ann. 42.

Πραύλιος ἔτη κ΄. καὶ μῆνας ς΄.] Scaliger κς΄. erronee. Codd. Latini *annis* 20.

Ζαχαρίας πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη κβ΄.] Miscella et Contius *annis* 24.

Pag. 411. *Ἀνέγκλητος ἔτη β΄.*] Contius *annis* 9.

Ἀνίκητος ἔτη ια΄.] Miscella et Contius *annis* 2.

Εὐσέβιος ἔτη δ΄.]. Iidem *anno uno.*

P. 88 Pag. 412. *Ξύστος ἔτη η΄.*] Praecessores duo Hilarion et Celestinus in Miscella et Contio Leonem sequuntur.

νβ΄. Ἰωάννης ἔτη γ΄.] Sequentes tres Felicem Bonifacium et Ioannem Miscellae et Contii Librarius nominum similitudine delusus praeteriit.

Σιλβήριος ἔτη ιη΄.] Miscella et Contius *annis* 2.

Βενέδικτος ἔτη ς΄.] Iidem *annis* 4.

Γρηγόριος ἔτη ιβ΄.] Iidem annis 13. Succedentes autem tres, omissis tribus aliis in superioribus, ita reddunt 61. *Sabinianus anno* 1. 62. *Bonifacius mensibus* 8. 62. *Bonifacius alter annis* 7.

Pag. 413. *Ἀλύπιος ἔτη ιγ΄.*] Addunt Miscella et Contius: *mens.* 6.

Περτίναξ ἔτη ιθ΄.] Addunt eadem: *mensibus* 10. *diebus* 5.

Δομέτιος ἔτη κα΄.] Iidem: *annis* 24.

Ἐπεσκόπευσεν ἔτη κγ΄.] Iidem *annis* 63.

Μακεδόνιος ἔτη β΄.] Eadem *annis* 12.

Pag. 414. *Μαξιμιανὸς ἔτη β΄. μῆνας ε΄.*] Scaliger prave μῆνας ι΄.

Ἀκάκιος ἔτη ζ΄.] Miscella et Contius: *annis* 17. *mens.* 9.

Εὐφήμιος ἔτη ϛ΄. μῆνας γ΄.] Scaliger expunxit menses: qui *sex* in Miscella et Contio numerantur.

Τιμόθεος ἔτη ϛ΄.] Addit de suo Scaliger *μῆνας η΄.*

Ἄνθιμος μῆνας γ΄.] Miscella et Contius: *annis* 10.

Ἰωάννης ἔτη β΄.] Iidem: *annis* 12.

Pag. 415. *Σέργιος ἔτη κη΄. ἡμέρας κα΄.*] Iidem: *annis* 8. *mens.* 7. *diebus* 21.

Πέτρος ἔτη β΄.] Iidem: *annis* 12.

Κωνσταντῖνος ἔτος α΄. μῆνας η΄.] Iidem: *mens.* 2.

Θεόδωρος ἔτος ἓν, μῆνας γ΄.] Iidem *mens.* 10.

Ἀναστάσιος ἔτη κα΄.] Iidem: *annis* 24.

Νικήτας ἔτη ιε΄.] Iidem: *annis* 13. *mens.* 4.

Παῦλος Κύπριος ἔτη ε΄. μῆνας η΄.] Iidem: *mens.* 6.

Pag. 416. *Κέρδων ἔτη ι΄.*] Contius *annis* 12.

Πρίμος.] Scaliger ridicule *Πρίαμος.*

Εὐμενὴς ἔτη ι΄. Μαρκιανὸς ἔτη ιγ΄.] Miscella et Contius: *Eumenes annis* 13. *Marcianus annis* 10.

Δημήτριος ἔτη ι΄.] Scaliger: *ἔτη ια΄.*

Ἡρακλᾶς ἔτη μγ΄.] Miscella et Contius. *annis* 46.

Pag. 417. *Τιμόθεος ὁ Λευκὸς ἔτη ια΄.*] Scaliger prave *ἔτη ια΄.* Anastas. Reg. corruptior *annis* 5. et iterum *annis* 4.

Ἀπολλινάριος ἔτη ιθ΄.] Anast. Reg. *annis* 9.

Εὐλόγιος ἔτη ιζ΄.] Codd. Latini *annis* 27.

Γεώργιος ἔτη ια΄.] Iidem: *annis* 10.

Πέτρος ἀπόστολος ἔτη η΄.] Contius: *annis* 2.

Ἔρως ἔτη κϛ΄.] Miscella et Contius: *annis* 6.

Σεραπίων ἔτη κε΄.] Anastas. Reg. *annis* 29.

Βαβυλᾶς ἔτη ιγ΄.] Iidem: *annis* 8.

Pag. 418. *Φιλογόνιος ἔτη ε΄.*] Anast. Reg. *annis* 9.

Εὐστάθιος ἔτη ιη΄.] Idem: *annis* 19.

Φλαβιανὸς ἔτη ιβ΄.] Miscella et Contius: *annis* 20.

Θεόδοτος.] Hunc Ioanni successori annos 18. Pontificatum gerenti postponit Reg. Anast.

Βασίλειος ἔτη β΄.] Anast. Reg. annis 3.

Ἀκάκιος ἔτος ἓν, μῆνας δ΄.] Desunt menses in Latinis Codd.

Μαρτύριος ἔτη ιγ΄. Ἰουλιανὸς ἔτη ιε΄.] Contius *Martyrius annis* 3. *Iulianus annis* 3.

Φλαυιανὸς ἔτη ζ΄.] Idem: *annis* 13.

Pag. 419. *Καὶ ὅσαι εἰσὶν θεῖαι.*] Canonicus sacrorum librorum laterculus ad Chronographiam nil spectans Librarii *πάρεργον* iudicatur.

Γένεσις στίχων ͵ατ΄.] Anast. Reg. *versus* 4300.

Ἔξοδος στίχων ͵βω΄.] Idem: *versus* 2700.

Ἀριθμοὶ στίχων ͵αφλ΄.] Idem: *versus* 3502.

Βασιλειῶν γ΄. καὶ δ΄. στίχων ͵βνθ΄.] Idem: *versus* 2330.

Βίβλος ψαλμῶν στίχων ͵ερ΄.] Idem: *versus* 5500.

Παροιμίας στίχων ,αψ'.] Idem: *versus* 1708.
Οἱ ιβ'. προφῆται στίχων ,γ'.] Idem: *versus* 3800.
ζ'. Καθολικαί.] Quibus addit: *versus vero* 1300.
Pag. 420. *Μακκαβαϊκὰ γ'. στίχων ,βτ'.*] Idem: *versus* 7300.
Ψαλμοὶ καὶ ᾠδαὶ Σο. στίχων ,βρ'.] Idem: *versus* 2102.
Ἐσθὴρ στίχων ,γν'.] Idem: *versus* 308.
Τωβὴτ στίχων ,ερ'.] Idem: *versus* 700.
Ἐνὼχ στίχων ,δω'.] Idem: *versus* 1500.
Πατριάρχαι στίχων ,ερ'.] Idem: *versus* 4800.
Ἀνάληψις Μωϋσέως στίχων ,αυ'.] Idem *versus* 4100. Subinde Abraham *versus* 300. *Elad versus* 200. Habet praeterea. *Itinerarium Pauli versus* 3600. *Itinerarium Petri* 2800. *Itinerarium Ioannis* 2500.

IACOBI GOARI

INDEX.

C.

D.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

O.

P.

T.

V.

X.

INDEX SCRIPTORUM.

ADDENDA AD VOL. I.

P. 4, 7 excidit comma post ἡμῶν

P. 4 in var. lect. lin. 4. corrige ἐπειδὴ

P. 6, 7 corrige θεοπνεύστῳ

P. 7, 6 dele ὁ

P. 11, 4 corrige interpunctionem, ἐκθήσομαι, τὰς λοιπὰς παρεὶς ὡς ἀτρίπτους, οἷον

P. 12, 13 corr. Αἰγυπτίους

P. 14, 7 corr. φύσις

P. 19, 19 seclusi ut ex margine illata. Pertinent ad 19, 8. Ita p. 173, 13. repetita ex p. 173, 4.

P. 23, 10 in var. lect. corrige εἶτα δὲ G.

P. 27, 5 ἔσωθεν] ἔξωθεν Niebuhrius.

P. 30, 3 excidit comma post Μανεθῶ

P. 33, 15 restitue Ἀπολλῶ.

P. 35, 14 corrige κατακλυσμὸν

P. 62, 12 Corrigo μυθολογούντων

P. 63, 4 Vide ad p. 389, 15. 597, 13.

P. 64, 10 correxi vulgatam scripturam χρονογραφίου, quae me nolente relicta est p. 65, 20. Rectam vocabuli ab lexicographis neglecti scripturam alibi praebent libri, veluti p. 95, 10.

P. 72, 19. Scribe Θώθ.

P. 72, 22 ἀγαθοῦ δαίμονος defendit Zoega in libro de Obeliscis p. 35—37. Bredow. Ἀγαθοδαίμων legitur p. 3,1, 6.

P. 78, 14 Μανεθῶν] Vide annotationem ad p. 145, 1.

P. 79, 16 legebatur εὐεπιχειρόταται.

P. 96, 16 in var. lect. ἤγουν typotheta dedit pro ἤτουν.

P. 98, 12 βασιλέως] Legebatur τοῦ βασιλέως.

P. 102, 4 Scribe Θεινίτης

P. 111, 17 Corrigendum Ἀχθόης ex p. 110, 7.

P. 121, 3 dele annotationem.

P. 130, 7 Recipi debebat codicis B scriptura, Ἀμενσίς. Apud Iosephum vol. II. p. 446. Ἀμεσσής, ubi *Amenses* praebet Eusebius p. 111. ed. Mediol.

P. 205. 3 Σεμφουκράτης recte Iablonskius in Opusc. I. p. 415. Tewat.

P. 290, 20 Ἠλίων] *Elienses* Eusebius p. 283.

P. 307, 3 De Dinarcho dixit Lobeckius in Orphicis p. 573.

P. 322, 9 Legebatur ἀνεκτίσαντο.

P. 344, 2 Legebatur Φοινικὴν.

P. 633 seqq. In excerptis ex Eusebii historia ecclesiastica Goarus non pauca ex libris editis interpolavit eoque omnem quam Syncelli comparatio criticis praebere poterat utilitatem sustulit. Ego, ut par erat, codicum lectiones tacito restitui.

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI